THESAVRVS
IVRIS ECCLESIASTICI
POTISSIMVM GERMANICI
SIVE
DISSERTATIONES
SELECTAE
IN IVS ECCLESIASTICVM
QVAS
IVXTA SERIEM INSTITVTIONVM EIVSDEM IVRIS
A SE EDITARVM
IN ORDINEM DIGESSIT,
ILLVSTRAVIT ANIMADVERSIONIBVS NOVIS,
ADAVXIT LVCVBRATIONIBVS PROPRIIS

ANTONIVS SCHMIDT S. J.
IN ELECTORALI ET ANTIQVISSIMA VNIV. HEIDELBERG.
SS. CAN. PROF. P. ET O.

TOMVS I.
AD PARTEM PRIMAM INSTITVTIONVM SVARVM.

SVMPTIBVS TOBIAE GOEBHARDT
PROSTANT
HEIDELBERGAE, BAMBERGAE ET WIRCEBVRGI.
M D C C L X X I I.

PRAEFATIO.

Inter alia aevi noſtri ſtudia longe quam ſaluberrima illud profecto virorum eruditione famaque nominis quam clariſſimorum plane ſingulare fuiſſe hactenus nemo ignorat, ut Jus quoque Eccleſiaſticum, illud praecipue, quod Germanis Germaniae accommodatum maximi eſſe debet, magis indies magisque perficeretur. Subſidia ad hanc rem omnia necdum pro dignitate ad manus eſſe cuivis, qui non ex ſuperficie quidem tantum de bonis literis judicare ſolet, facile patebit, ea praeſertim, quae ad elucidandas res Eccleſiarum Germanicarum ex illarum ſtatutis, Diplomatis, documentis necdum lucis publicae factis repeti debent. Sane confido plane non defore, quibus ad id operis ſubſidii ſatis eſt et occaſionis viros, hunc quoque defectum emendaturos. Quod me concernit, ut pro mearum tenuitate virium

opellae quoque aliquid conferrem, Inſtitutiones Juris Ecclesiaſtici in ſyſtema redactas Germaniae accommodatas ante annum et ultra edidi: quas etſi Auditoribus ſolum meis inſervire voluerim, ab aliis tamen viris ſane quam clariſſimis easdem perbenigne acceptas, et longe ſupra meritum probatas fuiſſe non potuit non perquam volupe mihi eſſe et jucundum.

Addidit ea res mihi animos, ut quas recitavi potiſſimum in iis Inſtitutionibus Diſſertationes ſcriptorum celeberrimorum, aliasque in manus primum meas dilapſas, juxta earundem Inſtitutionum ſeriem potiſſimum digeſtas pro iis elucidandis evulgare in animum induxerim; idque eo confidentius, cum nemini non conſtet in aliis Jurisprudentiae partibus ejuscemodi laborem non modo a pluribus jamdum ſuſceptum fuiſſe, ſed et tanquam rei literariae proficuum calculo etiam benigno donatum.

Quod vero nunc hanc quam pro Jure Eccleſiaſtico potiſſimum Germaniae Catholicae meditor collectionem concernit, pauca haec ſunt, quae B. L. prius edoctum velim.

Seriem, uti jam monui, praecipue Inſtitutionum mearum in ipſis Diſſertationibus et opuſculis digerendis ſequar: animadverſiones quoque ferme cuilibet aliquas ſubjiciam a me concinnatas non quidem pro ubertate et dignitate

mate-

materiarum, quippe quod nec tempus nec ſcopus operis permitterent, non usquequaque tamen inutiles, ut ſpero, aut injucundas. Opuſcula quoque a me elaborata inſerere ut auſim, id facit, quod ſiquidem illa non pro ſcriptionis dignitate, tamen in conſortio tot aliarum praeclariſſimarum lucubrationum Lectoris obtutum ſubire queant.

Ne porro opus ipſum in nimiam molem excreſcere neceſſum foret, volente quoque ita Bibliopola meo, Diſſertationes quae jam collectae extant, uti BARTHELII, L. B. DE ICKSTADT, SÜNDERMAHLERI; opuſcula item ſeparatim apud quoscunque paſſim Bibliopolas proſtantia omittentur, eaque in Praefatione indicare ſufficiet.

Quod Tomum praeſentem concernit, ex BARTHELIO huc ſpectat *Diſſertatio ejusdem exponens Hiſtoriam et generalia pacificationum Imperii circa Religionem:* item de *Concordatis Diſſertatio praeliminaris*, et altera *de iisdem generalis: ex ICKSTADIO Diſſertatio de juſta et efficaci ſummi Pontificis proteſtatione contra Pacem Religioſam et Weſtphalicam obligationem ejusdem intrinſecam et pactitiam inter compaciſcentes haud infringente Tom.2. Opuſc.6.* Adde inſigne omnino *opuſculum de Concordatis Nationis Germanicae integris, apud L. B. de Cramer* Nebenſtunden 49. *et* 50. Theil, *denuo vero ſpeciatim editum* 1771. adjectis *additamentis variis hoc titulo: Concordata Nationis Germanicae integra variis additamentis illuſtrata.* Plura alia citata invenies in Inſtitutionum mearum Parte I., quae huc referri queunt.

Id vero vel me non monente, uti puto, per ſeſe cuilibet erit in aprico, me nequaquam omnia Auctorum, quorum opuſcula collectioni huic inſero, aut per decurſum inſerturus ero, ſenſa atque dicta propterea probare atque mea facere; quin vero eorum aut ſententias aut ſcribendi rationem Lectoris plane judicio permitto: neque meum eſſe putavi, etſi animadverſiones quasdam adjicerem, omnia in iisdem notare, quae caſtigatione etiam nonnulli indigere videbuntur.

Induſtriam demum quidem ſatis accuratam adhibebo, ut praecipuorum ſaltem ſcriptorum lucubrationes, eaeque de materiis illuſtrioribus Lectori in collectione iſthac ſint exhibendae: quoniam tamen aliqua horum opuſculorum fors, quavis etiam ſolertia exprompta, ad manus meas non ſunt deventura; ingentis profecto beneficii loco habiturus nunquam non ero, quodſi mihi ſubminiſtrata fuerint adhuc; aut ab Auctoribus ipſis additamenta ſubmiſſa, proba omnino fide ſuis locis repraeſentanda. Lucubrationes vero de materiis quotidianis atque ubique obviis a me omiſſum iri nec ſcriptores, credo, quidam, nec Lectores ipſi iniquius ferent.

Atque haec ſunt, quae de fine operis hujus atque ratione monenda duxi, per ejus decurſum, ſi meliora ſuggeſta fuerint, libenti ea animo executurus.

CON-

CONSPECTUS
Dissertationum Tomo hoc contentarum quarum singulis Animadversiones novae subnexae sunt.

XII.

CONSPECTUS.

IOAN

I.

JOANNIS NEPOMUCENI ENDRES

SS. Theol. & U. J. Doctoris, Reverendissimi ac Celsissimi S. R. I. Principis, Episcopi Bamberg. & Wirceburg. F. O. D. Consiliarii Ecclesiastici, in Alma Wirceburgensium Universitate SS. Canonum Professoris Publ. Ord.

DISSERTATIO CANONICA

DE

NECESSARIO

JURISPRUDENTIÆ NATURALIS

CUM ECCLESIASTICA NEXU, ET ILLIUS IN HAC USU.

Wirceburgi MDCCLXI.

CAPUT I.

Instituti Ratio, Necessitas, & Partitio exponitur.

SUMMARIA.

I. *Clarissimi BARTHELII introductio.*

II. *Quo Duce fontes investigandi, ac saniora duntaxat principia in Ss. Canonibus interpretandis tradenda & consectanda.*

III. *Inde Eruditorum solide Theoreticorum & Practicorum differentia.*

IV. *Non eadem tamen semper fuit Scholasticæ Theoriæ felicitas;*

V. *Quæ dudum solis forensibus infeliciter inhæsit;*

VI. *Præconceptis inde quibusdam opinionibus contaminata.*

VII. *Duplex ejus defectus: Juris nimirum Naturalis, & Historiæ Ecclesiasticæ neglectus.*

VIII. *In Historia Ecclesiastica illustranda & Jurisprudentiæ potissimum Canonicæ applicanda præclarus quorundam Catholicorum labor.*

IX. *Moralis disciplinæ penes eosdem non eadem plane sors fuit.*

X. *Protestantium in hac methodice certatim tradenda studium & æmulatio.*

XI. *Periculosæ eorundem circa Religionem plerumque sententiæ, nec suis semper probatæ.*

XII. *Catholicis ut vitandæ, ita speciali Juris Naturalis Professuræ instituendæ ansam dederunt.*

XIII. *Neutris specialem hujus Disciplinæ cum Jurisprudentia Sacra nexum ostendere curæ fuit; nisi ut Hierarchiam sacram quidam Protestantes inde convellerent.*

XIV. *Penes Catholicos incidenter tantum Juris Naturalis fit mentio.*

XV. *Variæ de hoc defectu conjecturæ.*

XVI. *Nexus hujus prodromum exhibuit Autor Anonymus Principiorum Juris Publici Ecclesiastici.*

XVII. *Principii definitio, ejusque in Proprium & Commune divisio, & à Subsidio differentia.*

XVIII. *Principium Juris Canonici Commune Jus Naturale asseritur.*

XIX. *Utriusque nexus necessarius variis ex rationibus prolixius quoque imposterum deducendis ostenditur.*

XX. *Id quod præcipuè intuitu Catholicorum asseritur.*

XXI. *Totius Dissertationis scopus præfigitur.*

XXII. *Ejusdem partitio.*

§. I.

§. I.

Quo primum tempore, emenso feliciter quadriennali Studii Theologici Cursu, ad immensum fere Ss. Canonum pelagus animum totumque hominem applicare cœpi; ea mihi præ aliis sors plane singularis obtigit, ut hujusce mei propositi non Ducem duntaxat & Præsidem venerari mihi liceret Celeberrimum hactenus in Academiis Germaniæ, præcipuè Catholicis, Doctrinæ Canonicæ Restauratorem, Clarissimum ac Consultissimum Virum ac Dominum JOANNEM CASPARUM BARTHELIUM Ss. Theologiæ & U. J. Doctorem, Insignis Ecclesiæ Collegiatæ ad utrumque S. Joannem in Haugis Decanum, Reverendissimi & Celsissimi Episcopi & Principis Bambergensis & Wirceburgensis, Franciæ Orientalis Ducis. Consiliarium Intimum & Ecclesiasticum, Studii Universalis in Alma hac Universitate Pro-Cancellarium, Facultatis Juridicæ ac totius Universitatis Seniorem, nec non Ss. Canonum Professorem Publicum & Ordinarium; Cujus in Scholis (quod quidem cum pluribus non tantum Indigenis, sed & extraneis Perillustri quoad magnam partem Prosapia conspicuis mihi commune fuerat) sedulo versarer, & Interpretis viva voce docentis prælectiones ac præclarissimas commentationes exciperem & auribus & calamo; verum etiam frequentius, diutius, propiusque ejus ab ore pendere, quotidianas atque domesticas ejusdem institutiones imbibere, continuaque conversandi consuetudine fruendo proficere mihi datum esset. Has inter ea facile reliquarum princeps mihi videbatur institutio, eum, qui hoc in Studio progredi percuperet, ad fontes recurrere oportere, atque ex ipsis suis Principiis Doctrinam hancce universam, tum ejus partem quamlibet derivare, Principia à conclusionibus distinguere, Regulas ab exceptionibus, quod uti in qualibet disciplina necessarium, ita Institutionum, queis ad vastiorem cujusque Disciplinæ notitiam Juventuti in Scholis via sternitur, præcipue est proprium.

Clariss. BARTHELII Introductio.

§. II.

§. II.

Fontes investigandi & per principia docendum.

Ubi vero Principali REVERENDISSIMI ET CELSISSIMI EPISCOPI ET PRINCIPIS, AC DOMINI DOMINI NOSTRI ADAMI FRIDERICI gloriosissimè nunc regnantis clementia, quam immortali veneror, veneraborque semper obsequio, ad Publicam Ss. Canonum in hac Alma Universitate Cathedram admotum me vidi; non potuit non eadem animum meum occupare sollicitudo, ut iisdem præclaris vestigiis insistens, nonnisi sana purioraque eadem principia sequi, atque ad fontes ipsos in omnibus redire allaborarem, nec superficiali tantum notitia contentus cortici duntaxat exteriori inhærerem, aut in superfluis sisterem abundaremque, ubi necessaria plura supersunt, in quibus deficere piaculum foret. Quod enim sine fictione didici, id sine invidia communicandi aliis suavem prorsus necessitatem â meo mihi munere impositam sentio, quo id & ego quoque consequar, ut cum facilitate æque, ac felicitate velocitateque congrua doceam, atque exosas tædiosasque ambages evitem, sed perspecta principiorum firmitate facilius tradita ab Auditoribus capiantur, capta retineantur, & lubentius observentur, ac porro Juventus Scholis soluta â se ipsa judicium sanum posthac formare possit, quod male instructa nunquam assequeretur, utpote ignara uti ingenio suo, quod, si ea in manus meliores, sapientioresque Studiorum moderatores incidisset, qui melius eam introduxissent, præclara Reipublicæ Literariæ servitia præstare utique potuisset.

§. III.

Introductionis Theoreticæ & Practicæ differentia.

Hac nimirum in re vel maxime ii, qui in Academiis solida disciplinarum quarumcunque, ac præcipuè Jurisprudentiæ Sacræ notitia institui volunt, sese discernant necesse est ab iis, qui inverso prorsus ordine ad solam praxin, nullis prius solidis imbuti principiis, absque fundamentali in Scientias introductione ad Curias, Fora atque Tribunalia, aut Judicum & Advocatorum saltem Lycæa turmatim convolant. Hi enim necessariis hisce destituti principiis & adminiculis, in tenebris plerumque repunt, disciplinam per particulas arripiunt, authoritates obvias sequuntur, dubiisque & incertis opinionibus replentur, dum Jurisprudentiam ea ratione addisci posse credunt, qua vilissimæ artes addiscuntur, in quibus Discipuli intuentur opus Magistri, observantque sedulo, quæ ipsis circa singula opera facienda præcipiuntur. Unde id contingit, ut si Practicos ejusmodi Jurisconsultos interroges, quare hoc vel illud faciant, nihil aliud responsi extundere unquam possis, quam usum hoc ferre, Magistrosque artis idem illud fecisse. Aut ignorantes, aut laboris & studii inimici præter prolixas, imo æternas fere Autorum & Doctorum citationum series, quæ totidem quasi Pharmacopolarum scedulæ videri possent, aliud fere amant nihil, eo unice contenti, quòd diversarum ineptiarum & subterfugiorum copiam, indige-

digeſtam & materialem duntaxat textuum generalium multitudinem, vaſtam clauſularum & authoritatum quamvis ab eo, quod probandum ſumitur, & probari intenditur, diverſiſſimarum, imo ſæpius adverſarum ſylvam promptam ſibi paratamque ad manus habeant; Arti propterea Carneadis in Jurisprudentia non locum tantum apertum, ſed & liberum tribuentes dominatum, id unum continuò & ubique circumſpiciendo, qui in utramque partem cauſas agere, cujuscunque ſententiæ & opinionis, prout illorum privata compendia, aut partium Studia, aut Litigantium vota poſtulare videntur, absque ullo ad veritatis integritatem, ad conſcientiæ puritatem, ad contrahentium mentem, aut Legislatorum, qui Jura conſtituerunt, intentionem reſpectu & intuitu, Patronos ſe gerere valeant. Superficiale ac deſultatorium ejuſmodi ſtudium nonniſi ſuperficialem quoque ac deſultatoriam parit notitiam, & qui ſine fundamento ſtudent, cum fundamento ſane docti eſſe, aut docere non poterunt; Quibus propterea nec inepte, nec inique illud Apoſtoli accommodes: *Semper diſcentes, & nunquam ad veritatis agnitionem pervenientes.*

§. IV.

Theoriæ Scholaſticæ quandoque defectus.

Neque tamen Scholæ & Academiæ hac in re omni ſemper errore immunes fuêre. Hæ quidem Doctrinâ prævie Auditorum animos præparare, & inſtruere conatæ ſemper fuerunt; non tamen ea ſemper illarum ſors fuit, ut hunc finem ſibi præfixum feliciter aſſequerentur, pura illa & ſolida principia, ſine quibus in devia facile ruitur, traderent aut invenirent, aut ea quoque methodo ſcientifica traderent, quæ brevitate aut perſpicuitate ſua ad depellendas eas, quibus nobiliſſima hæc Diſciplina involuta undique fuerat, tenebras ſufficeret, & quæ nunc majori ævi noſtri felicitate ad eandem allata fuit. Unde contigiſſe mirum neutiquam eſt, ut pleraque legentibus & diſcentibus tanquam myſteria propoſita viderentur, rationibus eis ſuffulta, quæ atra caligine obductæ, novisque ſemper obſtaculis parandis idoneæ erant; nec clarus & perſpicuus de potioribus Juris Canonici argumentis conceptus formari, nec ex difficultatibus ubique occurrentibus felix exitus reperiri facile potuerit. Atque inde quoque cauſam deducendam eſſe haud vane conjecturare licebit, quod rari hujus Diſciplinæ tam illuſtris, tam utilis, tamque neceſſariæ Auditores in hoc flumine nantes conſpicerentur, tædio ab hac Juris diſciplina deterriti, quodque in his Scholis nonniſi ſententiæ Canoniſtarum communes, quæ tamen nihil niſi horrida & inculta ſpirare videbantur, proponerentur, ubique verò de ſanis & primis ejus Principiis, de vera notione, origine, progreſſu & mutatione argumentorum altum eſſet ſilentium. Quin & ea facta eſt Jurisprudentiæ injuria ſane ſumma, ut è numero elegantiorum & Eruditiorum Diſciplinarum penitus exturbaretur.

Conf. Lam. Prit. Riſleſſ. ſopra il buon guſto. P. II. Cap. XII. §. ult.

§. V.

Nimia forensium consectatio.

Prolixum sane nimis foret, omnes illas, in quas & hi, suffragantibus Sæculorum IX. X. & XI. tenebris, præsertim quoque nimia GRATIANI, cujus Decretum Sæculo XII. prodierat, authoritate perstricti, & innovata per Decretales Pontificias plurimum Disciplina, ipsaque tritura forensi in Ecclesiam introducta, turmatim quasi proruerunt, deviationes recensere: Dum Juris Canonici nomine nihil aliud comprehendi ab iis videbatur, quam Practica aut Forensis, aut Beneficialis, & Matrimonialis, nihilque audiebatur in Scholis, quàm ad lites causasque forenses decidendas, ad Beneficia Ecclesiastica acquirenda, amittenda, & retinenda, ad quæ plerique elusa veterum Canonum authoritate & salutari disciplina vel insolenti ambitione, vel insatiabili avaritia trahuntur, aliáque similia pertinens, quæ quidem Foris ac Tribunalibus, ibidemque decisioni causarum & quæstionum judicialium conducunt, sed parum moribus formandis, vitiis extirpandis, disciplinæ restaurandæ, aut Ecclesiæ administrandæ subserviunt: Unde factum est, ut, dum Ss. Canonum Studiosi toti hisce fuerunt implicati, atque de illis optime instructi, causis forensibus, litibusque prosequendis, quàm disciplinæ Ecclesiasticæ formandæ, essent aptiores; atque ulteriùs, ut qui in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis ex Ecclesiæ intentione & Fundatorum præscripto deberent esse Ss. Canonibus instructi eo fine, ut Episcopis in conservatione disciplinæ, optimorumque morum restauratione consilio & opera assistere possent, pene ad aliud nihil, quam ad lites quæstionesque forenses & judiciarias super Beneficiis, Decimis, Matrimonio, aliisque materiis incidentes decidendas, aut prosequendas essent idonei; quam ob causam S. CAROLUS BORROMÆUS Mediolanensium Archi-Præsul, dolens, eos tantummodo Canones communi consuetudine ad interpretandum seligi, qui ad lites judiciaque valent, optaverat, ut vetus potius disciplina renovaretur, atque commendaretur, ejusdemque convenientia cum *recta Ratione ac cum ipso Evangelio*, quod illius basis est ac fundamentum, demonstraretur, dum aliquem constituisse legitur, *qui iis Canonibus declarandis praeesset*, *unde sacra Majorum instituta & Ritus, optimumque Ecclesiæ administrandæ genus hauriretur.*

§. VI.

Doctorum & Interpretum præventiones.

His & accesserunt aliæ quædam Doctorum & Commentatorum complurium præventiones pleræque è Decreto GRATIANI, partim nimirum ex suppotitiis Decretalibus ibidem relatis, partim ex privatis ejusdem sententiis & opinionibus, quibus ipse discordantes ad speciem Canones pro suo captu & Sæculi sui more, sed duce ac luce Historia destitutus, adeoque sine Judicio & solido examine ob tenebras sæculi XII. haud facile possibili omnia ex suæ ætatis Praxi dimetiens, conciliare allaboravit, haustæ, ibique velut in ovo, semine aut principio contentæ & convolutæ, in subsequentibus autem Collectionibus, earum-

earumque Glossis explicatæ, & in suas consequentias distributæ. Illi vero Commentatores, qui solidiora consectari, & antiquam præcipue Disciplinam atque Historiam consulere volupe sibi duxerunt, præventionum ejusmodi duas potissimum Classes distinguunt, quarum prior præjudicia authoritatem Ecclesiasticam in Principes circa res temporales veluti ex Jure divino concessam spectantia, altera præconceptas circa expertem omnis omnino vinculi Pontificum in rebus quoque spiritualibus independentiam, & eorum iisdem in rebus illimitatam plenitudinem potestatis opiniones complectitur; cujus usum tamen in ea, quam intemperantiores illi Commentatores adstruere voluerunt, latitudine nunquam Sedes Apostolica affectavit, & salva Ecclesiæ salute, quæ suprema in omnibus lex esse debet, affectari, minus arrogari sibi posse prudentissimæ sanctissimeque judicat.

§. VII.

Defectus Jurisprudentiæ Naturalis, & Historiæ Ecclesiasticæ.

Neque mirum id videri poterit cuicunque in intimas harum opinionum sensim invectarum rationes penetranti, easque, quibus factum est, ut superficiaria cura plerique Decretalistæ hanc suam provinciam administrarent, causas funditus eruenti: Siquidem facile duo omnino defectus occurrent, quorum alter neglectum doctrinæ moralis, Jurisque, ut vocant, Naturalis, alter verò antiquitatum Ecclesiasticarum ignorantiam prodit, quibus scientiis tamen carere neutiquam possunt, qui felices in Jurium quorumcunque studio progressus facere conantur. Etenim Juris Naturalis doctrinæque moralis scientia generalia fundamenta suppeditat, & principia solida sistit, quibus Jus positivum qualecunque, & sic etiam Ecclesiasticum, plura superaddidit, quæ ex illis illustranda ac declaranda sunt. Ecclesiasticorum verò monumentorum notitia Institutorum Ecclesiasticorum causas, diversarum Collectionum fata & successiones, & cujusque Argumenti Canonici origines, progressus, vicissitudines, innovationes ac mutationes refert, simulque spurios fontes aperit, ex quibus sinistræ ac præoccupatæ quædam opiniones atque consequentiæ, lutulenti velut rivuli, profluxêre: ut his demum recte intellectis facilior aditus ad Jura Ecclesiastica plenius & securius percontanda patere possit; sicut è converso absque his adminiculis nec GRATIANI compilatio intelligi, nec Decretales Pontificiæ accurato judicio ponderari queunt.

§. VIII.

Catholicorum in illustranda Historia Ecclesiastica labor.

Atque Historiam quidem Ecclesiasticam quod attinet; in ea illustranda jam plures inter Catholicos illustres viri suam feliciter operam collocarunt, pe nes ipsos quoque Eruditiores nostræ ætatis Protestantes debita eruditis suis laboribus & digna præclaris in Rempublicam Literariam meritis laude haud destituti Et cùm nuda illa & in sola factorum gestorum & eventuum enarratione sistens vana sit & otiosa, sed suum tum modo emolumentum præstat, & adipiscatur

piſcatur meritum, quando ſingularum Diſciplinarum, quibus omnibus famulatur atque ſubſervit, uſui applicatur: vix aliam reperire erit, quæ magis Jurisprudentiæ Eccleſiaſticæ accommodata ſit & applicata, quàm ea, quæ Autore Doctiſſimo D. CLAUDIO FLEURY Gallicè conſcripta, in Latinum nunc idioma translata prodiit, ea potiſſimum in re & conſtanti ad Canones ac Statum Eccleſiæ relatione reliquis facile palmam præripiens. Cujus applicationis ipſe & exemplum & modum monſtravit in *Inſtitutionibus Juris Eccleſiaſtici*, quas Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ad Jus Canonicum ſpeciatim applicatæ brevem veluti Epitomen atque Compendium haud immerito compellaveris Pari cum utilitate & majori cum ſolertia, aptiorſque hunc ad finem methodo, quamvis minori forſan, modeſtiori certe cum Critica ex intima antiquitate inſtituta Eccleſiaſtica illuſtravit LUDOVICUS THOMASSINUS Oratorii Gallicani Presbyter in opere primum gallice edito, & poſtea in Latinum idioma verſo ſub Titulo: *Vetus & Nova Eccleſiæ Diſciplina circa Beneficia & Beneficiarios*, ubi ſingula argumenta per diverſa quidem Sæcula, ſed continuata ſerie excuſſit, & ad hodiernum uſque Eccleſiæ ſtatum perduxit, non tantum diverſas rerum Eccleſiaſticarum ætates diſtinxit, ſed ortus earum primos fideliter aperuit, progreſſus, novaque earum incrementa vel decrementa pleniori opera ſub examen revocavit, & antiquum præſentemque Juris Canonici ſtatum inde optime depinxit. Et ſimili demum opera, novaque & egregia methodo adhibita, ſuoque ſyſtemati ad normam fere Inſtitutionum efformato adaptata ex fontibus ſuis propriis Jus Eccleſiaſticum Ss. Canonum derivavit ZEGERUS BERNARDUS VAN ESPEN in Academia Lovanienſi quondam Profeſſor celeberrimus ſub titulo: *Jus Eccleſiaſticum Univerſum hodiernæ diſciplinæ præſertim Belgii, Galliæ, Germaniæ & vicinarum Provinciarum accommodatum*, quod hodie plurimorum, qui ſolidiora in Jurisprudentia Canonica vulgaribus præferunt, & corrupto guſtu non laborant, manus pervolitat. Addidit & huic alium non minoris pretii Tractatum Hiſtorico-Canonicum exhibentem Scholia in omnes Canones Conciliorum tam Græcos, quam Latinos, nec non famoſiores Canonum Codices ſive Collectiones tam Veteres, quam recentiores, quibus modernum Corpus Canonicum conſtat, una cum variis reflexionibus, regulis & principiis perveniendi ad veram & utilem Sacrorum Canonum & Juris Canonici notitiam. Quo utroque ſicut omnem lapidem movit, ut jurium quorumcunque natales genuinos ex ipſis fontibus erueret, & his traditis veram eorum indolem & attributa doceret; ita eam ſibi gloriam conciliavit, ut fateantur eruditiores quique, hac via, qua Author inceſſerat, eundum eſſe iis in Juris cultura, qui veras ejus rationes & notiones perdiſcere geſtiunt. Imo & ea, qua utitur, perſpicuitate, connaturali methodi cohærentia, & ſtyli modeſtia ad meditationes ſuas evolvendas quemlibet, quâ neſcio, dulcedine rapit; quamvis aliquæ, quas ſingulares ſibi quandoque tenet, ſententiæ non omnibus eapropter probentur, ſed & merito deſerantur.

§. IX.

§. IX.

Disciplinæ moralis fors inæqualis.

Neque Juris Naturalis prudentiam suis in Scholis conticescere prorsus unquam permisêre Catholici, quamvis specialem eidem illustrandæ spartam dudum non instituissent, sed eam provinciam iis demandarent, qui in morali doctrina ad conscientiarum tum alienarum, tum propriæ directionem Juventutem instituere debebant, cum Theologia scilicet hanc Jurisprudentiæ partem confundentes, quæ vel ideo nemini nisi ad Statum Ecclesiasticum aspiranti accommodata a reliquis omnibus facile deserebatur: & ipsa quoque inversa methodus nonnisi per casus propositos, eorumque resolutiones absque præmissis, imò neglectis sæpe penitus solidis principiis eandem tradendi (siquidem teste GERSONIO apud ESPENIUM *Jur. Eccl. Univ. P. I. Tit. X. Cap. II. Num.* 6. relato facilius est & ordinatius deducere ex principiis conclusiones, quam ex conclusionibus in principiorum notitiam devenire) non parum tædii Auditoribus creavit, & una cum eo, quod pedetentim invaluit, opinionum, ut ajunt, regno ab utilissima, imo necessaria hac disciplina plurimos deterruit.

§. X.

Protestantium Doctorum in ea studium.

Protestantes vero in id totis viribus speciatim incubuere, ut cultiorem denuo ejus saltem faciem aliquatenus redderent, eique methodo systematica majorem lucem affunderent, & amorem, æstimationemque conciliarent. Post ausus enim MELANCHTONIS & BENEDICTI WINCLERI illius quidem in sua *Philosophiæ moralis Epitome*, hujus autem in *Com[illegible]atione de Principiis Juris* satis adhucdum tenues, magis in eo desudavit apud literatos percelebris HUGO GROTIUS; cui quidem constitutum aliud quidpiam non fuit, quam Gentium integrarum controversiis hanc Juris accommodare tractationem, ut Juris quoque Gentium nomine appellare illos Libros voluerit, quos de Belli Pacisque Jure deinceps inscripsit; hoc ipsum vero cum ita exequeretur, ut ex præmissis ac præstructis Juris naturalis principiis reliqua Gentium Jura ordine inde derivaret, exemplum præstitit, suis præcipue, quod in universo Naturæ Jure, quo ad singulorum etiam officia spectat, hunc in modum adornando iidem certatim sequerentur. HUGONI GROTIO in illorum numero, qui lucem Juri Naturæ affundere conati sunt; successit THOMAS HOBBESIUS Malmesburiensis, vir omnium judicio ingenii subtilissimi, cujus *de Cive Elementa* anno MDCXLVI. lucem primum aspexerunt, quæ aliquot post annos, videlicet MDCLI. alter ejus fœtus, cui *Leviathan* titulum fecit, excepit. Comparuit posthæc SAMUEL PUFFENDORFIUS, qui & horum vestigia premens hujus sui instituti specimen equidem jam dedit in *Elementis Jurisprudentiæ universalis*: sed illud demum opus, quod plenam doctrinæ ejus faciem exhibuit, omniumque oculos animosque in se convertit, anno MDCLXXII. prodiit. Quod deinceps ipse in compendium misit Titulo: *de Officiis Hominis & Civis*, indito.

indito. Reliquos omnes ut omittam, qui GROTII Libros in tabulas redegerunt, aut animadversionibus auxerunt, aut eosdem vel HOBBESII, aut PUFFENDORFII placita magnis sæpe animorum motibus sub examen vocarunt, aut aliunde Compendia & Institutiones ejusdem Juris superstructis horum principiis atque systematis concinnarunt.

§. XI.

Periculosæ eorundem sententiæ.

Verum prætermittere haud possum, quin & illud addam, solitos fuisse plerosque hos Juris Naturalis Commentatores, sicut ad Reipublicæ, in qua quisque vixit, ita quoque ad Religionis, quam quisque profitebatur, Statum Juris Naturalis Decreta accommodare. Qui omnes cum Protestantium castra secuti a puris Ecclesiæ Catholicæ placitis multum, alii tamen aliis longius discederent; non possunt non suis de Jure Naturæ scriptis varios interspersisse errores, qui a vera Ecclesiæ Doctrina incautam Juventutem deflectere faciant, partim quod præconcepta sua ex educatione circa Religionem præjudicia studiosissime ubique recondere, quin & affectata novæ methodi ac styli dulcedine condire apprime noverint, partim quod nullius Disciplinæ cum Religionis tum dogmatis, tum præceptis tam arcta sit connexio, quam illa Jurisprudentiæ Naturalis. Quæ res quam periculosa quamque noxia sit, per se cuicunque facile constat. Et HUGO quidem GROTIUS, quamvis tertio, postquam ejus Libri prodierant, anno, scilicet MDCXXXVII. die IV. Februarii ab Inquisitionis Romanæ Officio errorum suorum merito notaretur, multa tamen adhucdum Ecclesiæ Catholicæ placita etiam hoc ipso in opere non sine suorum indignatione comprobavit. Reprehenduntur â Protestantibus passim in eo singulares quædam Sententiæ, queis a receptis suorum principiis diversus abire arguitur. In THOMA HOBBESIO & ipsi tantam probitatem desiderant, quantum ad studia literarum attulit ingenium. Suam, quam excogitavit de Statu Naturali fabulam, cœteraque, quæ eidem superstruxit, adulationi adscribunt, plane ac si Imperantium in tuto collocari Majestas nequeat, nisi advocatis in subsidium figmentis; Eum, dum pius in Regem videri voluerit, parum abfuisse redarguunt, quin impius in Deum, ipsam Religionem Imperantium arbitrio subjiciendo. injuriusque in cives, servili prorsus conditioni eos addicendo, extiterit. Etiam SAMUEL PUFFENDORFIUS â Principiis Religionis Catholicæ alienus per eam, quam tenuit, philosophandi rationem â receptis quoque suorum Theologorum decretis in pluribus dissentit; & vel ideo ab integra eorum (qui ægre hoc tulerunt, & introducta semel ista sentiendi libertate nihil tam sanctum tam inviolabile fore autumabant, quod non convellere auderet hominum nova consectantium profana libido) cohorte impugnatus.

§. XII.

§. XII.

Catholicis specialem Juris Naturalis Professuram instituendi ansam præbuerunt.

Nec mirari proinde, minus indignari merito poterunt Protestantes, quod eorum hac in Disciplina traditis non ubique confidere, nec iis imbuendam Juventutem committere velimus aut possimus Catholici. Et hæc eadem ratio Principes Catholicos permovit, ut cum maximam hujus disciplinæ necessitatem æque ac utilitatem nossent, ac puram & immunem ab omni errore illam Juventuti instillari percuperent, in suis quoque Academiis publicis specialem eidem interpretandæ spartam constituerent, in qua plures etiam Catholici non infeliciori hactenus industria desudarunt. Ejusdem initium in Alma hac Wirceburgensium Universitate Sapientissimæ Magni FRIDERICI CAROLI moderni Reverendissimi ac Celsissimi Episcopi & Principis Nostri Avunculi, cujus memoria per universum Germaniæ Imperium & ultra in gloria, per nostrum hunc Franconiæ Ducatum in Benedictione est, providentiæ immortali gratitudinis obsequio in acceptis referimus, atque eam insigni plane industria ac pari cum fructu modo administrat Clarissimus D. JOANNES JACOBUS JOSEPHUS SÜNDERMAHLER, suis in illustriora Juris Publici Romano-Germanici capita commentationibus alioquin in Literaria Germaniæ nostræ Republica celebratissimus. Quod quidem provide ita constitutum fuit, cum Jus Publicum particulare Imperii nostri necessario fundamenta Juris Publici Universalis præsupponat; Jus vero Publicum Universale revera illius Doctrinæ, quæ Jus Naturæ integrum explicat, pars quædam eaque præcipua existat. Et Romæ quoque, quamvis eandem Professuram Publicum & Supremum illius Urbis Archi-Gymnasium, quod Sapientiam vulgo vocant, adhucdum ignoret; Viros tamen Jurisconsultos reperire est, qui de hujus disciplinæ necessitate plane convicti privatam eidem operam navent, indeque Juventutem introducendi in Jurisprudentiam meliori methodo initium faciant, imo & publicis commentationibus eandem illustrare incipiant: uti proximo abhinc anno EMANUEL DUNIUS Pandectarum in supradicto Archi-Gymnasio Professor publicus spinosiore quidem, non inerudita tamen opera tentavit in Opusculo, cui Titulus: *Saggio sulla Giurisprudenza Universale*; quo etiam plenioris super eodem argumento tractationis spem fecit.

§. XIII.

Neutri, nec Protestantes.

Hos inter nihilominus reperire quempiam necdum mihi datum fuit, qui specialem in eo industriam collocarit, ut nobilissimæ hujus Jurisprudentiæ partis cum Jurisprudentia Ecclesiastica nexum, illiusque in hac usum data opera, sive ex professo, ut ajunt, & accuratiori cura pertractaret. Equidem SAMUEL PUFFENDORFIUS supra memoratus libellum edidit, *De Habitu Religionis erga Statum Civilem*, hoc nomine a Viro Clarissimo JUSTO HENNINGIO BOEHMERO sæpe laudatus. Quo vero toto in opere præcipue collimarit,

marit, quodque in evertendo ſacro Imperio & ſubruendis Hierarchiæ Eccleſiaſticæ a Chriſto inſtitutæ fundamentis totus fuerit, ubique prodit, ut vel hac de cauſa & BOEHMERO & aliis Proteſtantium Doctoribus Juriſconſultis æque ac Theologis in deliciis, imo & maximo in pretio fuerit, uti JOANNES FRANCISCUS BUDDEUS *in Iſagoge Hiſtorico-Theologica Lib. Poſter. c. V. §. 7. in not. pag. 695.* fatetur, inquiens: „Quo pacto Juris Eccleſiaſtici prin„cipia emendanda ſint, primus ni fallor viam monſtravit SAMUEL PUF„FENDORFIUS in libello elegantiſſimo *De Habitu Religionis ad Vitam civilem*; „cujus Editio ſecunda ab Authore reviſa & emendata Bremæ an. MDCXCVI. „in 12. lucem aſpexit; in eo namque ſolide demonſtravit, Eccleſiam non in„ſtar Reipublicæ ſeu Status independentis, ſed potius inſtar Collegii cujusdam „eſſe concipiendam." Plenius vero propoſitum hoc mihi argumenti genus exhauſiſſe GEORGIUM GODEFREDUM KEUFELIUM in ſuo, quod ſub nomine *Elementorum Jurisprudentiæ Eccleſiaſticæ univerſalis*, Roſtock. MDCCXXVIII. in lucem prodiit, opuſculo, ex ſola ejusdem, quam legeram, inſcriptione, ſpe magna mihi pollicebar, nulli propterea in eodem ſollicite conquirendo labori parcendum ut exiſtimarem; Aſt mox ubi poſt diligentem ejuſdem inquiſitionem meas ad manus demum ſerius pervenire potuit, quamvis latius & prolixius, in plures nimirum Jurisprudentiæ Sacræ partes, diffuſa, meliori tamen eatenus e luto ficta eſſe Elementa illa, quam & PUFFENDORFII tractatus fuerit, nequaquam deprehendi. Fruſtra enim aliam decertandi rationem a viro Proteſtantium caſtris addicto quispiam exſpectaverit.

§. XIV.

Nec Catholici ſpeciatim utriusque Jurisprudentiæ, Sacræ & Naturalis nexum oſtenderunt.

Catholicos inter plerique, qui extant, & omnium manibus communiter teruntur, Canonum & Decretalium Commentatores hac in palæſtra minus ſe exercitarunt, & vix unquam ex Inſtituto Juris Naturæ in Jurisprudentia Eccleſiaſtica meminere, ſed, quod ſummum eſt, data duntaxat occaſione, &, ut loqui amant, incidenter in ſuis ad Decretales Pontificias Commentariis Titulo de Conſtitutionibus ſuperficiariam ejus & ſterilem ſaltem memoriam ingerunt & plerumque in jejuna ſatis, imo & materiali nimium, ab Ethnicis hominibus mutuata, ac ſublimiori Chriſtiani hominis conceptu haud admodum digna notione ſiſtunt, nec ulterius, quod præcipue ad ipſos ſpectabat, illud ad Jus Canonicum referunt, multo minus, quæ illius ſit cum iſto connexio, aut quouſque illius in hoc uſus & authoritas ſeſe exerat, oſtendere impenſius allaborant.

§. XV.

Variæ hujus defectus conjecturæ.

Quæ vero cauſæ fuerint, cur Eruditi tam pauci, qui explanandis Sacris Canonibus vacarunt, Juris Naturalis Studium illis conjunxerint, & ad hunc utriuſque nexum, velut argumentum utiliſſimum, imo neceſſarium tam parum, aut

aut nihil prorſus mentem applicuerint, vix facile erit conjicere. An nimia Juris Canonici, aut potius antiquiorum illorum Doctorum, qui in id commentati fuerant, (ad fontes enim pauciſſimi ante Sæculum XVI. recurrere amabant) auctoritas ita faſcinarit illorum guſtum, ut reliqua omnia deſiperent, ſuſpicandum aliis potius relinquo. Defectum ſubſidiorum ad pleniorem ejus pertractationem neceſſariorum haud inepte conjicias, cum Jus ipſum Naturæ ejuſque fundamenta non ſatis curate a Majoribus exculta fuiſſe ex ſuperius dictis luculenter conſtet. Inde naſci omnino debuit haud exigua ejuſdem difficultas, quæ vel ſola abſterrere ſatis potuit, ut alias, quæ aliunde acceſſerint, cauſas accerſere haud opus eſſe exiſtimem. Siquis tamen radicatis nimium, quæ ſuperius recenſita fuere, quibusdam ætatis anterioris præjudiciis invidiæ & odii, quod veritas parere conſuevit, ſibi conciliandi cauſa ab hoc propoſito eos abſtinuiſſe crediderit, a veri forſan ſimilitudine haud penitus aberit. Præjudicia enim ſemel longo uſu & multitudine roborata difficillime vinci, & contra torrentem niti, qui receptis & comprobatis multorum conſenſu opinionibus ſeſe oppoſuerit, atque ideo ſine invidia accidere illud vix poſſe, nemo ignorat.

§. XVI.

Nexum hunc oſtendit Autor Principiorum Juris Publici Eccleſiaſtici.

Solus Catholicorum e numero, qui quidem meas in manus pervenerit, ANONYMUS AUTOR *Principiorum Juris Publici Eccleſiaſtici Catholicorum ad Statum Germaniæ accommodatorum* hæc inter etiam Jus Naturæ numerat, eique ſpecialem ſedem, Capite ſcilicet XVII. huic integre dicato, ſolis tamen VII. §§. abſoluto conſtituit. Majorem ſane ab orbe Literato, præcipue Catholico, applauſum referre, majus in Religionem Catholicam meritum ſibi conciliare, & parem quoque Juventuti Catholicæ, cui præſertim formandæ ſuum hunc laborem dicaverat, conferre potuiſſet prædicti opuſculi Autor; ſi a ſententiis quibusdam, quæ ſub durioribus ejus verbis latitare deprehenſæ ſunt, ſibi temperaſſet, aut mentem ſuam perſonalem, quam in viro, uti creditur, Catholico ſanam præſumere Chriſtiana charitas jubet, aptis modeſtisque Scholiis apertius explicaſſet, ac verborum aſperitatem mitigaſſet. Laudem in eo aliquam meretur, atque eatenus quidem non exiguam, quod ſignum is ad bene de Juris Naturalis cum Canonico nexu ſperandum ſuſtulerit, viamque aliquam ingreſſus ſit, quam alii quoque magno cum fructu ſuis ſignare poſſint veſtigiis; ita enim ſuccincte vaſtiſſimum hoc argumenti genus excuſſit, ut plura adhucdum alienæ induſtriæ relicta ſint; ac nemo propterea, credo, ſuccenſeat, illud & mihi præſentis Diſputationis caput præplacuiſſe.

§ XVII.

Principii notio.

Quanquam diſputare hoc loco diutius haud vacet, an Jus Naturæ verum Juris Eccleſiaſtici Principium conſtituat, an vero ejus tantum ſubſidiis & admi-

adminiculis adnumerandum veniat; ſiquidem inter diverſos, quos Principii vocabulum pro diverſitate objecti, circa quod verſatur, admittit, in eo omnes conveniunt, ut per Principium intelligamus, quod primum eſt, & ſimpliciſſimum, atque ex quo reliqua omnia, de quibus quæritur, ortum trahunt, & derivantur. Atque ita Principii nomine, quatenus illud ad Jus applicatur, prima venire fundamenta, & quaſi fontes intelligimus, ex quibus Jus ipſum emanat & derivatur.

Conf. ERIC. MAURICIUS *in Diſſert. de Principiis Juris Publici Germanici c. III. §. I.*

Add. PFEFFINGER *in Vitriarium lib. I. tit. 2.*

Ejusque diviſio.

Ut igitur inter Principia Juris alicujus referri quid poſſit, ita comparatum ſit neceſſe eſt, ut ex eo Jus, de quo quæritur, agnoſci queat, & dijudicari. Quem uſum ubi uni tantum ſpeciei præſtat, ad hanc unice pertinebit & principium proprium ejuſdem erit; ſi vero pluribus aliis eundem præſtat Jurisprudentiæ & Doctrinæ civilis partibus, atque aliis diſciplinis ſubſervit; Principii communis honorem merebitur. Quæcunque e contrario huic fini proxime non inſerviunt, faciunt tamen ad faciliorem vel pleniorem Juris cujusdam intellectum, aut applicationem ejus ac praxin juvare poſſunt & promovere, ea omnia in Subſidiorum atque adminiculorum numero locum invenient. Quibus ex præmiſſis facile eſt dignoſcere ad Principia Juris Canonici propria eas omnes & ſolas leges pertinere, quæ vel divinitus in ipſa inſtitutione Eccleſiæ & pro formando ejusdem Sacri Regiminis Statu ſunt præſcriptæ, aut poſtea a Conciliis & Pontificibus conditæ aliis Societatibus civilibus aut diſciplinis applicari nequeunt; atque propterea ſi vel maxime inter principia Juris Eccleſiaſtici Jus Naturale referre placuerit, ad communia duntaxat illud pertinere.

Subſidium vel adminiculum.

§. XVIII.

Principii honor Juri Naturali aſſeritur.

Sed neque in hoc etiamnum facile credo omnes conſpirare, dum alii Jus Naturale inter Principia Juris Eccleſiaſtici non propria quidem, ſed communia, uti mox memoravimus, referre; alii illud ſaltem Subſidiis hujus atque adminiculis adnumerare maluerint; quorum hic differentias in ſolam demum logomachiam, ut plerumque accidit, aut in diverſam tantum terminorum notionem recidentes fuſius examinare noſtri nequaquam loci, nec inſtituti eſt: dummodo ſcilicet ii, qui principium illud dicunt, non omnino ſomnient, omnes Canones poſitivos eſſe proximas Juris Naturalis determinationes & applicationes, uti de legibus civilibus nonnemo id ſomniavit, unicam quaſi Juris ſpeciem, eam ſcilicet, quam Natura omnes homines docuit, admittens, & cum hac reliqua omnia confundens. Juſtum aptumque diverſos inter Canones diſcrimen ſtatuendum eſſe, & varios, imo quam plurimos exiſtere, qui nihil omnino Juris

ris Naturalis in se contineant, sed mere positivi sint, ex infra dicendis patebit; cujus generis sunt, qui ritus externos duntaxat aliave duntaxat minutiora quædam disciplinæ puncta ordinant: quorum intuitu rationem Principii Jus Naturæ utique non participiat. Sed hoc id unicum evincit, Jus Naturale principium Juris Canonici proprium non esse; principii communis honorem illi minimè abjudicat. Integrum hic Canonum complexum, non singulos spectamus, & quid integræ Jurisprudentiæ Sacræ Naturalis præstet, discutiendum nobis est; & hujus intuitu principium illud dicendum esse omnino asserimus.

§. XIX.

Nexus utriusque necessitas.

Aliquam exinde, eamque permagnam cum Jure Canonico Juris Naturalis connexionem esse, & magnum quoque hoc illi usum præstare, parem proinde utriusque studium simul conjungendi necessitatem esse, evictum facile censebitur, & negabit nemo, qui saniora in Jure Canonico sequi principia amat. Omnes in eo mecum convenient, non modo doctrinam Juris Canonici egregie juvari solida Juris Naturalis cognitione, prudentique ejus usu, verum sæpius ad hoc etiam necessario recurrendum esse, in ipsis Juris Canonici controversiis decidendis. Sane neque Juris Canonici tum Publici tum Privati solida acquiri poterit notitia, neque ipsum illud Jus & controversiæ permultæ circa negotia non pauca, præsertim publica, oriundæ commode dijudicari poterunt, nisi cum Legibus Ecclesiæ fundamentalibus aliisque Constitutionibus Canonicis, quæ propria Juris Canonici principia constituunt, Juris quoque Naturalis placita constanter conjuncta fuerint. Adhæc Jurisprudentia quoque privata pars Ethices est, nihilque aliud, quam studium Regularum Justitiæ, quæ nobismet ipsis primum observandæ sunt, ac deinde aliis per consilia vel decreta præcipiendæ; universa Juris Ecclesiastici prudentia disciplina morum Christiana nititur, nec rigorem juris, qui sæpe in summam degenerat injuriam, sectari debet, sed inspirare æquitatem, compendiorum contemptum, animi demissionem, charitatem ac pacis studium, quæ omnia in Juris potissimum Naturalis principiis atque præceptis fundantur. Porro si scire leges non est verba earum tenere, sed vim ac potestatem, quam qui penitius introspicere voluerit, opus omnino habet, ut in veras legis cujusvis rationes inquirat; frustra quoque is erit, qui Canones se scire crediderit, neque tamen fundamenta, rationes & motiva eorum satis cognita habet & perspecta; quæ sicut intuitu reliquorum Jurium, ita & Canonici respectu magna ex parte in Jure Naturali tanquam omnis positivi stirpe atque radice reperiuntur, ut CICERO *Lib. I. de Legibus* loquitur: *Stirps omnis Juris est Natura.* Præterea Jus Ecclesiasticum positivum, sicut Civile, plura duntaxat superaddit Naturali; inde utile imo necessarium est, ut additamenta positiva internoscere queamus ab iis, quæ naturalia sunt. Accedit insuper, quod omnes leges ita scribi nequeant, ut

omnes

omnes casus, qui quondam inciderint, comprehendantur; sed, ut prudentum judicumque interpretatione ad casus obvenientes dextre modo applicentur, necesse omnino est: quod itidem nisi perspectis Canonum rationibus Jure Naturali nixis fieri nequit. Ubi enim Juris Civilis aut positivi cujuscunque deficit definitio, ibi Juris Naturalis dispositio defectum supplet. Unde ulterius traditas Doctorum & Interpretum sententias accuratior Juris Naturalis notitia æqua lance librat, nec in dijudicandis eorundem controversiis & opinionibus in utramque partem agitari pro communi quarumcunque Disciplinarum more solitis Juris Naturalis præsidio carere poterit, qui præconceptis ex sola authoritate præjudiciis immunem se ostendere, nec nubem pro Junone amplecti habuerit in deliciis. Denique magna quoque in Jure Ecclesiastico consuetudinis & praxeos vis & efficacia asseritur; & tanta quidem, ut Jus ipsum commune Ecclesiasticum sæpe limitet; cum tamen non omnis consuetudo & praxis ejusdem roboris sit, neque hoc discrimen ex Jure positivo, utpote cui prævalet, passim repeti possit; alius sane illam utramque ex æquo dijudicandi fons non erit, nisi Jus ipsum anticipata Naturæ præsumptione insitum, quod uti solum omni Jure positivo anterius, ita & illo longe superius existit. *Legem* enim, addo ego, & praxin *bonam a mala nulla alia nisi naturali norma dividere possumus;* ut ait idem CICERO de *Legibus Lib. I.* Sive igitur ipsam Juris Canonici doctrinam spectemus, sive respiciamus ad praxin ejusdem atque usum; nusquam sane proficere quidquam sine Juris Naturæ auxilio poterimus. Hinc quoque est, quod Jus nostrum Ecclesiasticum, ex quo Juris Naturæ Prudentia magis coli cœpit, aliam prorsus formam induerit, melioremque faciem sumpserit, atque insigni temporum nostrorum felicitate eliminatis compluribus antiquis præjudiciis in melius indies fuerit commutatum.

§. XX.

Præsertim specialis penes Catholicos.

Adjungo demum pro coronide hisce omnibus, quod Catholicas præcipue Academias attinet, cum Ecclesiam tanquam Rempublicam a profana distinctam & separatam, imo & independentem in iis, quæ ad salutem fidelium æternam pertinent, adstruamus; exasciatam Juris Naturalis prudentiam ad conservandam utriusque concordiam, & fines utriusque regundos sæpissime & singulari quodam titulo necessariam esse. Ostendit id ratio generatim a RACHELIO *in Otio Noviom. sive Introduct. ad Jus publ. Cap. VI. p. 28. & seq.* inculcata, sed speciatim quoque Ecclesiæ applicanda. „Quia, *inquit*, in examinandis vel decidendis controversiis publicis nullius Juris major est usus vel authoritas, quam „Naturalis; ideo saltem non minori assiduitate & studio illud, quam Jus privatum, excolendum est. Quo enim magis quisquam in illo profecerit, hoc „ad publicas privatasque causas recte dijudicandas, Jurisque Publici usum „aptior erit, ut magna laude digni sint illi Principes, qui etiam Jus Naturæ in suis

„ſuis Academiis doceri inſtituerunt.„ Nullæ vero controverſiæ publicæ difficiliores, nullæ quoque funeſtiores ſunt, quam quæ Sacerdotium & Imperium dividere infeliciter ſolent. Hæc igitur Diſciplina in Academiis Catholicis eo magis tractanda eſt, cum hi, quibus aliquando cura tum Reipublicæ, tum Eccleſiæ tradenda eſt, in hoc loco inſtrui, & animus eorum iis Doctrinis præparari debeat, quæ utriuſque tranquillitatem continere poſſunt ac promovere. Utriuſque Reipublicæ Adminiſtri ac Conſiliarii hic ſunt efformandi. Quo rudiores hi ſunt, eo pejori utraque ſtat loco. Et ſæpius ignorantia malorum omnium facile radix in Adminiſtris, quam malevola animorum disjunctio, & ſuis indulgendi affectibus ac potentiæ ſtudium in Principibus, quod præſumere nunquam licet, pertinaciſſimis ejuſmodi diſſidiis incentivum ſubminiſtrat ac fomentum. Eandem ulterius neceſſitatem nobis Proteſtantes vel maxime auxerunt. Hi enim Sæculo abhinc & amplius tota virium contentione & unanimi ſtudiorum conjunctione in enucleando curatius Jure Naturali non alio fine verſati fuerunt, niſi ut vel inde imprimis palmario illi ſuo de Jure Principis circa Sacra argumento majorem quendam colorem affunderent, ac præcipue Sacrum Eccleſiæ Regimen, & omnem Hierarchiam deſtruerent; funditusque delerent, Verbo: ut ſuæ inde Religioni Palladium quærerent. Non poſtrema proinde Catholicis Doctoribus cura ſit oportet, hunc illis clypeum eripere, atque vel in ipſos convertere, vel viribus ſaltem ſuis enervare, ac, ubi deficiat, oſtendere.

§. XXI.

Diſputationis totius ſcopus.

Cum itaque illi, qui, ut ſuperius dictum fuit, aliquam etiamnum Juris Naturalis in Canonico occaſione tenus ſaltem mentionem injecerunt, utriusque connexionem vel nullatenus vel leviter duntaxat attigerint, nec, quasnam illi in hoc partes tribuant, ſatis explicate aſſeruerint, nec, quibusnam Juris Naturalis ſpeciebus hunc honorem habeant, expoſuerint, aut qua demum ratione ejusdem uſus ſeſe exerat, definierint; & minimum ea nondum huic Juri, quantum equidem ego ſciam, contigerit felicitas, ut eandem, quam aliis Juris ſpeciebus, uti Publico & Civili, imo & Feudali hac in re Viri Eruditi adhibuerunt, expertum ſit induſtriam; Hinc operæ pretium omnino me facturum eſſe duxi, dum hac, quidquid eſt, commentatione in id incumbo, ut utriuſque inter ſe nexum oſtendam, & eum quidem ejuſmodi, ut fere eadem regula adoptari hoc loco poſſit, quæ intuitu Juris Civilis Romani in *Cap. Intelleximus, 1. de N. O. N.* a LUCIO III. ſtatuitur, atque ita tam Jus illud, quod Natura omnes homines docuit, vel potius ipſa ratio humana id nobis exhibens Jure Canonico multum adjuvetur, quam & ipſi Sacri Canones illud in pluribus imitentur, atque ſequantur.

§. XXII.

Ejusdem partitio.

Quem quidem totius hujusce commentationis scopum ita reliquis tribus Capitibus absolvam, ut Capite II. ipsa Juris Canonici erga Naturale merita exponam. Capite III. Qua ratione Juris Naturalis usus in Jure Ecclesiastico Publico potissimum sese exserat, & Capite IV. demum, quomodo id ipsum Jus Canonicum quoque Privatum moderetur, quantum quidem per temporis angustias mihi licuit, exhibeam. De Jure equidem non Scripto & Caput V. superaddi, haud supervacaneum fuisset; sed ob prolixitatem ejus argumenti ad particularem de Consuetudine pertractationem, Deo propitio, a me luci publicæ dandam illud differri, nemo in malam mihi partem vertet.

CAPUT II.

Juris Canonici in Naturale merita non exigua exhibentur.

SUMMARIA.

I. *Methodi ratio redditur.*
II. *Definitio Juris, ac Jurisprudentiæ.*
III. *Juris Naturalis notio evolvitur.*
IV. *Juris positivi descriptio atque in Divinum ac humanum divisio.*
V. *Humani Ecclesiastici sive Canonici notio explicatur.*
VI. *Ejusdem cum Jure Naturali Major præ civilibus legibus connexio ex fine utriusque ostenditur.*
VII. *Eadem ex utriusque objecto itidem asseritur.*
VIII. & IX. *Ex Natura quoque & divisione Religionis, quam Jus Ecclesiasticum respicit, ulterius demonstratur.*
X. *Jus Naturale sola ratione integre & plene non cognoscitur.*
XI. *Quæ variis ex causis in moderno humanæ Naturæ Statu obscurior reddita est.*
XII. *Exemplo Philosophorum ex Apostolo Paulo id comprobatur.*
XIII. *Quorum errores quam plurimi non solam virtutis, sed & legis strictius acceptæ normam attigerunt aut impugnarunt.*
XIV. *Uti & sinistræ Pharisæorum atque Scribarum interpretationes.*
XV. *Magisterio proinde opus fuit, & eo quidem hominum eminentiori ac perfectiori.*
XVI. *Divinum propterea in utraque Lege, tam Veteri, quam Nova accessit.*
XVII. *Atque ulterius Magisterio Gratiæ quoque adjutorium superaddidum fuit;*

XVIII.

§. I.

Methodi Ratio.

CICERO pro domo, aut omni partialitatis, ut loqui amant, studio haud undequaque immunis in ipso statim Dissertationis limine a nonnemine fortassis arguar; dum Juris Naturalis & Ecclesiastici inter se nexum examinaturus prolixius, a posteriori, cui addictum me ex officii ratione profiteor, exordium non tantum ducere aggredior, sed & hujus in illud merita deprædicare, atque demonstrare prius audeo, quam Jus ipsum Naturale, quod tamen omnis Positivi, adeoque & Ecclesiastici, magna saltem ex parte fundamentum & basin esse non dubium est, propius attingam, illiusque in hoc usum exponam. Veniam tamen haud difficulter a quocunque justo & æquo rerum æstimatore impetrabo, qui, ut ordine procedat omnis literaria tractatio, in eo præcipue allaborandum esse noverit, quo juxta sanæ methodi regulas veræ terminorum notiones præmittantur, quibus veluti basibus reliqua tractationis capita in decursu propugnanda innitantur. Ex ipsa autem Juris Naturalis & Ecclesiastici notione nihil tam prope consequitur, quam ipsa illa, quæ præclara hoc Capite tractabuntur, Juris Canonici in Naturale merita.

§. II.

Juris

Atque ut a generaliori *Juris* vocabulo exordiar, id plures variosque admittere significatus vulgo notum est, quibus tamen omnibus hoc loco immorari haud vacat. Unicum saltem ex illis eumque præcipuum hic paulo curatius considerasse juvabit, quo veram Juris tum Naturalis, tum Ecclesiastici atque adæquatam præsenti tractatione definitionem proponere valeamus. Is autem ille est,

eſt, quo pro Lege, ſive pro Norma actiones hominum dirigente hæc vox uſurpatur. Quod duplici ratione fieri ſolet. Aut enim de peculiaribus duntaxat nobis ſermo eſt Legibus, ubi de Jure diſſerimus, aut generaliori ſenſu hoc elogio innuimus complexum plurium Legum, quas vel idem Legislator circa diverſa objecta propoſuit, vel circa idem objectum diverſi Legislatores promulgarunt. Poſteriori in caſu Jus totum aliquod eſt integrale, ut vocant, pluribus partibus conſtans, quas ubi Jura dicimus, priorem huic vocabulo, eumque ſtrictiorem, tribuimus ſignificatum. In poſteriori & generaliori tamen ſenſu Jurisconſulti hoc vocabulo frequentiſſime utuntur, maxime ubi de diverſis Jurium ſpeciebus agunt. Ex quo perſpicue & *Jurisprudentiæ* conceptus oritur; quæ habitum denotat complexum Legum ejuſmodi rite intelligendi & prudenter ad actiones applicandi, contraria vero omnia, quæ applicationem Legum impediunt, removendi.

& Jurisprudentiæ definitio.

§. III.

Juris Naturalis notio.

Ex variis dein, quæ utrique horum communes ſunt, diviſionibus ea potiſſimum ad præſens inſtitutum pertinet, qua *Jus in Naturale & Poſitivum* diſpeſcitur. Jus autem Naturale merito complexum omnium Legum Naturalium compellaveris, earum ſcilicet, quas a Deo tanquam Supremo humanæ Naturæ Authore, conditore atque gubernatore ad utilitatem, felicitatem ac finem totius generis humani neceſſaria ordinatione latas ipſa Naturalis Ratio cognoſcit, dictat, atque promulgat, oſtendens videlicet, quæ ſecundum hanc normam tanquam fini creaturæ rationalis conformia facienda & amplectenda, quæ vero difformia, fugienda atque vitanda ſint. Cum enim norma hæc omnium actionum humanarum ſit præſcriptum aliquod conveniens, ſecundum quod actiones ordinandæ ſunt inſtituendæ; neceſſario Superiorem præſupponit, cujus ſit normam ejusmodi creaturæ rationali univerſæ præſcribere, & eundem quidem talem, pro quo ſit præſumptio, quod non tantum, quænam ſit optima norma, ſciat, ſed etiam optime ſecundum normam, quam præſcribere aliis vult, agat. Exinde enim oritur fiducia, quod norma ſit ſalutaris. Homines certe ipſi, univerſim quoque ſpectati, normandi potius ſunt, nec ſuperiores eſſe poſſunt. Et defectibiles cum ſint; ſi ab his unice norma eſſet petenda, dubium ſemper ſupereſſet, an recta illa exiſtat. Ab his ergo ſolida, ſecura & idonea ſperari nequit, quæ hominem ex miſeria eripere valeat; ſed ſolius Dei, qui ſolus ſapiens, fons omnis ſalutis & felicitatis, ſummeque bonus eſt, id opus eſſe dignoſcitur, primario talem, quam quærimus, normam præſcribere, & hominum vias dirigere. Atque hæc quidem norma in Deo jam inde ab æterno extitit, ſumma nimirum illa Ratio, ſecundum quam Deus in tempore cuncta regeret & gubernaret, quæ S. BERNARDO Lex Dei, aliis Lex æterna dicitur. Sicut enim in illo ideæ æternæ extiterunt rerum creationem ſpectantes, ſive

exemplaria, seu repræsentationes rerum ab eo faciendarum; ita & illis Lex æterna rerum in tempore creandarum gubernationem concernens, sive regula creaturarum ad fines suos dirigendarum, quam in actuali earundem gubernatione sequeretur providentia, jam tum respondit. Et cum porro evidens sit, Deum, utpote Sapientissimum & Optimum, ea regere ad finem suum, quæ ipse condidit, ne humano quoque Artifice indignius, quid agat, uti argumentatur

S. AMBROSIUS *Lib. I. de officiis Cap. XIII.*

„Quis operator negligat operis sui curam? quis . . . destituat, quod ipse „condendum putavit? cum aliquid non fecisse nulla injustitia sit; non curare, „quod fecerit, summa inclementia;„ supposita rerum creatione non potuit non hanc illis normam præscribere, eidemque necessario omnes creaturæ subjacent; quamvis rationem normæ & Legis proprie dictæ, nisi respectu creaturarum rationalium, non habeat; Creaturæ econtra irrationales normæ, legis, & obedientiæ incapaces omnino existant, sed saltem ex naturali & necessario quodam impulsu viribus a Natura, sive potius Summo ejus Autore, ipsis concessis more suo, ac pro ratione diversitatis, quam is inter eas stabilivit, ad eum utantur finem, quem Natura illis constituit, ad sui videlicet conservationem, generis propagationem, quin imo & ad propellenda ea, quæ essentiam earundem destruere queunt. At vero solus homo Ratione, ac proinde ea præditus est facultate, ut non ideas modo de rebus obvenientibus sibi formare, verum & illas inter se conferre, nexumque earum perspicere queat: unde & ad ipsum solum hujus normæ notitia spectare, aut pervenire potest, eique divinitus communicari. Atque vel ideo totus ille, quantæcunque sunt, Legum Naturalium complexus nihil profecto aliud est, nisi ipsius Legis æternæ Dei supra descriptæ radius creaturæ rationali a Deo impressus dictans & præscribens, quid agere aut fugere debeat; sive, ut cum Doctore Angelico S. THOMA I. 2dæ Qu. XCI. Art. II. loquar, *est participatio legis æternæ in rationali creatura,* aut ipsa illa Lex æterna Dei homini per lumen rectæ Rationis participata. Adeo scilicet ab illa nequaquam distinguitur, nisi secundum solum habendi modum, uti illuminatio oculorum est ipsamet lux Solis in oculos sese diffundens. In Deo illa simul existit & in homine: in Deo tanquam Authore imparticipate & per essentiam tanquam regulans & mensurans; in homine tanquam in regulato, & mensurato, vel normato, & in imagine ac per participationem. Cui consonat

S. AUGUSTINUS *in Psalm. IV. v. 7.*

„Hoc lumen, *inquiens*, est totum hominis & verum bonum. Signatum autem „dicit in nobis tanquam denarius signatur Regis imagine; homo enim factus est „ad imaginem & similitudinem Dei.„ Et IDEM *Lib. XIV. de Trinitate Cap. XV.*

„In cor hominis non migrando, ſed tanquam imprimendo transfertur, ſicut „imago ex annulo in ceram tranſit, & annulum non relinquit.„ Ita ſcilicet & Deus Rationi humanæ æternas ſuas circa regimen creaturæ rationalis ideas impreſſit, ut in ea tanquam in imagine ſecundum ſimilitudinem ſuam facta reluceant, quin tamen eſſentiæ divinæ aliquid depereat; Et Ratio veluti ſpeculum quoddam eſt, quod easdem exhibeat atque repreſentet.

§. IV.

Juris poſitivi definitio atque diviſio.

Juri Naturali ex altera parte *Poſitivum* reſpondet, quod videlicet Naturali ex libera Legislatoris voluntate ſuperadditur; & quod ex generali humanæ Naturæ conditione haudquaquam fluit, nec ratione humana cognoſcitur, ſed a ſolo Legislatoris arbitrio proficiſcitur; etſi nec ratione ſua & uſu, quem ſaltem certæ hominum ſocietati præſtat, carere debeat. Hinc aliqui id appellare ſolent Voluntarium, non quod ipſa quoque Lex Naturalis non ſit a voluntate Numinis profecta; ſed quod iſtud tantam convenientiam cum Natura humana non habeat, ut in univerſum illi ſervandæ foret neceſſarium, aut ut citra expreſſam & peculiarem promulgationem poſſet innoteſcere. Atque vel *Divinum* vel *Humanum* eſt, hoc hominem, illud Deum Autorem habet; a nobis vero alteri & loco & tempori opportunius pertractandum reſervatur. Humanum illud eſt, quod recta Ratio non ſancivit, neque docuit, ſed Summus Imperans Reipublicæ cujusque utilitati attemperavit. Quædam enim recta Ratio præcipit, quædam vetat, varia ſaltem permittit, & tanquam in medio poſita relinquit Contra illa, quæ imperat aut vetat, nihil facit humana Autoritas, quia ſemper ſunt bona aut mala, proindeque tantum ad horum executionem eſt comparata Quæ vero permittit, his vel aliquid detrahit, vel addit, prout utilitas publica exigere videtur. Unde & hujus rationes non ab univerſali humani generis conditione, ſed ex peculiari & quandoque temporaria utilitate Rerumpublicarum aut certorum cœtuum petuntur, & poſita jam Societate hominum per arbitrium Superiorum definiuntur.

§. V.

Jus humanum Civile & Eccleſiaſticum.

Conſtat vero duplicem ſumma diviſione diſtingui hominum Societatem, prout nimirum diverſo inter ſe fine ſociantur; aliam videlicet profanam & Civilem, aliam vero Sacram & Eccleſiaſticam. Civilis & profana eo fine in cœtum coaluit, ut pacifice & tranquille ſub Imperio Magiſtratus degat, id quod ſatis lubricum in ſtatu naturali foret. Unde legibus quoque hunc ad finem, tranquillitatem nimirum ac felicitatem temporalem, tum publicam, tum privatam coaptatis regitur. Sacra vero cultus divini & ſalutis æternæ obtinendæ gratia adunatur, quæ Eccleſia vocatur, ſive cœtus hominum baptizatorum ad colendum Deum & ſalutem æternam ſecurius conſequendam ejusdem fidei profeſſione, & eorundem Sacramentorum communione coadunatus. Concors enim

doctri-

doctrinæ Christianæ professio non in solo corde delitescit, sed foras prodit per actus externos, adeo quidem, ut fidelis se fideli associet, & cum quolibet paris Religionis homine conjunctionem quandam Sacram ineat. Hæc conjunctio ex principiis Religionis Catholicæ & ipsa separatam Rempublicam a Civili plane distinctam, & suis quoque Magistratibus sive Pastoribus uni Supremo Capiti subordinatis instructam constituit, & sic suas quoque leges peculiares, sine quibus nulla diu persistere potest Respublica, ad utilitatem Ecclesiæ adornatas habet. Ordinari enim nec ista Societas, præsertim inæqualis, potuit sine certis Magistratibus & sine certis Legibus, quæ suas cuique membro partes describant, ut singula ex ordine gerantur. Hasce Leges Canones, Latine Regulas, appellari præplacuit, quamvis non a Pædagogica duntaxat suasione, aut expressa vel tacita tantum Collegii conventione, sed a vero quoque, sacro tamen, in charitate & humilitate potius fundato, & ad salutem duntaxat fidelium ordinato imperio profectæ sint, ut vel mitiori hoc & modestiori nominis significatu indigitaretur, quantum eorum, qui Ecclesiæ præsunt, Regimen dominatum Principum Gentium, & arbitrarium despotismum, legumque rigorem paterna charitate, & Pastorali suavitate præcellere debeat. Unde *Jus Ecclesiasticum* Collectio vel Complexus est omnium Canonum fidelibus baptizatis ab Authoritate Ecclesiastica ad sobrie, juste & pie vivendum in hoc sæculo, & æternam felicitatem consequendam præscriptorum. Atque vel ideo Juris Canonici appellatio communior esse assolet. Et sicut easdem, quas Juris vocabulum patitur, divisiones Jurisprudentia quoque admittit, ita ex superiori generali notione facile colligitur, quid Jurisprudentiæ tum Naturalis, tum Ecclesiasticæ, quin & Civilis nomine intelligatur.

§. VI.

Ex fine major Naturalis & Ecclesiastici Juris connexio.

Porro tam leges, quam Canones fini Societatis utriusque, Civilis & Sacræ, adaptari omnino convenit, qui tamen quam maxime diversus est. Illius enim externus, hujus internus est. Illa sistit in temporali duntaxat subditorum felicitate; hæc vero ad internam pietatem actionum & salutem æternam fidelium tendit. Et quamvis Christianismi ratio non omnem excludat externam manuductionem & Pædagogiam, quin potius eandem amplectatur, postulet & commendet; ejus tamen finis præcipue mediis & viribus spiritualibus impetrari debet. Nam omnes, qui in Christo JEsu vivunt, in Fide & Spiritu uniti unione invisibili, facile etiam tum mutua propensione, tum ex instituto ipsiusmet Christi Salvatoris Nostri coalescunt in externam unionem, & piis exercitiis semetipsos magis magisque excitant, firmantque, quo Deum uno spiritu colant, seque in pietate & fide stabiliant; cum nihil tam naturale sit, quam ut unio mentis inducat unionem externam, quippe ex qua omnes societates, amicitiæ, confœderationes, & collegia oriuntur. Et hæc externa Ecclesiæ congregatio media

media quoque externa, quales Leges & Magiſtratus ſunt, neceſſario exigi finis tamen horum omnium primarius, & adæquatus non reſpicit mere exte num & civile aliquod commercium, vel bonum, ſed ſpirituale, ut Chriſtia omnes uno ore & una fide Deum colant, ſeipſos ad veram pietatem exciten verbo vitæ ſe alant, bonum ordinem ſervent, & in Chriſtianiſmo quotidie pr ficiant. Uno verbo: qualis eſt ratio Chriſtianiſmi, talis eſt finis & eſſe deb externæ congregationis, id eſt, non mere politicus, ſed vere ſpiritualis. I in hoc mirum in modum ab aliis omnibus Societatibus, Collegiis, vel Rebu publicis Civilibus differt; quorum omnium finis tantum vergit ad negotia hı jus Sæculi, & ita quoque a ſcopo ſuo Leges ſocietatis externæ unice ſequuntu Aſt hæc Congregatio ſive Societas negotia Divina pro objecto habet, & ita no unice ad Leges externarum aliarum Societatum componi poteſt. Quamv enim & hæ ſuo modo hic applicari queant, & propter finem duntaxat divini rem quandoque debeant; tamen ſpirituali cultura imprimis alitur, & in un tate ſpirituali ejuſdem fidei, communionis & charitatis internæ conjunctio cohærere debet. Magis autem hac in re cum Jure Naturali Jus Eccleſiaſticu convenit; cum Deus quoque illius, tanquam optimæ normæ, Autor potiſſ mum interne, quamvis inſuper & ſuo modo externe, obliget, quatenus erg malos ut juſtus Judex agit, & eo judicio agendum eſſe juſſit; neque externa tantum pacem & tranquillitatem intuitu aliorum ſervandam, ſed normam vi tutis ac debiti Deo cultus ſequendam eſſe præcipiat, atque ita ad æternam qu que hominis, utpote immortali anima præditi, beatitudinem, ſtatui tamen m re naturali congruam id ordinet, imo & homine per immenſam gratiam ſua ad finem ſupernaturalem elevato idem Jus quoque pro moderno humanæ N turæ a ſe conditæ ſtatu ad eundem finem ſublimarit.

§. VII.

Uti & ex objecto.

Inde & ex objecto quam maxime convenit utraque Jurisprudentia, Can nica nimirum & Naturalis. Triplex Juris Naturalis objectum paſſim recen tur, triplex nimirum hominis officium, aut triplex illud vinculum, quo & De & Sibi, & Proximo obligatur ac obſtrictus tenetur. Nam de omnibus iſtis o ligationibus ex recta Ratione homini conſtat. Neque hic nos moratur accu tum illud & recentius inventum inter Jus Naturale & Theologiam Naturale diſcrimen: quo ea, quæ Deo ab homine debentur, ad Theologiam Naturale revocantur; & ea, quæ ad propriam hominis ſecundum ductum Rationis co formationem & affectuum ſuppreſſionem pertinent, ad normam præciſe Virt tis, aut Diſciplinam Moralem proprie dictam, & in rigidiori ſignificatu int lectam reducuntur; ea demum ſola, quæ aliis hominibus noſtri ſimilibus æterna illa Dei voluntate, atque felicitatis totius generis humani promoven gratia debemus, ſive quæ ſocietati hominum, cujus quilibet a Deo Creato

me

membrum constitutus est, colendæ & paci externæ cum aliis conservandæ conferunt, ad Legem Naturalem strictius acceptam duntaxat referri amant; eo quod postrema hæc sola obligationem quandam externam, quam Jus Naturale proprie ita dictum ex sententia Doctorum illorum necessario requirit, producant, & adjunctam habeant; quatenus scilicet Deus ipse pacis communis inter Genus humanum conservandæ causa hanc quoque singulis facultatem dederit alios immorigeros aliquatenus cogendi, resistendi videlicet aggressori, & sibi quomodocunque providendi & consulendi, ne ab altero opprimantur; econtra vero reliqua, quæ actionibus hominum ad agentem duntaxat relationem habentibus, & quarum emendatio primario ex interna inclinationum mutatione externæ coactioni non obnoxia dependet, normam constituunt, obligationem mere internam pariant. Hoc vero accuratiori discrimine insuper habito, & sphæra Juris Naturalis ad omnia ea officia, quæ sanæ Rationis dictatu debet homo, extensa, facile est & Juri Canonico similem asserere extensionem. Cum enim negotia Divina præcipue, & fidelium Christianorum ad æternam felicitatem directionem pro objecto habeat; hæc omnia quoque trina eorum officia, aliquo modo, & sub intuitu sibi proprio, complectatur, necesse est. Quem in modum ipsos quoque Sacrorum Gentilium Antistites suæ, quam de cultu Deorum, utut falsorum, tradiderunt, doctrinæ & hæc circa memoratum triplex hominis officium Rationis dictata interspersisse, atque immiscuisse, & præter ea, quæ de ratione Deum sacrificiis placandi, aut crimina expiandi, & quæ de Numine quemque sentire oporteret, exposuerunt solerter, cum probe scirent, mente pura scelerumque experti Deum coli quam rectissime, subinde & de morum sanctitate pariter ac justitia aliis impendenda multa præcepisse, testatur

JO. FRANCISC. BUDDEUS *in Historia Juris Naturalis §. VI. pag. m. 13.*

id quod laudandum probandumque omnino existimat, nisi non tam rectæ Rationis dictamina, aut doctrinam a Majoribus acceptam, quam inepta ingenii proprii commenta cœcis mortalibus propinare maluissent. Næ proinde multo magis id dignum fuerit, ut in Sacra veræ Christi Ecclesiæ Jurisprudentia, qua ad veræ Religionis observantiam, ad morum sanctitatem, veramque justitiam dirigendi sunt fideles, sub intuitu Ecclesiæ proprio pertractaretur. Indeque jam superius eam Juris Canonici notionem præmisimus, quæ triplex hoc objectum suo conceptu involvit, dum illud complexum omnium Regularum fidelibus ad Rempublicam Sacram pertinentibus ad sobrie, juste, & pie vivendum præscriptarum, præeunte hac in re ipsomet GREGORIO IX. Pontifice in Epistola Compilationi Decretalium præmissa, ubi non obscure idipsum indigitat, definivimus.

§. VIII.

ExReligionis indole confirmatur.

Multo magis propiusque hoc inde ostenditur, quod Jus Naturale ita spectatum & ipsum pars quædam Religionis, qua Deo religamur, existat. Non enim in sola veritatum contemplatione ea sistit, sed & ad praxin quam maxime tendit, sive non tantum veritates proponit, ac fidem illis habendam, aut assensum intellectus iis præstandum exigit; sed ea est ejusdem indoles, ut præter agnitionem veritatis vitam quoque ad omnes justi & honesti regulas compositam in hominibus sibi addictis, id est, agnitionem veritatis semper cum solida pietate conjunctam requirat. Unde duplicis generis dividuntur veritates & dogmata. Alia *Speculativa* sunt & dicuntur, quæ in mera contemplatione versantur, & mentis assensum tantummodo postulant: Alia vero præter contemplationem & assensum actionem quoque respiciunt, & mores humanos ad recti justique normam dirigunt, atque *Practicorum* propterea nomine veniunt. Priora ad Theologiæ sive Naturalis sive Divinæ doctrinam potius pertinent. Posteriora ad Juris vel Naturalis vel Sacri sphæram respiciunt. Utraque enim rursus bipartita sunt, partim æterna, partim temporalia dogmata & mandata. Illa nec cœperunt unquam, nec desinent, sed invariabiliter præsentia semper sunt, nec ullis vel temporum, vel mutationum vicibus sunt obnoxia. Cujusmodi sunt Dei existentia, unitas, æternitas, immutabilitas & quæcunque vel de Deo vel de anima, vel de creatura universa suggerunt aut congenitæ humanæ menti ideæ, aut elimatæ Rationis argumentatio. Similiter quod ad mores attinet; summus amor Deo addicendus, proximo secundum & propter Deum impartiendus, Jus fasque suum cuique illibate servandum, & siquid aliud in Schola cordis & conscientiæ unicuique Lex Naturæ insonat. Hæc æterna plane, & invariabilis Religio est. Ast temporalia seu historica sunt, quæ vel præterita, vel obiter præsentia, vel futura sunt, cujusmodi tota Christi dispensatio temporalis, & mysteria ab eodem libere instituta sunt. Item quoad mores quidquid vel Deus ipse sua, vel Vicaria ejus Autoritate salubriter ad tempus observandum extra Naturæ Legem commendavit Ecclesia. Hæc temporalis portio Religionis est. Æterna illa & invariabilis æternam quoque & invariabilem normam habeat, ipsum videlicet Jus Naturale æternis Supremi Numinis ideis coævum, omnino necesse est. Temporalis vero temporaria aut arbitraria potius Numinis voluntate constituitur, & temporali quoque norma vel Divina vel humana, quæ ea Ecclesiæ Religionis causa coadunatæ est, constituta regulatur.

Cujus dogmata alia speculativa, alia practica.

Utraque rursus vel æterna vel temporalia.

§. IX.

Sicut temporalia ab æternis pendent;

Distare hæc equidem inter sese quam longissime in propatulo est. Illa enim æterna, hæc temporalia sunt. Illa incommutabiliter semper eadem perstant; hæc pro temporum opportunitate variantur. Illa necessario ita se habent,

bent, nec aliter instituí potuere; hæc aliter se habere potuissent. Illa Naturæ magisterio, & ingenitæ anticipationis præjudicio citra Doctoris operam possunt elucescere: hæc magistri beneficio instillanda sunt; illa rationis acumine indagari, & quadam demonstrationum vi fulciri possunt; hæc nonnisi vel sensuum experimento, vel opinione & credulitate teneri possunt. Hæc tamen temporalia illis æternis, hæc mutabilia illis immutabilibus ita connexa consertaque sunt, ut indivulse jam cohæreant, & necessario nunc quidem vel utraque stent, vel utraque pariter collabascant. Æterna enim temporalibus ac materialibus hisce veluti conteguntur involucris. Et cum una & tota, quam lex æterna dictat, quam Natura necessariis præsumptionibus suggerit, Religio nullo alio constet, quam charitate in Deum & proximum; incommutabiliter secum ista perstat, imperatque semel in sempiternum diligi proximum æquo modo, & diligi Deum sine modo. Ast ubi temporalium mutabilitati illa per Leges Ecclesiæ coaptatur, exigente ita mentis humanæ mutabilitate & identitatis fastidio, & ex ingenio rerum temporalium orientium & intereuntium, sive suis & principio & fine constantium, non potest non multiformi multiplicitate variari: Quemadmodum nimirum ars Medica, in se una eademque semper persistens, iisdemque nixa regulis atque principiis, varia tamen & contraria pro varietate & contrarietate morborum præscribit remedia. Quo eodem exemplo scite quoque eundem in finem

S. AUGUSTINUS *Lib. de vera Relig. cap. XVII.*

utitur in verbis: „Ut ars Medicinæ, cum eadem maneat, neque ullo pacto ipsa mutetur, mutat tamen præcepta languentibus, quia mutabilis est nostra valetudo; ita Divina providentia, cum sit omnino immutabilis, mutabili tamen creaturæ varie subvenit, & pro diversitate morborum alia aliis jubet, aut vetat, ut a vitio, unde mors incipit, & ab ipsa morte ad naturam suam & essentiam, ex qua deficiunt, id est, ad nihilum tendunt, reducat & firmet. „ Eundem prorsus in modum æterna illa Religio, seu tota illa Lex æterna in Dei proximique dilectione consistens innumerabilibus & temporalibus, & per alias aliasque temporum vices variabilibus Ecclesiæ Legibus explicatur, atque promulgatur. Atque ita demum Jus Ecclesiasticum, cum totam Religionis, cujus quippe causa unice in cœtum quendam omnium fidelium multitudo coalescit, latitudinem metiatur; respicere debet tam illas ejus partes, quæ æternæ sunt & invariabiles, adeoque naturales, quam temporales, adeoque & supernaturales: Et siquidem memoratæ hæ, quæ Religionem constituunt, partes inseparabiliter atque indivulse sibi cohæreant, ut altera ab altera pendeat; ipsæ quoque normæ, quibus regulari eas convenit, longius a sese invicem distare haud poterunt.

Ita & utrorumque normæ inter se connectuntur.

§. X.

Rationis in cognoscendo plene Jure Naturali infirmitas.

Sed etiam vel inde præclara esse Juris Canonici in Jurisprudentiam Naturalem merita, luculenter satis patescet; cum ad ejus interpretationem & explicationem non tantum conducat; sed & in corrupto hodierno Naturæ Humanæ statu necessarium sit. Siquidem quin homini ad imaginem Divinam condito illud congenitum, ac eidem a Deo velut radium Legis suæ æternæ impressum esse, atque vel ideo ex mente hominis, quousque rationalis is esse non desinit, nunquam deleri ac obliterari penitus posse, neque etiam ulla extrinseca sui promulgatione, instar Legum positivarum ex indole sua indigere, infitiari ausim; illud tamen constanter assero, solam Rationem humanam, alio omni subsidio, destitutam, ad illud omnimode & absque omni erroris periculo cognoscendum & penitus exhauriendum nequaquam sufficere. Angustis admodum limitibus spatiisque conclusa, sola fere Principia quædam universaliora cognoscit: in reliquis vero præceptis particularibus, quæ ex illis veluti præmissis modo deducenda sunt, sæpius cespitat & hallucinatur.

§. XI.

Variæ ejusdem causæ.

Quamvis enim eadem Ratio humana imago adhucdum Dei indubie persistat, & speculo æternam ejusdem Legem repræsentanti haud inepte compararetur, nec obliterari prorsus possit aut deleri; variæ tamen sunt, imo quam plurima, quæ illam ita decolorarunt atque contaminarunt, ut vix eandem, quæ illi a Supremo Artifice & Conditore Deo appicta & elaborata fuerat, formam referret, nec amplius Divinas illas ideas perfecte & integre exhiberet, sed aliqua saltem rudia veluti earundem lineamenta præseferret. Sunt hæc nativa hominis in labe originali concepti & nati infelicitas, ac densissima illa, quam in mundum secum infert, ignorantia, vitæ brevitas, sensuum, organorumque, & totius corporis male compacti, quod aggravat animam & deprimit sensum multa cogitantem, debilitas, sunt præconcepta educationis a parentibus acceptæ ac tenellæ juventuti instillata præjudicia, mala aliorum exempla sensibus obvia, sunt prava hominis voluntas in omne mali genus prona, prædominandi Rationi ambitiosa cupiditas, perversæ passiones, & animi affectus, ipsa quoque peccata propria ex his nata, Rationem quoque irritantia & obturbantia, & ingenerati inde vitiosi habitus: quorum omnium tanta vis est & efficacia, ut non tantum a veritatis studio hominem avertant ac deterreant, sed & eluctari hac e miseria conantem in turpissimorum sæpe errorum servitutem vel ignarum & incautum conjiciant, ac malum pro bono, & pro malo bonum apprehendere faciant; Consentiente nobiscum in his omnibus & per omnia

S. Cyrillo *in Evangel. Joan. pag. 122.*

Cum

Cum diaboli fraude reductus homo *Creatorem contempsisset, & imposita sibi Lege conculcata beneficii Authorem offendisset, gratia sibi data spolatus est . . . Adulterata est illa similitudo Dei incursu peccati, nec jam characteres erant amplius in ipso clari & splendidi, sed subobscuri ac tenebris involuti ob transgressionem.*

§. XII.

Experientiam hac in re testem sane locupletissimam producere haud difficile mihi foret; nisi otium jam mihi fecisset Magnificus D. BARTHELIUS jam supra laudatus, & a me nunquam satis laudandus, in Dissertatione *De eo, quod circa libertatem in negotio Religionis, justum est,* doctissime elaborata; ubi enarrata prolixe Juris Naturalis historia eandem Rationis humanæ in cognoscendo perfecte eodem Jure imbecillitatem luculenter ostendit, eandemque inde, quæ hoc præsentis Disputationis Caput occupat, conclusionem deducit: clarissimum scilicet illud fulgentissimumque lumen, a Sapientissimo Numine infusum intimumque mortalium pectoribus, velut nubibus quibusdam obductis abscondi, nec cuivis, quid pulchrum, honestumque sit, quid turpe fœdumve, semper perspici, sed mediis propterea pluribus extrinsecis, imo ipsa revelatione Divina humanam ignorantiam & imbecillitatem adjuvandam sustinendamque fuisse. Instar omnium id liquido docent crassissimi eorum errores, qui hujusce disciplinæ Magistros sese præ aliis extulerant, Sapientum, quorum vel sola inter se compugnantia, Sectarum inter eosdem non tam ad emendationem rerum humanarum, quam ad ingenii ostentationem docentium multiplex diversitas, & omnium denique interitus & oblivio, (siquidem immortalis est & inexpugnabilis veritas, enerve & sponte sua evanescens mendacium;) argumento esse posset; nisi multo graviora essent ea, quæ APOSTOLUS *Rom. I. v. 18. & seqq.* refert, absurda, quibus ita legem illam cœlestem humanis pectoribus insculptam polluerunt & commacularunt, ut in ipsa nihil sanum, nihil integrum perstiterit, sed plurima corrupta, depravata, tenebrisque plusquam Cimmeriis involuta horreamus; dum testatur Rationem, quæ illis ad quærendum ex libro & voce creaturarum Deum data fuerat, vel sapientissimis quibusque instrumentum fuisse, quo a Deo quam longissime recederent, eosque lumen, quo abusi fuerant, amisisse in tenebras ac cœcitatem cordis prolapsos, eo usque, ut nec Deum ipsum amplius cognoscerent, nec semetipsos, nec creaturas quoque reliquas, atque harum imagines pro Diis venerarentur, cultum soli Deo, qui ipsa bonitas est & fons omnis boni, debitum in bestias maxime homini infestas transferendo. Ex depravatione scilicet cordis ea secuta est aberratio mentis, ut evanuerint in cogitationibus suis, & obscuratum fuerit insipiens cor eorum, & ipsa Deo traditi in passiones ignominiæ, & in reprobum sensum dati, ex illusionibus rationis suæ in voluntatis suæ perversæ desideria abierint. Quam in rem præclare Apostolo suffragatur S. AUGUSTINUS *Epist. CXVIII.* de Philoso-

Exemplis Philosophorum Veterum confirmatur.

losophis Gentilibus scribens, *Epicureos* in moralibus pessime, *Stoicos* male sensisse; *Platonicos* vero, sive Academicos ad veritatem propius accessisse: sed veræ rationis, addit S. Doctor, personam implere non potuerunt. Omnibus enim defuit Divinæ humilitatis exemplum, quod opportunissimo tempore per Dominum nostrum JEsum Christum illustratum est. Hinc errores gentium de moribus usque in tempora Christiana durasse ostendit. De Jurisconsultis Gentilibus similia refert S. HIERONYMUS *Epist. LXXVII.*

§. XIII.

Normæ Virtutis & Legis distinctio refertur.

Id unum hoc loco commemoro, nefandos hosce illorum errores non in sola Virtutis, ut quidam loqui & distinguere amant, quæ scilicet singulos magis respiciat, doceatque, quomodo quisque semetipsum corrigere debeat, norma perstitisse, sed & normam quoque Legis, quæ totum Genus humanum inter se consideratum & vinculo pacis conjunctum dirigat, attigisse: ut mirari sane debeam, quosdam Rationis humanæ Patronos ad hanc demum utriusque normæ, Virtutis videlicet & Legis, distinctionem ultimum veluti refugium confugere, ea, quæ ad internam hominum emendationem spectant, sublimius atque divinius sæpe lumen requirere non abnuentes, sed quoad illa, quæ ad externum hoc vinculum humani generis dirigendum pertineant, Rationem naturalem lumen satis idoneum esse, totis viribus contendentes. Lumen enim, quo mediante cognoscendum aliquid sit, eatenus comparatum esse debere, prout objectum ipsum cognoscibile est. Crassiora in rebus naturalibus lumen aliquod acutissimum & perspicacissimum in vidente non requirere, sed tantum subtiliora & acutiora. Divina utique diviniori Lumine percontanda esse, quia in hisce sola ratio non sufficiat, licet non levia assequi valeat; sed quæ hanc hominum tranquillitatem externam firment, crassiora esse, ut lumine naturali satis cognosci possint. Inter eas certe Sapientum, quibus crassiorem sane Minervam nemo Eruditus nostræ ætatis illorum admodum æmulæ attribuet, enarratas ab Apostolo rationis illusiones atque deviationes recensentur quam plurimæ, quæ non tantum a norma Virtutis illos elongaverunt, sed & a Norma Legis, quæ scilicet actiones hominum in relatione ad alios homines consideratas dirigat, longissime recesserant. Nec diuturniori aut firmiori hujusce rei demonstratione opus est, ubi solum Apostoli textum sive locum superius allegatum indicasse sufficit, quem vel obiter inspicienti patebit, plura ibidem esse, quæ pacis externæ cum aliis colendæ vinculo vulnus inferant, quam quæ internæ hominis tranquillitati aut moderationi repugnent.

Utraque iis erroribus impugnata.

§. XIV.

Uti & sinistris Judæorum opinionibus.

Sed neque illud ex Dissertatione mox laudata prætermittere hoc loco possum, in ipsis quoque Israëlitis, populo quidem Dei electo ac prædilecto, rudi tamen

tamen & carnali adeo eandem disciplinam moralem per concupiscentiam, inordinatas passiones, & habitus vitiosos, mentis pertinaciam, sinistras institutiones, præconceptasque opiniones obscuratam contaminatamque fuisse, ut Deus ipse extrinseca ejusdem promulgatione per Moysen facienda opus esse duceret, tabulisque lapideis consignatam traderet, quam ex tabulis cordis carneis expunxisse videbantur. Ita enim testatur

utraque propterea a Deo & a Christo restaurata.

S. AUGUSTINUS *in Enarrat. in Psalm. LVII.*

„Scriptum est in tabulis, quod in corde non legebant; non enim scriptum non „habebant, sed legere nolebant. Oppositum est oculis eorum, quod in con„scientia legere cogerentur, & quasi forinsecus admota voce Dei ad interiora „sua homo compulsus est.„ Istud hic addendum puto, majorem etiam istorum præceptorum moralium partem in eo versari, ut ad justi rectique normam, ad pacis & justitiæ cum proximo servandæ rationem populi illius mores componerentur; ut idem

S. AUGUSTINUS *Lib. XV. contra Faustum*

scribit, in tribus prioribus præceptis Decalogi commendari castitatem nuptiarum Ecclesiæ, in aliis septem caritatem membrorum ejus; tribus prioribus nos amplecti *Divinitatem*, septem postremis congregari *Societatem*. Porro & inepta illa proprii ingenii commenta, falsæ traditiones, sinistræ Legis hujus, utut Divinitus traditæ, & a majoribus acceptæ, interpretationes ac detorsiones, quas Scribæ & Pharisæi populi illius Magistri cupiditatum & ambitionum suarum studio in transversum acti rationis rectæ dictamini præhabuerunt, ac populo propinarunt, ita comparatæ fuerant, ut maxime quidem, non tamen solius tantum Virtutis, sed & Legis normam corrumperent.

Conf. Ev. MATTH. *Cap. V. v. 17. ac præsertim 21. & seqq.*

§. XV.

Magisterio proinde opus fuit ad hanc ipsam Legem, utut hominum cordibus impressam, rite intelligendam, atque eo quidem eminentiori, nec mere humano. Quamvis non omni utilitate hoc careat, & saltem prorsus nullo, aut omni manductionis defectu melius sit, experientia quotidiana, sine omni manductione hominem prorsus obbrutescere, testante. Infantes, quo magis crescunt, eo magis instinctum suarum passionum sequuntur, & eo magis etiam luminis in intellectu usum verum amittunt. Affectus & pravæ inclinationes totum hominem occupant, ut ea, quam Ratio ingerit, voluntatis Divinæ cognitio sensim penitus emoriatur. Quodsi hominem nulla manductione educatum nobis proponamus, fere a bestiis parum differet; quia tam imbecille est lumen rationis, ut facile superari possit a naturali instinctu. Latitant veritates natu-

Magisterii necessitas, humani tamen insufficientia.

naturales intra homines, sed quasi scintillula quædam cineribus obruta, quæ si in flammam excitari debeat, externo adjumento opus est, quo cineres dispergantur, & scintillula vires capiat. Nemo tamen hominum omnes Magistri absolutissimi numeros explere potest summæ scientiæ, virtutis & authoritatis inopia. Deest enim illis, quanta desideratur, maxima veritatis cognitio, deest omnis maculæ pura virtus, deest tandem authoritas, cujus mole superentur pertinaciores. Ægre enim morem gerent homines ei, qui perinde, ut ipsi, & errorum fœditate maculari, & vitiis turpari potest, nec iis se immunem jactabit quisquam, nisi superbus aut demens. „ In homine interna & propria „doctrina esse nullo pacto potest. Nec enim mens terrenis visceribus inclusa, „& tabe corporis impedita aut comprehendere per se potest, aut capere veri„tatem, nisi aliunde doceatur. Et si maxime possit, summam tamen virtutem „capere nequeat, & omnibus vitiis resistere, quorum materia in visceribus continetur. Eo fit, ut terrenus Doctor perfectus esse non possit. „ ut ait

LACTANT. *Lib. IV. Cap. XXIII.*

Quantumcunque perfecta præ reliquis depredicetur Platonicorum disciplina: ejus tamen puritatis non erat, ut omnem errorem eliminaret, nec ejus quoque efficaciæ, ut turbas ad se pertraheret; cum neque in docentibus divina esset authoritas, neque in turbis purgata satis mentis acies, ut intelligerent veritatem. Hinc ea illi virtus defuit, ut Veritatis solem non tantum inquirere, invenire, & aliis indigitare posset, sed & curvas in terram & cœcutientes hominum animas advertere & videre faceret, immunditiam oculorum purgaret, sordes morum, pulveremque sensibilium excuteret. Conclamata ergo erat spes humani generis ad integram Moralem scientiam Philosophiæ & Magistrorum humanorum ope aliquando appellendi.

§. XVI.

Divinum ea propter accessit.

Cum itaque nec hominum manuductio sufficiat, sed fallere possit ex rationibus hactenus dictis; a Deo, qui solus sapientia, bonitate & autoritate sua omnia hæc Magisterii munia perfectissimè absolvere potest, accedere debuit, imo & accessit securior & falli nescia manuductio, scilicet verbum Dei revelatum, quod ideo a Deo datum est, ut scintillula cognitionis, quæ in homine adhuc superest, plenius refocilletur, & lumini intellectus obscurato succurratur. Quo fine Deus ipse, uti superius memoravi, dignatus fuit esse Magister populo Israelitico multifariam multisque modis olim loquens Patribus in Moyse & Prophetis, & novissime quoque locutus est nobis in filio suo Servatore nostro Jesu Christo, qui missus ab eodem, ut totius Naturæ humanæ lapsæ reparator, ipsam quoque hanc Legem, quam Natura sana integre docuerat, nunc obscuratam pristino suo splendori, integritati ac puritati restituit, atque eo fine

fine nulla præcepta moralia nova addidit, fed vetera tantum per Moyfen promulgata confirmavit, & uberius explicavit, id eft, accuratius pleniusque expofuit, quam Gentiles quicunque Sapientes ac Philofophi, imo & Moyfes potuerint, & fublatis iis omnibus, quæ vel Lex ipfa vetus Mofaica in Judæis velut pueris, carnalibus, rudibus & imperfectis adhucdum toleraverat, aut ex prudenti difpenfatione indulferat, aut quæ faltem interdum falfæ duntaxat Scribarum & Pharifæorum interpretationes ac humanæ traditiones fuperinduxerant, ad perfectum adduxit, ut propterea Judæis æque ac Gentilibus ejufdem tantum portio, Chriftianis vero plenitudo obtigiffe ex phrafi Sanctorum Patrum videatur, atque is, qui vitam fuam ad folam Legis Evangelicæ normam exegerit, boni non tantum Chriftiani, fed & Hominis, Sapientis, Civis, &, quod rei caput eft, Principis omni ex parte perfecti munus numeris omnibus cumulatiffime explere valeat.

§. XVII.

Et præter hoc Gratiæ quoque adjutorium additum fuit.

Rationis igitur obfcuratæ imbecillitati dum magifterio cœleftis doctrinæ fuccurrit, Voluntatis quoque infirmitatem adjuvare omnino debuit idem Naturæ reftaurator Chriftus, qui & Virtus eft & Sapientia Patris. Is ergo nos & qua Sapientia eft, præceptis formavit, & qua Virtus eft, auxilio communivit. Cum enim peccati lues, uti fupra memoratum, & lumen contenebraverit, quo æternam fpectare Legem debebamus, & vires fregerit, quibus ad illam non pedum, fed morum affectuumque progreffu contenderemus; nihil fane & ejus amplitudini & noftræ ægritudini magis confentaneum fuerat, quam ut, qua Lumen incommutabilis Sapientiæ eft, offufam nobis difpungeret caliginem, et, qua omnipotens virtus eft, accifas exhauftasque vires redintegraret. Secus profecto impar fuiffet morbo noftro tanta medicina, fi, cum duplici affligtaremur malo, illa unum levaffet, alterum ægrefcere fiviffet, latiusque ferpere. Cœcitate quidem depulfa, infirmitate autem nullatenus levata, tanto gravius & periculofius laboraffet humanum genus. Non tota enim veri lux aufugerat, caligo infufa erat multa, fed irrumpebat adhuc, interlucebatque nonnunquam veritas; at infirmitas incubuerat magis, viriumque vix quidquam refiduum fecerat. Si jus fasque omne elucidaffet nec cupiditatem in vetita flagrantius effervefcentem compefcuiffet; nihil aliud confecuti fuiffemus, quam ut pene intempeftivo beneficio eo evaderemus criminofiores, quo difflata per doctrinam cœleftem ignorantiæ caufatione peritiores. Noftris ergo uti congruebat remediis, quoniam & oculis ad videndam, & viribus ad confequendam, ubi diluxiffet, veritatem orbati eramus; cœlitus ille adfuit, ut noftram & illuminaret cœcitatem inftruendo per doctrinam, & ægritudinem fanaret per gratiam, quam una cum Lege fuppeditavit; id quod (fcite animadvertit inter parvos Sermones)

S. BERNARDUS *Sermone XI. ibi:*

„Filius Dei apparuit ut nos adjuvaret & erudiret; quod potest, quia est virtus „Patris & Sapientia. Virtus adjuvat, Sapientia erudit & informat. Infirmitati „auxilium est necessarium, cœcitas eruditione indiget & doctrina.„ Ne inanesceret & in fumos iret præclarum illud Deitatis magisterium, non docuit tantum, sed & juvit; non nudavit tantum vulnera, sed & curavit; non lucem tantum intulit ægris, sed & opem. Nec enim tantus Magister & Patris ad nos Orator docere poterat, nisi & delectaret; nec delectare tantum, nisi & flecteret. Quamobrem breviter quidem, sed præclare inquit

S. AUGUSTINUS *Epist. III.*

„Venit hominibus magisterium & adjutorium ad capessendam sempiternam „salutem.

§. XVIII.

Lex Naturalis simul Evangelica, & ad finem supernaturalem tendit.

Ex quibus omnibus hactenus deductis duplex eadem fluit conclusio, quæ in eadem sæpius laudata Dissertatione deducta fuit: quod scilicet eadem ista Lex a Natura mentibus hominum, utut multa caligine obductis, insita per hanc uberiorem in Evangelio Christi, cui inserta est, explicationem, & plenam ejusdem confirmationem Divina authoritate factam Divina prorsus & Evangelica reddita fuerit, sicut recte GRATIANUS scripsit in principio *Distinct. I.* Jus Naturale in Evangelio contineri; adeo, ut perinde nobis sit juxta Rationem Legemque æternam vivere, atque secundum Evangelium & Leges Christi vitam moderari; qui vero in Legem Naturalem hodie peccant, ii non solvant tantum Naturæ & Rationis Jura, sed etiam Christi & gratiæ ejus, atque ideo tum ob majorem & ampliorem cognitionis lucem cumulatissime nobis affusam, tum ob uberiora etiam gratiarum auxilia, quibus illam Deus comitatur, majorum se suppliciorum reos constituant, quam Gentilis quilibet ejusdem Legis transgressor. Alterum est, quod, ut supra jam prælibatum fuit, hac eadem ratione, nempe supremo Dei revelantis magisterio, & adjecto gratiæ adjutorio ad finem multo altiorem sublimata fuerit, eundem nimirum, quem Lex positiva Evangelica sibi præfixum habet, ut non ad externam duntaxat tranquillitatem, neque ad beatitudinem tantum Naturæ sibi relictæ viribus & statui commensuratam, sed ad internam quoque animæ salutem & supernaturalem felicitatem in tota sua latitudine, qua & honestatem & justitiam actionum respicit, per exactam sui observantiam lumine fidei dirigente & Spiritus sancti per gratiam impulsu movente tendat, atque proficiat.

§. XIX.

Ecclesiæ proin potestas eo extensa.

Unde & illud porro consequitur, quod, cum Ecclesia ex irrefragabilibus doctrinæ Catholicæ principiis omnium circa negotium Religionis fidei & salutis

ſalutis controverſiarum Judex admittenda ſit, eadem ejus poteſtas judicativa ad interpretandam quoque Legem Naturalem, Divina nunc revelatione ſublimatam & Canonizatam aut Evangelizatam, quæ partem Religionis alteram conſtituit, extendatur, ipſiuſque ſit definire, quid huic æque, ac quid fidei repugnet, aut conſentaneum extet. Cum utraque ad ſalutem fidelium tendat, & utraque verbo Dei nitatur, quod explicare, &, quis verus ejus ſenſus ſit, ſtatuere, ad Eccleſiam æque pertinet, ac in negotio ſalutis æternæ conſequendæ, fideles dirigere. Hoc ipſo enim, quod Deus infirmitati & cœcitati Rationis humanæ peccato obſcuratæ ſuccurrendum putarit divina revelatione ſua, & teſte S. AUGUSTINO *Lib. III. contra 2. Epiſtolas Pelagianorum* illam eandem decalogi legem non ſolum illi tunc populo, verum etiam nunc nobis ad inſtituendam recte vitam neceſſariam judicaverit; ejus quoque libertatem pro ſua duntaxat libidine hanc torquendi & detorquendi ſingulis relinquere nequaquam potuit; quin eadem in majorem duntaxat ſui injuriam incommoda & mala ſequerentur, quæ abſque hac revelatione Divina tot periculis genus humanum expoſuerant. Si nimirum cuilibet, Divino Magiſterio poſthabito, integrum foret pro infirmæ Rationis ſuæ modulo Jus cerebrinum ſibi conſtituere, & pro ſua duntaxat lubidine agendorum ſibi interpretem eſſe; diſſolutioribus, qui utique plures ſunt, & una ingenio pollentibus, præſidente ſemper ſibi Philautia, facile lata omnem hanc Divini Verbi eruditionem evacuandi via aperiretur. Evacuata enim prorſus illa erit; ſi id demum in Scripturis Sacris, vel in ipſa Lege Naturali vim præcepti habere aſſeratur, quod ſola mens humana, tot inordinatis concupiſcentiæ motibus, qui objecta aliter exhibent, quam ſint, obnoxia, repugnare Naturæ rationali judicat. Sane ſicut Legiſlatorum civilium Majeſtate indignum, Legumque poſitivarum reverentiæ & ſanctitati indecorum, Reipublicæ quoque ſaluti periculoſum merito creditur, ſi, quamvis non ſine ratione conditæ ſint, inquirere tamen in earundem rationes omnibus permitteretur, atque earum obligatio arbitrio cujusque, aut opinandi licentiæ committeretur; ſed voluntate Principis Politici cum nitantur, ad eum duntaxat, vel ad ejus Miniſtros authoritate ejusdem conſtitutos recurrendum, quando circa earum ſenſum & obligandi vim controverſia quædam aut difficultas oboritur, atque horum judicio prorſus ſtandum eſt; ita, cum Deus Legem Naturalem, in maximum infirmæ Rationis humanæ ſubſidium ſuam effecerit, æternæque fidelium ſaluti conſequendæ accommodarit, eos quoque merito Interpretes ejusdem eſſe voluit, quos ſui in negotio ſalutis Miniſtros Eccleſiæ ſuæ viſibili vicaria authoritate præeſſe voluit.

§. XX.

Doctrinæ moralis a

Philoſophiæ equidem & merito hæc moralis doctrina accenſeri poteſt, imo & ſub Ethicæ nomine accenſetur; a reliquis tamen Philoſophiæ partibus,

 Phyſi-

reliqua Philosophia differentia.

Physicis nimirum, Medicis, Astrologicis, Geographicis & Chronologicis Disciplinis longissime est discernenda. Has eruditionis profanæ partes non minus Ecclesiæ, Ss. Patribus, & Christiani gregis Pastoribus, quam cuicunque homini privato obscuras & ambiguas Deus reliquit, & eorum tenuissimam portionem ipsemet revelavit, neque porro necessarium fuit, ut ea revelarentur; non enim ad beatam in cœlis immortalitatem sua natura animam perducunt, sive res mundi uno potius, quam altero modo esse, aut non esse, accidisse, aut non accidisse putentur. Certum est, in istis rebus Deum exquisite erudire noluisse hominum genus. Ex opinione hominum pleræque pendent, tenebris quoque innumeris involutæ: has qui evolverit, secundos ejus conatus humana tantum gloria manet, non autem cœleste præmium. Sin aliter accidat, nihil est, quod sibi timeat a Divina Justitia: non enim in postremo Orbis judicio cuiquam vitio vertetur, quod aut has Artes ignoraverit, aut in earum cognitione aberraverit. Unum hinc redundare potest incommodum, terrena videlicet gloria carere, si hæc nescias, aut sese hominum cachinnis & contumeliis exponere, si in his turpiter erres. Unde extra Ditionem Ecclesiæ hæ positæ sunt, & hæc ab hujusmodi quæstionibus dirimendis, & opinionibus probandis vel improbandis prudentissime abstinet. Eas ipsa aut non curat, aut etiam contemnit. Et siquidem vellet interdum se istis immiscere controversiis; necessaria ad rectum certumque judicium ferendum præsidia ipsam deficere interdum possent. Nimirum Traditio sacra, antiqua & continuata nonnunquam deesset, sine qua testatur Ecclesia se firmas proferre hic non posse sententias. Nam cur Deus incorruptam per tot sæcula hisce de rebus scientiam & traditionem in Ecclesia sua servet, quando earum ignorantia nullum suis fidelibus, nullum suæ Religioni periculum creat, atque ipse earum scientiam neque a nobis expetit, neque nobis revera reliquit, immo contra ab earum inquisitione per suos Apostolos non semel nos deterruit? Unde corruptum admodum in re literaria gustum se habere produnt, & quo, nescio, plausu excipiendi sunt illi, qui, quoties de hisce rebus mere profanis sive cognitionibus agitur a Religionis negotio & salute fidelium omnino disjunctis, Sanctos Patres producunt, rati, se istorum autoritate firmissimum suis sententiis comparasse præsidium, & ad ista certe magna nomina incutiendum esse mirum suis Adversariis timorem. Ss. Patres in hisce Artibus humanis ac Scientiis non Christum, sed Platonem, sed Aristotelem, aut alios homines sæpe impios aut cæcos habuere Magistros, aut suum intellectum fallacem, aut alios homines erroribus obnoxios secuti sunt; non alio igitur hic loco habendi, quam singuli privati Autores: tantum videlicet eorum dicta valebunt apud cordatos viros, nisi interdum unius Aristotelis, aut alterius causam agere velint, cum Religionis causam tueri sibi videntur, quantum rationibus, & robustissimis, neque fallacibus, argumentis nitentur. At vero Sacrarum Literarum, & Traditionis quoque Divinæ scopus extitit atque consi-

consilium nos ad amorem Dei & proximi informare, in quo universa lex posita est & Prophetarum doctrina; quod cum fieri nequeat, nisi & recta morum præcepta habeantur perspecta; hæc etiam in Sacris Scripturis revelare & inculcare hominibus, atque corruptam quoad eadem Gentilium doctrinam reformare atque corrigere Divinæ Providentiæ placuit, & necessarium omnino fuit.

§. XXI.

Diversi hujus interpretationis modi.

Diversa autem fuere modi, quibus Ecclesia suam hanc in interpretanda tum illustranda Lege Naturali ac morali disciplina curam exeruit; quamvis non in eadem omnium obligandi vis & efficacia existat. Quanta sollicitudine in hac conservanda æque ac declaranda invigilarint antiquissimi Ecclesiæ Doctores Episcopi, utut in suis Ecclesiis dispersi, nemo ignorat, qui eorundem instruendi tum infideles conversos, tum fideles methodum noverit; & plus eosdem in formandis auditorum moribus, quam in fide acuenda plerumque versatos fuisse, ipsi illorum sermones nobis superstites loquuntur, qui in morali & practica agendorum doctrina toti sunt; speculativam vero dogmatum cognitionem majori ex parte obiter duntaxat attigerunt, & rerum locorumque tantum circumstantiis id exigentibus, ubi nimirum obortas suis plerumque tantum in locis ac temporibus hæreses refutandas, necessitate quasi compulsi, sibi sumpserunt. Quod vero reliqua ipsorum Scripta publicis e Cathedris non recitata attinet; æque multa ex instituto certa moralis doctrinæ capita pertractant, atque de fidei dogmatis concepta extant. Nec minus in Conciliis congregatos eadem illos sollicitudo occupavit, dum Canones bene multi id solummodo statuunt, quod Jus ipsum Naturale statuit, illudque vel dubium & in controversiam vocatum declarant, a perversis Sectariorum dogmatis vindicant, aut conclusionibus particularibus applicant. Insuper cum frequentia sint, quæ convocationi Conciliorum obstare, ac remoram injicere possint, impedimenta, nec ea cuilibet deliranti Theologo aut novaturienti Jurisconsulto statim immensis sumptibus indici possint; soli quoque Pontifices Romani, velut Doctores Doctorum, pro eo, quo illa Sedes Apostolica gaudet in universa Christi Ecclesia, primatu honoris simul & authoritatis, ac pro incumbente ipsis conservandæ puritatis doctrinæ sollicitudine, varias circa eandem controversias suis oraculis bene multis deciderunt, atque sopierunt; ubi privati Doctores nonnulli, aut prurientes auribus a sancta Evangelii severitate recesserunt, aut e converso, superstitioso & Pharisaico rigore utentes, in aliud extremum declinarunt, & quacunque demum ratione morum disciplinam suis erroribus contaminarunt. Id quod tot propositiones ab iis circa ea quoque, quæ Juris Naturalis sunt, confixæ testantur, & tranquillitas fidelium, & animarum salus exigit, nutatura sæpius, nisi audaciores calami absque jactura temporis obtunderentur, & periculosæ opiniones mox in ipsis cunis soffocarentur.

§. XXII.

Modi ii omnes ad Jus Canonicum pertinent.

Quacunque vero ex hisce omnibus hactenus enarratis via in tradenda, declaranda ac interpretanda ea, quam natura omnibus hominibus insculpsit, transgressio vero contaminavit, Lege incesserit Ecclesia; ea omnis tamen Juris Canonici in integro suo complexu considerati ambitum nequaquam egreditur. Sic enim illud non iis tantum partibus, quas hodierna, tam in foris, quam in Scholis sub nomine Juris Canonici recepta complectitur Collectio, concludi, penes omnes in confesso est. Multo plures etiamnum supersunt, quæ extra Collectionem hodiernam vagantur: Et hisce omnino Sanctorum Patrum placita, Conciliorum decreta, Pontificum quoque oracula, ea vel maxime, quæ ad directionem morum & Ecclesiæ sive fidelium Regimen spirituale pertinent atque tendunt, accensenda præprimis veniunt. Singula ista, quamvis non una eademque omnia decempeda dimetienda, tanquam partes integrum illum sacrorum Canonum complexum componunt.

§. XXIII.

Inde ingens Juris Canonici in Naturale meritum.

Præclara igitur esse Juris Canonici in Jurisprudentiam Naturalem merita, ex hisce evictum satis est, cum eam nobis certiorem faciant, quam sola humana Ratio tenebris semper etiamnum obnoxia præstare possit; patentissimum, & profundissimum fontem, ex quo ea hauriatur, Sacram Scripturam ad nos derivat, ut ad lutulentos obturbatæ Rationis fontes recurri periculosum semper, & supervacaneum saltem quandoque existat, nec adeo laborandum nobis sit in adinveniendo universali quodam omnium præceptorum particularium principio sola ratione cognito, quando applicatione Ecclesiæ nobis semel cognita & facilius & securius nobis est, ipsum quoque Rationis principium, quo illa nitatur, adinvenire. Diversa est enarratorum ejus interpredandæ aut applicandæ modorum efficacia & authoritas; & tantum ea certitudinem nobis ab omni errore immunem efficere poterit, quæ publico quodam Ecclesiæ, veluti Authenticæ Interpretis a Christo constitutæ, ejusque tum authoritate, tum assistentia perpetua munitæ judicio roborata fuerit. Neque talis statim censenda ea est; quæ præcise Corpori Juris Canonici aut etiam Concilio cuidam universali inserta est: uti fatetur

MELCHIOR CANUS *de Locis Theolog. Lib. V. Cap. V.*

„Ecclesiasticæ doctrinæ, quam amplecti etiam tenemur, non idem est gradus, „nec omnia judiciorum decreta eodem loco habenda sunt. . . . Nec omnia, „quæ aut Juris, aut Conciliorum volumina continent, doctrinæ Christianæ esse „judicia, nec omnia rursum doctrinæ Judicia fidei censuras esse.„ Certa tamen nobis signa sunt, in quibus omnes conveniunt, & quibus cognitis de Judicio publico & infallibili Ecclesiæ constet. De quibus rursus consulatur sæpius laudata

data Differtatio *De Libertate in negotio Religionis.* De hoc autem ubi conftat, nefas erit, interpretationem illam a voluntate Divina Juris Naturalis principio, cujus Interpretem in rebus ad negotium falutis noftræ pertinentibus Ecclefiam ipfemet conftituit, alienam credere. Quamvis de fingulis quoque Ecclefiæ Doctoribus, aut de particularibus Conciliis, aut Romanis Pontificibus, dum ut privati tantum Doctores loquuntur, faltem illud nemo nobis abnuet, fine dubio tutius ad hofce, uti plerumque & fanctitate & Doctrina illuftres ac Divina revelatione infuper edoctos, quam ad alios quofcunque Gentiles Senecam, Platonem aut Ariftotelem provocari.

§. XXIV.

Limites Juris Canonici exinde non alterantur.

Exinde tamen non eft, cur quispiam mihi objiciat, ultra quam par fit, ita Juris Canonici merita non tantum deprædicari, fed & ultra, quam juftum fit, ejusdem fphœram & autoritatem indirecte extendi. Cum enim Jus Naturæ in controverfiis illuftribus & publicis populorum Gentiumque æque, ac Summorum Principum ufum præcipue habeat, idcirco indirecte faltem Juri Canonico, & infimul Summo Pontifici, aut Ecclefiæ ejusdem Interpreti fummam authoritatem permitti, quæ tamen directe illi palam denegatur. Cordatiores ac folidiores hodie plerique partim lacrymis, partim rifu excipiunt fummam, quam quondam experta fuit, maximo fæpius cum detrimento, Germania, antiquiorum Jurisconfultorum ruditatem, dum Jurium fummorum indolem non aliunde, quam ex Jure Canonico, & fubinde quoque Civili Romano, rectius haberi poffe crediderunt. Vel fola Scripta publica perquam multa tempore LUDOVICI BAVARI edita, & a GOLDASTO *de Monarchia Imperii* collecta id fatis loquuntur, ubi fummi Pontificis ea in Controverfia Affeclæ ex Jure Canonico contra Cæfares pugnavere, qui vero a partibus Cæfaris ftabant, ex Jure Civili Romano arma promebant, quo fane nihil ineptius excogitari potuit. In eadem fic tempora, in eandem quoque craffitiem incidere forfan videbimur, ubi tam ampla circa Jus Naturale, ex quo Summorum Principum controverfiæ decidendæ veniunt, interpretandum ac declarandum Juri Canonico autoritas tribuitur. Aft ex nuperrime dictis jam luculenter fatis patefcit, non omnia, quæ in Jure Canonico tum antiquo, tum recentiori præcipue Decretalium inveniuntur, in cenfum ejusmodi definitionum moralium ac interpretationum effe referenda, fed fatentibus etiam Doctoribus vel maxime in Summum Pontificem piis, & Juri Canonico apprime addictis multa occurrunt, quæ ex eo, quod in Jure Canonico referantur, poftremo propterea calculo probata aut rejecta fuiffe cenfenda non funt. Multa funt, quæ in controverfiis particularibus confulti Pontifices adinftar aliorum Judicum pronuntianda inter privatas partes litigantes refcripferunt; Multa quoque, quæ ipfimet potius tanquam partes, quibuscunque demum opinionibus permoti aut inducti, fibi

ſibi tribuerunt in facto quidem ipſo ex præconceptis Doctorum iſtorum ſententiis procedentes, & his magis ſuo & mero facto accedentes, quam deſuper authoritativas ex Petri Cathedra pronuntiatas & Eccleſiæ Catholicæ judicio receptas Juris ediderint definitiones. In hiſce omnibus & permultis aliis non ex profeſſo Juris Naturalis interpretationem in ſe ſuſceperunt, quamvis obiter aliudque deliberando & in tranſitu, ut ajunt, interdum quid ſimile commemorare videantur. Iſta abſque prævia neceſſaria diſcuſſione Decretalibus vel cuicunque Juris Canonici parti inſerta nequaquam tanquam definitiones Juris Naturalis exiſtimanda ſunt, ſicut exinde, quod quædam doctrina circa dogmata contemplativa Religionis Chriſtianæ in Decretalibus contineatur, tanquam dogma aut definitio fidei non habetur. Cæterum tota illa, quæ Eccleſiæ aſſeritur circa Jus Naturale autoritas non judicativa, ſed interpretativa eſt circa doctrinas duntaxat & opiniones privatorum Doctorum, quas morali diſciplinæ vel contrarias prævia dijudicatione condemnat ac rejicit, vel conformes probat atque ſtatuit. In controverſias particulares, quæ nonniſi Judiciali cognitione, Legem jam exiſtentem vel claram vel declaratam ſupponente, & ad factum applicante indiget, ſeſe non extendit. Omnis illa interpretatio in Theſi & in abſtracto verſatur, ubi de juſto & injuſto eſt quæſtio: Sicut Mathematici figuras a Corpore ſeparatas conſiderant, ita ab omni facto ſingulari ipſa in ſuis definitionibus abſtrahit. Ad hanc normam ita declaratam utique Reges & Principes ſuas quoque, quas ſubditis dictant Leges, &, quas cum exteris habent, actiones componere debent. Ubi vero particulares controverſiæ in concreto inter ipſos tanquam partes agitantur, quælibet pars juſtitiam ſuarum actionum prætendit, alteram vero injuſtitiæ & violatæ illius normæ accuſat; judiciali cognitione ſuper injuſtitia alterius opus eſt: Hæc autem inter Summos Principes vel liberas Gentes nullum in terris Superiorem recognoſcentes omnino ceſſat, quam, utpote effectus politicos atque externos concernentem, Eccleſia, de ſola Regum ſalute æterna ſollicita, nunquam ſibi vindicat.

§. XXV.

Objectio de univerſalitate Juris naturalis ... diluitur.

Sed neque arctiores intra limites Juris Naturalis obligatio ita includitur, quam quos ejus natura & indoles exigat, quin ipſa quoque Ratio naturalis omnibus hominibus communis præfixerit; cum Eccleſiæ authoritas in Chriſtianos tantum ſe exerat. Nam, ſalva perſiſtente univerſali illa omnes omnino homines obſtringendi vi, non omnes tamen certo, & ſecure illud cognoſcunt, niſi revelationis quoque Divinæ principia iis in promptu ſint, quæ certitudinem omnimodam generent, & errorem omnem tutiſſime excludant. Parata autem eſt & gentibus quibuscunque infidelibus revelata hæc Divinitus Religio hanc doctrinam tradens, & facile, prævia etiam ſola Ratione, præ reliquis omnibus dignoſcibilis; ex qua in ipſam quoque certiſſimam doctrinæ moralis notitiam facilius

cilius deducentur. Interim quousque iis ipsamet Religionis Christianæ Divinitus revelatæ ignorantia invincibilis est; eo usque pariter eorundem circa particularia Juris Naturæ præcepta, præsertim remotiora, error omni culpa & reatu vacabit. Cœterum sufficit, quod nullam gentem, quæ quidem sensu communi gaudeat, nec prorsus obbrutuerit, reperire unquam sit, quæ doctrinas morales in sacra Scriptura contentas, & Ecclesiæ judicio declaratas, si illis exponantur, non agnoscat naturaliter justas, ac in ipsis illis Ecclesiæ censuris splendentem doctrinæ naturalis vigorem, & earum cum recta Ratione consensum non miretur. Sive igitur agnoscant Gentiles hasce veritates insuper ut revelatas, sive ut Naturales tantum, serviunt Juri Naturæ. Nam ut revelatæ serviunt Christianis saltem populis, apud quos revelatio agnita immensum debet prævalere judicio labili infirmæ Rationis. Ut vero naturaliter justæ serviunt omnibus etiam gentibus, queis satis exponuntur; servituræ iisdem etiam tanquam revelatæ, si revelatio ipsis prædicata, aut quomodocunque satis agnita fuerit.

§. XXVI.

Ulteriu dictis sapientum firmatur.

Quamobrem neque indolem aut naturam Juris Naturalis evicta hactenus Divinæ & Ecclesiasticæ in eodem explanando authoritatis necessitas destruit, quam parum ex necessitate Magisterii humani sensatus quispiam hanc inferre audebit sequelam. Sine manductione, sine magisterio infantes obbrutescere penitus experientia testatur, & nemo negat; Ratione tamen & sensu communi atque ipsa Juris Naturalis notitia utpote singulis hominibus congenita destituti non sunt: sed parvæ illæ Rationis in iisdem latentis scintillulæ externis adjumentis sunt excitandæ, ut spissas intellectus obtenebrati tenebras penetrent; latentia in conscientiis veritatis æternæ semina excolenda sunt, ut speratum proferre fructum valeant. Aliquam propterea auctoritatis necessitatem vel ipsa sana Ratio etiam Philosophos Gentiles docuit, PLATONEM scilicet ac ARISTOTELEM: quorum prior in *Theæteto* ait: „Abunde a nobis adversus tuum Præceptorum di„ctum est, quod necessario fatendum illi sit, alium alio sapientiorem esse, & „illum quidem sapientem hominem rerum (scilicet agendarum, quia de justo „& Lege loquitur) „esse mensuram; nihil autem necesse esse, me, qui impe„ritus sum, esse mensuram.„ Alter vero *Lib. I. Ethic. Cap. VIII* ita habet: „Considerandum est igitur de summo bono & fine, non ex conclusione solum, „& ex iis, ex quibus est ipsa Ratio; sed ex iis etiam, *quæ de ipso dicuntur.*„ His luculentius salva Legis a Natura congenitæ substantia id agnovit pluribus in locis S. AUGUSTINUS, quorum illustriores quidam in Dissertatione jam sæpius laudata allegati fuere, & hic merito laudandi, cum hunc in scopum nostrum nunquam satis laudari possint. Et Libro quidem *de Quantit. Anim. Cap. VII. num. 12.* „Tales enim homines (inquit) quorum profecto maxima mul-

„titudo est, si Ratione volunt verum comprehendere, *similitudinibus rationum* „*facillime decipiuntur*, *& in varias noxiasque opiniones ita labuntur*, ut emergere „inde ac liberari aut nunquam aut ægerrime queant. His ergo *tutissimum est*, „*excellentissimæ Auctoritati credere*, *& secundum hoc agere vitam*. Si autem cu„piditatem hanc refrænare non potes, qua tibi persuasisti, ratione pervenire „ad veritatem, multi & longi circuitus tibi tolerandi sunt, ut non ratio te ab„ducat, nisi ea, quæ sola ratio dicenda est, id est, vera Ratio, & non solum „vera, sed ita certa, & ab omni similitudine falsitatis aliena.„ Præterea societati humanæ repugnare, & injurios esse asserit eodem *Libro Num. LXXIII.* qui Auctoritatem exesse jubeant. „Ibi: Societatem humanam magni pendere, „nihilque velle alteri, quod sibi nolit accidere: Sequi Auctoritatem ac præce„pta Sapientum, ac per hæc loqui sibi Deum credere.„ Similiter plerarumque Gentium Leges civiles præcipua Juris Naturalis capita continent, quin eapropter sphæram suam egredi videantur. Cumprimis, quæ, ut homo homini exhiberet, fas erat, sedulo his inculcata fuere, cum proclives valde pronique sint mortales ad se invicem lædendos, unde lites, contentionesque & infinita, quibuscum Civitatibus confligandum est, mala. Intelliget hoc, qui Gentium tum veterum, tum recentiorum, & inter illas earum quam maxime, quæ nostram incoluere Germaniam, ut Romanas Atticasque prætermittam, quæ saltem ceu servatæ ex naufragio tabulæ magnorum virorum ope ad nos pervenerunt, excusserit; & hujus, quod Ratio alioquin omnes docet, Juris vestigia non pauca deprehendet. Ejusdem igitur naturæ & indoli nequaquam repugnat, si Authoritas unum ex principiis ejusdem cognoscendi statuatur, ac præcipue quidem Divina, sed & humana illa excellentissima, quæ Deo propior, quæ Divinitus participata, quæ Divino Spiritu directa & munita ostenditur. Quem in modum scite quoque concludit LEO Papa *Epist. X.* vel potius XXIV. ad *Flavianum* in verbis: „Quid iniquius est, quam impia sapere, „& sapientioribus doctioribusque non credere? sed in hanc insipientiam cadunt, „qui, cum ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur obscuro, non ad „Propheticas voces, non ad Apostolicas Literas, nec ad Evangelicas auctorita„tes, sed ad semetipsos recurrunt: & ideo Magistri erroris existunt, quia ve„ritatis discipuli non fuerant. Prout refert

GRATIAN. *Can. 30. Causa XXIV. Qu. 3.*

§. XXVII.

Capitis præsentis cum priori conspiratio.

Denique nec inde minus necessaria erit Christianis quoque Jurisconsultis fontalis hæc Juris species, aut minori propterea industria excolenda, secus quam in priori Capite & ipse palam professus fuerim, quippe quibus Lumen Divinius datum sit, quo & regantur ipsi, & alios regant. Non idcirco solum Jus Cano-

Canonicum unicam necessariam Juris speciem, quæ aliis omnibus, præcipue Naturali carere possit, vendito, ut veteres quidam, ita illi tanquam omni ex parte perfectissimo unice intenti arguuntur, ut ultra illud sapere crimen existimassent. Sacrorum Canonum Studium & Doctrinæ Patrum notitiam iis omnino necessariam, & simul conjungendam assero, qui moralem doctrinam secure & absque offendiculo tradere percupiunt. Siquidem in subsidium duntaxat Rationis infirmæ vocanda esse principia revelata, & Authoritatem Ecclesiæ ad certitudinem & securitatem obtinendam evictum fuit; omnem vero Rationem nequaquam excludi constanter assertum. Non extincta illa prorsus est, cœca aut deleta, sed obscurata, aut sauciata; atque inde quamvis non omnino tuta sit, nec tamen omnino spernenda. Non omnia etiam in ipsa Sacra Scriptura satis eliquata sunt, quæ ex principiis sanæ Rationis deduci possunt; neque Ecclesia suum in his judicium prius interponit, quam Sacræ Scripturæ & disciplinæ moralis in ea revelatæ veritas adversis aliorum doctrinis in periculum animarum vergentibus impetita fuerit, adeoque necessitas & utilitas ejusdem interpretationem authenticam ac decisionem ultimam exegerit; Quia & hac interposita, cum Ecclesia, velut potestatem habens, loquatur, & tanquam rerum agendarum maxima Magistra & Judex, cujus non est argumentari, sed pronuntiare verum, nec argumentis suas sententias nude ac breviter fidelibus expositas asserere consueverit; haud vanus, nec supremæ Ecclesiæ authoritati injuriosus labor erit, easdem, quæ supra rationem hisce in rebus esse non possunt, etiam ad principia quædam Ratione naturali cognita, cum debita tamen Ecclesiæ submissione, ne ultra, quam oporteat, sapere quispiam sibi velit, sobrie reducere, & ad firmandam magis earum veritatem veræ Rationis quoque consensum, atque conscientiæ testimonium adstruere, cum vera ratio ac revelatio ab Ecclesia declarata, quæ utraque a Deo est, neutra alteri repugnare possit; ac demum, cum in abstracto tantum, &, ut loqui amamus, in Thesi ea Ecclesiæ interpretatio interponi soleat, eandem ipsis particularibus casibus & negotiis obvenientibus applicare, non erit supervacaneum.

CAPUT III.

Juris Naturalis in Jure Ecclesiastico Publico usus demonstratur.

SUMMARIA.

I. *Doctrina Catholica de Regimine Ecclesiæ, tanquam Reipublicæ Sacræ a Christo institutæ, præsupponitur.*

II. *Ne-*

II. *Negotia in eadem occurrentia, & a fidelibus ejusdem membris peragi solita, sunt duplicis generis, alia nimirum publica, alia privata.*

III. *Inde & Juris Ecclesiastici sive Canonici divisio in Publicum, & Privatum profluit.*

IV. *Juri quoque Naturali eadem divisio applicatur.*

V. *Difficultas ex Divina prorsus Regiminis Ecclesiæ institutione deducta.*

VI. *Exemplis refellitur,*

VII. *Et apertius congrua distinctione dissolvitur, ac Juri Naturali in Jure Ecclesiastico publico locus asseritur.*

VIII. *Et quidem tam Publico, quam Privato, sub diversis tamen negotiorum respectibus.*

IX. *Ecclesiæ negotia alia immanentia, alia transeuntia.*

X. *Quoad negotia immanentia Jus Naturæ publicum locum in Ecclesia habet:*

XI. *Probe tamen observata diversa prorsus Regiminis Sacri in Ecclesia divinitus constituti indole ac proprietate;*

XII. *Uti & attenta ejusdem Regiminis forma, quæ mixta, sive Monarchica, Aristocratia tamen temperata asseritur.*

XIII. *Quæ usum Juris Naturalis quoad negotia Ecclesiæ immanentia adeo non excludit, ut potius magis necessarium doceat, aliquatenus tamen etiam diversificet.*

XIV. *Quoad subditos mere tales jam Legibus partim Divinis, partim Ecclesiasticis satis applicatum noscitur.*

XV. *Quoad Episcopos, sive Superiores intermedios sub diversis respectibus consideratos diversa ratione sese exerit.*

XVI. *Quoad Supremum Caput maxime eidem Juri Naturali locus asseritur.*

XVII. *Non obstante interpretandi Juris Naturalis autoritate Capite superiori Ecclesiæ adscripta.*

XVIII. *Conclusio inde amplissima, quoad ipsos quoque Canones Ecclesiasticos, deducitur.*

XIX. *Negotia transeuntia, quæ nec proprie publica, nec proprie privata compellari possunt, Jure tamen Naturæ privato alias dicto regulantur.*

XX. *Hinc Jus Naturæ privatum maxime attendendum in negotiis Ecclesiæ cum Republica profana intercedentibus.*

XXI. *Cui non præjudicat, quin potius suffragatur subjectio a Regibus quoque & Supremis Principibus Ecclesiæ debita;*

XXII. *Quod principium in mixtis præcipue negotiis, quorum hic notio inseritur, obtinet.*

XXIII.

XXIII. *Quoad negotia mere temporalia Ecclesia subjacet Reipublicæ spectato Jure Naturali & Divino;*

XXIV. *Tanquam Collegium tamen necessarium Divinitus institutum Jure Naturali suam a Principibus exigit subsistentiam.*

XXV. *His tamen eodem in officio Jure Naturali Ecclesiæ debito deficientibus, eadem per vim temporalem resistendi jure omnino caret.*

XXVI. *Jus Naturæ privatum Ecclesiæ erga reliquas quoque Societates extraneas officium dirigit, præsertim Heterodoxas;*

XXVII. *Quod idem multo magis ad Infideles extenditur.*

XXVIII. *Inde & Juri pactorum in Jure Naturæ privato maxime fundato intuitu Ecclesiæ locus est: & quidem quoad ea, quæ ab ipsa cum Nationibus & Principibus ineuntur,*

XXIX. *Tum etiam quoad pacta publica a Principibus Ecclesiæ vere addictis cum quibuscunque extraneis etiam Religionis causa rite conclusa.*

XXX. *Jus denique Naturale veram Politicam in Ecclesia quoque a falsa discernit.*

§. I.

Doctrina Catholica de Regimine Ecclesiæ præsupponitur.

Discussa breviter Jurisprudentiæ Naturalis & Ecclesiasticæ inter se conjungendæ necessitate, ac prædicatis hujus in illam meritis profecto non exiguis, ut illius nunc in ista authoritatem atque usum non frequentem minus, quam necessarium, & non minora superius recensitis merita, ad exemplum nimirum regulæ de Jure Civili a Lucio III. P. in *Cap. Intelleximus 1. de N. O. N.* traditæ jam superius *Cap. I. §. XXI.* mihi propositum explanare possim; non possum non ab eo, quod Catholicos atque Protestantes inter se maxime dividit, principio rursus exordium ducere: Ecclesiam nimirum a Christo institutam esse tanquam perfectam quandam Rempublicam sacram a Civili distinctam, suis uti Legibus, ita & Magistratibus quoque ac subditis, Imperantibus nimirum atque parentibus instructam, quæ propterea Reipublicæ cujusdam Catholicæ & universalis, sed Sacræ speciem præseferat. Licet enim Ecclesia Territorium distinctum non habeat, sed potius in Regnis & Territoriis, salvis Regum atque Summorum Magistratuum Majestaticis Juribus, subsistat; constat tamen ex Sacra Scriptura & continua Traditione, veluti bino polari Religionis revelatæ indice, existere in eadem summum quoddam Imperium circa ea, quæ ad Religionem & salutem æternam fidelium pertinent, Divina autoritate per omnes sui partes, potestatem videlicet legislatoriam, judiciariam & coercitivam constitutum, atque a Christo communicatum, a nullo alio dependens, quod per varios Magistratus sibi invicem Hierarchice subordinatos exercetur. Quæ sane sufficiunt, ad societatem civili per omnia similem constituendam, nisi in filici-

 bus

bus atque glebis Rempublicam quærendam esse, quispiam crediderit. Et istu quidem principium hoc in loco præsupponendum mihi potius est, quam prol xis argumentationibus consolidandum, ut videlicet viam tantum ad ea mihi p rare queam, quæ in sequentibus §§ erunt propugnanda. Neque iis quidqua addendum superesset, quæ sua, qua solet, soliditate de vera Regiminis in E clesia a Christo constituti existentia ac indole, tota spirituali & sacra, Magni cus D. BARTHELIUS in Dissertatione sua miro Eruditorum omnium applau hactenus excepta, cui *de Jure Reformandi antiquo* titulum fecit, erudite d. seruit.

§. II.

Negotia alia publica, alia privata.

Exinde vero diversæ Christianorum, tanquam civium & membrorum h jus Reipublicæ Sacræ, actiones resultant, quarum aliæ *publicæ*, *privatæ* al sunt. Ex illis enim salus & jactura totius Ecclesiæ atque Religionis pendet, his unius tantum alteriusve Christiani. Illæ nexum imperantium & parentiu regimenque sacrum, & reliqua ad conservationem & administrationem Stat publici Ecclesiastici pertinentia respiciunt, adeoque Reipublicæ huic sacræ, q tali, propriæ sunt, nec extra Rempubl. hanc sacram occurrunt, quamvis e quoque ad aliam Rempublicam profanam habitum quandoque concernant. H vero nullum respectum habent ad publicum Ecclesiæ Statum, aut ejusdem R publicæ sacræ administrationem, atque parentium & imperantium nexum, a singulis, qua talibus, in proprium commodum atque salutem geruntur. Si enim in quacunque profana Republica, quamvis omnes cives alicujus Reipu cæ sint membra ejusdem civitatis, non tamen omnia, quæ faciunt, expedit quatenus sunt membra Reipublicæ, sed plura adhuc & infinita sunt nego uti varia commerciorum genera, aliaque, quæ inter se ut singuli peragunt, q etiam in Statu naturali & extra omnem civitatem constituti inter se agere p sent; Ita & idem in Ecclesia tanquam Republica sacra contingit, & quibusd officiis etiam non supposita cœtus alicujus sacri a Christo ordinati institutic perfungi & potuissent, & debuissent fideles: licet hac supposita Legibus q que Ecclesiæ ea sint subjecta: quemadmodum & omnes privatæ civium act nes subordinatæ esse debent totius Reipublicæ saluti, hoc scilicet sensu, ne co tra Pacem civilem aliquid tentetur; sed tamen propterea non omnia nego unius ejusdemque naturæ sunt censenda, nec omnia necessarium & proxim ad Reipublicæ gubernationem, & regimen publicum habent respectum, quædam ab hoc intuitu sunt remota.

§. III.

Inde & divisio Juris Ecclesiastici in Publicum & Privatum.

Porro ex diversitate hac actionum, atque negotiorum, sive officior diversitas quoque Jurium enascitur, quibus nimirum iisdem norma præscr tur. Atque propterea aliud dicitur Jus Ecclesiasticum *publicum*, aliud v *pri*

itum, quorum posterius ordinat negotia Christianorum privata, & causas ilorum. Prius vero definitur a GRATIANO *Can. XI. dist. I. Jus publi-:st in Sacris & in Sacerdotibus & in Magistratibus.* Qui Canon desumptus x ISIDORO Hispalensi, & ab hoc mutuatus ex ULPIANO *in L. 1. §. : Studii 2. ff. de Justitia & Jure.* Iste autem paulo superius Jus Publicum anum definit his verbis: *Publicum Jus est, quod ad Statum rei Romanæ spe-*

Unde & clarius describitur, Jus, quod Statui Ecclesiæ, & Negotiis icis illi connexis normam præbet; functiones nimirum, officia, authorita-ac potestatem, qualitates, Jura, Ordines, Constitutionem, Sustentatio-, & quæcunque alia circa exercitium muneris Prælatorum ac Præposito-sacram hanc Rempublicam moderantium occurrunt, determinat; obliga-:s item atque partes subditorum & parentium dirigit, præmia pœnasque cribit, quo se utrinque ita gerant, prout mutuus respectus, & cujusque ium requirit. Hoc equidem cum Jure privato promiscue juxta Titulos etalium tradere solent Canonistæ; Publicistæ quoque & Politici non pau-us capita in decursu Juris Publici profani nostræ Germaniæ, quod absque itelligi haud potest, pertractant; Alii præterea selectas de singularibus Juris argumentis Dissertationes ediderunt, quas inter fere omnes, quæ arissimo BARTHELIO publicæ luci datæ, ab orbe literato singulari cum iæ suæ incremento avide exceptæ sunt, ac hodiedum post alteram quoque onem solicite requiruntur, jure merito recensentur. Universum tamen ıodo recenti sic uno clausum libello necdum prostat, ut facile Antecessoris ıolici prælectionibus inservire queat; quod eruditorum complurium hacte-vota suspirarunt. Superficiariam saltem ejusdem Sciagraphiam, ad nor-ı & exemplum Principiorum Juris Publici Imperii Romano-Germanici JO. JAC. MASCOVII efformatam, nobis exhibet Illustr. L. B. ab ICK-ATT Insigne hujus quondam Universitatis membrum *in Opusc. I. de Studio is Methodo scientifica instituendo Cap. II. §. LXI.* Quæ revera plena & so-sui deductione non injucundam, nec Juventuti Catholicæ inutilem Cano-e cujusdam occuparet industriam. Id an & ego præstare, ac perficere ali-ndo ex voto possim, a Deo propitio vires, a tempore occasionem, ab indu-ı vero, tum propria, tum aliena, necessariam subsidiorum penum exspecto.

§. IV.

Eodem quoque modo, cum & Jus Naturæ vim suam obligandi non amit-quicunque Status generalissimo illi humanitatis statui superadditu[illegible]it, & iti omnia negotia hominum Legibus Naturæ diriguntur, ita æ[illegible] Nego-in Republica, tum privatis, tum publicis, dicendum sit; idem etiam in *licum*, & *Privatum* merito dispescitur. Illud enim, ex quo homines in va coierunt Societates, effectus suos non in singulos modo homines, sed in integras

Quæ divisio etiam Juri Naturali applicatur.

integras quoque ſocietates protendit, & Statum publicum in quavis Civitate, ac jura & officia ſingulorum in ſocietate vel Statu viventium, & reciprocum mutuumque illum Superiores inter & Inferiores, Imperantes ac parentes, nexum definit: Hoc vero rurſus negotia mere privata hominum inter ſe dirigit. Et cum Jus illud Naturæ publicum ita comparatum ſit, ut in omnibus, quæcunque demum eæ ſint, ſocietatibus locum invenire poſſit, idem prorſus eſt cum eo, quod alias Jus Publicum Univerſale appellare eruditis placuit, ac oſtendit, quouſque Jura Imperantis ſe extendant, & in quantum ſubditis Imperans adhuc ſit obligatus: paucis duntaxat id impugnantibus, aut de eodem dubitantibus, qui nimirum adulationis ſtudio plerumque ducti Imperantes omnibus legibus quoad ſubditos abſolvere, & omnimodam eis effrænemque libertatem adſcribere, & ultra omnem humanitatis ſtatum eoſdem evehere cupiunt, ac contendunt; niſi tamen methodo potius ſeparatim hanc Juris Naturalis ſpeciem diſcutiendi, & ob diverſum reſpectum diverſa quoque appellatione id diſcernendi, contradicant, quam reipſa exiſtentiam ejuſdem diſciplinæ, aut ipſam Juris Naturalis diverſam conſiderationem in controverſiam vocent: Siquidem methodus cuique arbitraria eſt, & nulla apparet ratio, cur pro diverſitate objecti non poſſit idem Jus diverſam denominationem ſortiri, & doctrinæ quædam docendi cauſa inter ſe diſtingui, licet alias nihil impediat, quo minus etiam in uno complexu ab aliis tradi poſſint. De Jure vero Naturæ Privato res magis eſt expedita.

§. V.

Difficultas ex Divina Ecclesiæ inſtitutione petita.

An vero in Republica quoque ſacra Juri huic utrique Naturæ tum Publico, tum Privato locus ſupereſſe poſſit, majori forſan dubitationi obnoxium videtur. Nec enim Reſpublica iſta ſacra, ſecundum indolem reliquarum civilium, uti ſæpius jam præmonitum fuit, compoſita eſt, nec æqualem cum iiſdem originem habet. Namque Jus Naturæ ſocietatem hanc propter cultum Divinum, & exercitia pietatis conjunctim inſtituenda, iniri non juſſit, ſed ejuſdem inſtitutio & origo ex mera & libera Chriſti inſtituentis voluntate pendet, nec aliunde demonſtrari, nec ex ſolis ratiocinationibus, aut innatis Naturæ anticipationibus repeti poteſt: Ex ſola autem revelatione Divina ea nobis Chriſti voluntas, & jus, quo inſtitutam a ſe fidelium ſocietatem gubernari voluit, conſtare debet: diligenter inſpiciendi ſunt fontes ſacri, & ex illis accuratum judicium formandum de Statu ejus publico, qui cum a Deo originem habeat, fundamenti loco ponendum eſt, quidquam in eo mutari nefas, & Rationi conticeſcendum eſſe, ubi revelatio Divina loquitur; nec ſecundum Jus Naturæ ſola Ratione humana nobis intimatum poſſe regulari, quod Jure Naturæ non eſt introductum.

§. VI.

§. VI.

Exemplis refellitur.

Verum leve prorsus est hoc dubium; nec adeo a solo Ecclesiæ regimine Jus Naturæ vel publicum vel privatum eliminat, quin etiam, si illi fides habeatur, ejusdem usus ab omni non tantum societate ac Republica humana, sed & a singulorum actionibus magna ex parte alienus dicendus esset. Nam dominia rerum non sunt introducta Jure Naturæ, vel saltem secundum hoc jus incognita; & tamen regulantur secundum Jus Naturæ. Servitus itidem Juri Naturæ est incognita; sed postquam semel est introducta, præscribit quoque Lex Naturæ dominis & servis officia, quæ antea fuerant incognita. Similiter, quamvis Jus Naturæ Statui civili magnopere faveat, maxime si aliter pax servari, & utilitas ac tranquillitas singulorum haberi nequeat; Argumentum tamen universale quoad singulos ex Jure Naturæ deduci non potest, quod omnes homines obligaret sub absoluta necessitate ad societatem civilem ineundam. Nam ex naturali quadam inclinatione, imo & præcepto de societate & pace colenda paucissimi, ex indigentia humana, uti & ex mutuo hominum inter se metu aliqui, permulti, in origine rerum tanquam quæstione meri facti ad rerum gestarum notitiam atque historiam præcipue respiciendum esse rati, ex violentia & ambitione Status civilis originem repetunt. Ejus tamen constitutione, ex quacunque demum inter recensitas hasce causa derivari illa maluerit, supposita, Juris quoque Naturalis dispositio, adstipulante eorundem Doctorum suffragio, subingreditur: eoquod non de iis tantum agat, quæ citra voluntatem humanam existunt, sed de multis etiam, quæ voluntatis humanæ actum consequuntur, & quæ propterea directe ex illo non deducerentur, ut ait

HUGO GROTIUS *de Jure Belli & Pacis Lib. I. Cap. I. §. 10. num. 4.*,

quæ propterea reductive, vel ex suppositione certi facti humani Juris naturalis esse, ab eodem GROTIO vocantur. Et inde ipsum hoc Jus Naturæ, docens, quomodo suppositis certis principiis (etiam Naturæ cœteroquin non cognitis) societas quælibet sit colenda, sartaque tecta servanda, hypotheticum aliis appellare placuit.

Conf. AUTOR ANONYM: *Principiorum Juris Publici Ecclesiastici Catholicorum ad statum Germaniæ accommodatorum. Cap. XVII. §. V.*

Neque sic mutatur Jus Naturæ, sed quia ita negotia mutantur, novæ quoque conclusiones inde emergunt, quæ antea erant incognitæ, & novæ principiorum Juris Naturalis applicationes, quæ antea applicari non potuerant.

§. VII.

Et apertius distinctione

Exinde prono fluit alveo justa consecutio, quando & quousque in Ecclesiæ quoque Regimine Juri Naturali locus esse debeat. Habet certe in eo insignem

dissolvitur, ac locus Juri Naturæ in Jure Ecclesiastico publico asseritur.

insignem præ reliquis prærogativam Ecclesia Christiana, quod cum lumine Rationis, atque cum eo, quod ex Ratione innotescit, Jure optime concordet; sed plura reperiuntur in Revelatione, quam in Ratione; quare ad illam præcipue recurrendum, & inde desumenda, quorum nos alias notitia fugeret. Incaute propterea, dicam an, inepte prorsus agere ii omnes deprehenduntur, qui an constitutum sit in Ecclesia a Christo ejusdem conditore quoddam Regimen, & cui, aut quibus id commissum sit, ex solo Jure Naturali, & recta Ratione deducere, indeque unice vel Jus circa sacra Regibus atque Principibus adscribere, vel certam quandam Regiminis, siquod constitutum a Deo cum Catholicis admittunt, formam præscribere conantur. Totum illud Regimen, & omnis in Ecclesia potestas tota cœlestis ac plane divina ex corruptæ Naturæ nostræ principiis oriri non potuit; res ipsæ, & actiones, circa quas illa potestas versatur, tanquam alterius ac longe superioris, supernaturalis videlicet, ordinis, sub Juris Naturalis ambitum non cadunt; unde & ipsius potestatis institutio & communicatio omnino sphœram ac limites ejusdem Juris excedere aperte dignoscitur. Et sicuti Regimen ipsum ac potestas ex solo arbitratu Divino pendebat; ita idem quoque dicendum de forma ejusdem regiminis, quæ itidem nec Juri Naturali subjecta, nec alia esse potuit, quam qualem illam Christus, Supremus Ecclesiæ & Regiminis ejusdem conditor, esse voluit, quidquid rationes e Philosophia, Aristotelica præcipue, atque Politica profana petitæ in alterutram partem contradicere videantur. Supposita vero ex Jure Divino, tum Scripto, tum non Scripto ejusdem Regiminis existentia, supposita quoque formæ certæ divinitus, uti debuit, præscriptæ determinatione, illud, quod Ratio humana omnes docuit, Jus intrat, ac Ratio certa principia lumine naturali omnibus cognita applicat, ex qualitatibus ejusdem divinitus revelatis certas conclusiones Juri Naturali conformes arguit atque deducit; & potestatis, quam sublimiori causa constitutam supponit, usum atque media ad revelationis primum limites, his autem deficientibus ad suas quoque regulas, quæ tamen Rationis illius sublimioris, Religionis nimirum, principiis repugnare nunquam possunt, admoderatur.

§. VIII.

Et quidem tum Publico, tum privato sub diversis tamen negotiorum respectibus.

Præterea ex superius jam dictis, diversitate respectuum diversitatem quoque Jurium, aut diversam potius ejusdem Juris Naturalis appellationem ac divisionem, qua in Publicum & Privatum distingui soleat, fundari, intellectum, ut credo, satis est. Eadem quoque divisio necessario in mentem revocanda est, ubi Juris Naturalis in Jure Ecclesiastico publico usus distinctius explicari intenditur; errore enim ac similitudine vocum neminem hic decipi velim, ut, audito Statu publico Ecclesiæ, etiam soli Juri Naturæ publico locum esse posse, existimet. Etiam in Statu Civili Publico Juris Naturæ, quod privatum appellant

lant, usus non penitus exulat; idem igitur quin de Statu Ecclesiæ publico statuatur, nihil prohibet. Sola duntaxat actionum aut negotiorum distinctione, & solertiori consideratione opus est; ac facile omnino erit invenire, ubi, quando, & quænam Juris Naturæ species, quandonam nimirum Jus Naturæ Publicum, quandonam Privatum, in Statu Ecclesiæ publico vim suam exerere queat.

§. IX.

Ecclesiæ duplex consideratio.

Ecclesia enim duobus modis considerari potest, ac omnino debet: primo secundum suum statum interiorem, seu secundum eam partem, quam animam Ecclesiæ nominamus, quatenus scilicet dicit societatem illorum, qui veræ fidei in Christum & sinceræ charitatis vinculo cum Deo & inter se conjuncti sunt, atque hoc sensu tota invisibilis est, ac soli sancti & justi ad eam, ut vera & viva membra, pertinent. Secundo juxta suum statum exteriorem, quem corpus Ecclesiæ appellamus, quatenus nimirum est societas eorum, qui publica ejusdem fidei professione, eorundem Sacramentorum, & rituum cultus Divini substantialium communione ordinate conjuncti sunt: Atque hoc sensu Ecclesia visibilis est atque conspicua. Statum vero Ecclesiæ publicum ubi consideramus; utique Ecclesiam visibilem atque conspicuam, sive Corpus Ecclesiæ intelligimus, in duas subdivisum partes: in Pastores scilicet, qui docent & pascunt, & plebem Christianam, quæ docetur & pascitur, ad eum nimirum sensum, quo antiquissimus CYPRIANUS Epist. LXVI. ait: *Quid est Ecclesia? Plebs Sacerdoti adunata, & Pastori suo grex adhærens.* In hac ipsa tamen Ecclesia visibili & externa diversæ rursus actiones, *Internæ* nimirum ac *Immanentes*, & *externæ*, sive *Transeuntes* probe sunt discernendæ. *Immanentes* enim merito dicentur, quæ domesticum Ecclesiæ Statum, personas nimirum & res Ecclesiæ jurisdictione comprehensas, prout finis Reipubl. sacræ a Christo constitutæ exigit, concernunt, quæ respectum habent ad Magistratus & subditos Ecclesiæ, & ad ea objecta, quæ Ecclesiæ potestati divinitus concessæ sunt subjecta, atque ad finem Reipublicæ huic sacræ a Deo præfixum, vel ad media spiritualia nobilitati illius finis coaptata, ad bona spiritualia, gratiam, sanctificationem animarum, ad conservandam fidei unitatem, & charitatis ac disciplinæ communionem conservandam, & ad vitam æternam obtinendam spectant, quæque ex essentiali illa Ecclesiæ jurisdictione, sive docendi, ligandi & solvendi, remittendi & retinendi potestate, in omnes fideles a Christo concessa fluunt, & in instructione atque doctrina tum dogmatum, tum morum, non mere pædagogica, sed auctoritativa, ac administratione Sacramentorum, & constitutione sive ordinatione Magistratuum sive Ministrorum Sacrorum comprehenduntur. Est autem eadem Ecclesia visibilis ex hominibus composita, qui præter eum, quem ad Ecclesiam in negotiis spiritualibus, fidem, doctrinam morum, Sacramento-

In Ecclesia externa alia negotia sunt immanentia.

alia transeuntia.

mentorum perceptionem & salutem æternam concernentibus, habent subjectionis nexum, etiam alterius profanæ Reipublicæ in negotiis ad temporalem tranquillitatem pacemque, tum in-tum externam, pertinentibus, membra necessario existunt, & inter homines his in terris constituta versatur, qui aut dulci ejus jugo sese subtraxere, aut nunquam eandem ingressi, ab eadem prorsus sunt alieni atque extranei. Quæ igitur cum his & in istis negotiis intercedunt actiones, merito *Transeuntes* compellantur.

§. X.

Quoad negotia immanentia Jus Naturæ Publicum locum habet.

Et quidem quod actiones, jura, & negotia immanentia, quæ in Statu Ecclesiæ publico considerantur, attinet, ibidem Jus Naturæ publicum, sive illud, quod mutuum subditorum & Imperantium inter se nexum dirigit, locum habere, dubium nullum est; ubi semel ex principiis Religionis Catholicæ revelatis Regimen quoddam in Ecclesia a Christo constitutum admittitur. Quemadmodum enim iste nexus, sicut ad omnium externarum societatum rectam institutionem & stabilem conservationem, ita & societati Ecclesiasticæ omnino necessarius, imo ejusdem institutioni coævus est ad conservandam unitatem, pietatem, ordinem, ac honestatem, & ad malos cohibendos, & puniendos; sic eadem quoque tum principia adoptanda erunt, quæ in Statu civili vigere debent, nisi quatenus indoles & qualitas diversa ejusdem Regiminis diversam eorundem applicationem exigit. Eadem ipsamet Sacra Scriptura disertis verbis adoptat, atque confirmat; atque eo ipso, quod Sacrosanctam Ecclesiam Civitatem, Domum, Regnum, Ovile, Corpus appellet, necesse omnino esse indigitat, ut ibidem sit vigeatque constans fidelium unio sub coordinato regimine ac directione Pastorum. Atque inde est, quod & Pastorum, qui præsunt, & fidelium, qui subsunt, obligationes atque officia generalibus iisdem Juris Naturæ principiis exponat. Pastorum quidem: Ubi omnem illis in hoc Regimine supremam authoritatem, a Christo tamen participatam, ac Ministerialem attribuit MARCI Cap. ult.: *Sicut misit me vivens Pater, ita & ego mitto vos.* Ubi universalem in gregem fidelium sollicitudinem, ac singularem PETRO, ac in ipso omnibus ejus Successoribus committit JOANNIS XXI. *Pasce agnos meos, pasce oves meas.* Reliquos vero Episcopos Apostolorum cœterorum Successores, in partem sollicitudinis illius vocatos excitat ACT. APOSTOL. Cap. XX. *Attendite vobis & universo gregi, in quo vos posuit Spiritus Sanctus Episcopos regere Ecclesiam Dei.* Ubi omnes ad Paternam charitatem, & Pastoralem lenitatem in fideles tanquam filios exhibendam adhortatur: I. PETRI V. *Pascite qui in vobis est gregem Dei, non velut dominantes in Cleris, sed velut forma gregis facti ex animo.* Subditorum vero: ubi læsæ ac spretæ Majestatis Divinæ reos arguit, qui suos his in terris Ministros atque Vicarios spreverint. LUCÆ X. 16. *Qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit,*

qui

qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me. Renitentes vero ac contumaces a reliquo Ecclesiæ Corpore tanquam membra putrida communicato alioqui Spiritus sui usu caritura rescindi jubet MATTH. XVIII. *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus:* Ubi denique generatim PAULUS HEBR. Cap. XIII. obedientiam Præpositis Ecclesiæ, qui nempe pro salute animarum excubant, & quos inferius in calce Epistolæ salutat, præstandam subditis omnibus inculcat: *Obedite Præpositis vestris, & subjacete eis: Ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes; hoc enim non expedit vobis.* Quibus sane verbis nihil præclarius, & illustrius nihil ab Apostolo dici poterat ad commendandas tum Pastorum, tum Subditorum obligationes, & ad mutuum inter se nexum pro utilitate & salute utrorumque dirigendum.

§. XI.

Servata tamen indole ac proprietate Regiminis Sacri.

Discrimen tamen illud, & profecto ingens, ex natura & indole hujus Regiminis intercedit, quod summa potestas & imperandi authoritas non ex spontanea Subditorum submissione, & voluntatum suarum ad finem communem subjectione in Imperantes & Hierarchas sacros translata fuerit, sed a Deo ipso, tanquam supremo & absoluto omnium voluntatum humanarum Domino, Moderatore ac Arbitro, atque a Christo, secundo ac feliciori Adamo, in quo, tanquam omnis Ecclesiæ Capite, reliquorum in ipso regeneratorum voluntas inclusa fuerat, communicata; & quod omnis illa potestas mere Vicaria ac Ministerialis sit, non autem absoluta, quæ Christo, tanquam Capiti primario, principali & invisibili, unice reservata, vel potius propria est, reliquis vero Capitibus Ecclesiarum suarum, & totius Ecclesiæ universalis Capiti visibili, qui ejusdem Christi nequaquam Successores, sed Vicarii & Ministri, ac inter Vicarios & Ministros primus sunt, neutiquam communis, neque communicabilis. Hoc discrimen plurimarum aliarum conclusionum, quas etiam ipsa sana ratio ex hisce principiis certa revelatione constantibus deducere potest, est feracissimum; quæ omnes eo potissimum tendunt, quod in Ecclesia Dominatus, qualis ille Gentium esse solet, ab Hierarchis quam maxime alienus esse debeat, mandato quoque expresso Christi id confirmante: *Reges gentium dominantur eorum, & qui majores sunt, potestatem exercent in eos: non ita erit inter vos.* Dominatus, inquam, ille, qui ambitione ac violentia, aut alia quadam iniquitate quæsitus insultantem elationem, inferiorum contemptum, vanitatem in minis & terroribus consistentem, Tyrannidem & merum dominandi arbitrium, in quo pro ratione stat voluntas, fastum & proprii commodi libidinem sibi conjuncta habet, ut ex Jure Regio ab ipso Deo Israelitis, Regem ad modum gentium poscentibus, per SAMUELEM in comminationem exposito luculenter patescit: Et vicissim, quod ab iis, qui subsunt, nonnisi rationabile obsequium in eadem

exigatur; ubi ſcilicet non proprie Dominorum & ſervorum, non tam Regum Principum & Subditorum, quam Paſtorum, Patrum, fratrum, filiorum & ovium nomen non inane audiatur, imo vero non charitas duntaxat, ſed & humilitas in ejusdem Eccleſiæ gubernatione, velut ſidera polaria, veniant reſpicienda; unde & Pontifices atque Epiſcopi Miniſtrorum & ſervi ſervorum Dei nominibus & titulis præprimis glorientur. Hinc in eo mirabilem ſane deprædicare licet regiminis hujus plane divini indolem, ut ſublimior iſta ac eminentior poteſtas altera ſæculari in ſe ſit amplior ac altior, tanquam ampliori principio, & fine quoque extenſiori ac oppido excellentiori, conſtituta; quoad uſum tamen ſuum atque exercitium altera debeat eſſe modeſtior, & autoritas ſaluti ſubditorum vere ſerviens, juxta effatum & exemplum Chriſti Domini, ſe veniſſe non miniſtrari, ſed miniſtrare, dicentis, ac ſimilem ab Apoſtolis ſervitutem exigentis: MARCI X. 43. ſeq. *Quicunque voluerit fieri* MAJOR, *erit veſter* MINISTER: *Et quicunque voluerit in vobis* PRIMUS *eſſe, erit omnium* SERVUS. *Nam & filius hominis non venit, ut miniſtraretur ei, ſed ut miniſtraret & daret animam ſuam redemptionem pro multis.* Et MATTH. XX. *Quicunque voluerit inter vos* MAJOR *fieri, ſit veſter* MINISTER, *& qui voluerit inter vos* PRIMUS *eſſe, erit veſter* SERVUS. *Sicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare.* E converſo autem obedientia Subditorum perfectior quidem ac interior eſſe debeat, quæ Deum, ſcrutatorem cordium ac renum, in Miniſtris recognoſcat, ac non ſolam voluntatem & actiones externas, utpote pacis ac tranquillitatis turbativas Imperantibus alias civilibus obnoxias, ſed & intellectum in rebus ad ſalutem animarum pertinentibus captivet; nonniſi rationabilis tamen exigatur. Hinc, cum duplicia Jura quælibet ſumma poteſtas ex indole ſua complectatur, Jura nimirum Imperii, & jura libertatis; hoc in Regimine Jura Imperii quidem ampliora, Jura tamen libertatis magis ſunt limitata: Et nihilominus, licet adſtrictior ſit libertas agendi in Imperantibus, Subditorum tamen ſtatus liberior nequaquam evadit, ſecus, quam in aliis ſocietatibus civilibus contingit, ubi tantum Juribus ſubditorum accedit, quantum libertati Imperantis decedit.

§. XII.

Forma Regiminis Sacri. Mixta.

Præterea præter mox obſervatam Imperii Sacri indolem ac proprietatem, ejus quoque formam a Chriſto conſtitutam prænotari, ac præſupponi ex revelatione Divina omnino oportet; ut quoad negotia quoque immanentia Juris Naturalis publici uſus curatius determinetur. Atque eam Monarchicam eſſe Ariſtocratia tamen inſuper temperatam, luculenta Sacræ Scripturæ, ac Traditionis teſtimonia evincunt: dum ſcilicet ſupremum quoddam Caput, præcellenti quadam præreliquis omnibus poteſtate inſtructum, in PETRO, & legitimo ejus Succeſſore conſtitutum teſtantur; ſed & ſimul reliquos Apoſtolos, quo-

rum Episcopi Successores sunt, propria quadam regendi & pascendi authoritate, quamvis uni illi Capiti subordinata, donatos asserunt. Qua in re Ecclesia Imperii Romano-Germanici formæ, prout saltem per Leges publicas Imperii determinata est, propiori analogia accedère videtur. In hoc enim Imperator ita est Supremus Monarcha, ut sub se plures habeat Principes, qui in sua singuli ditione ac principatu proprio nomine dominantur. Et quamvis Imperatori subalternentur, & communibus Imperii Legibus Pragmaticis teneantur; subditos tamen suos, subjectasque sibi ditiones propria Authoritate, propriisque Legibus regunt, quas Imperator solvere non potest, nisi communi Imperii bono adversentur. Sedent in generalibus Imperii Comitiis non ut meri Consiliarii Imperatoris, sed ut Judices & Legislatores, quorum suffragia, pluralitate vincant, Imperatori Comitiorum Præsidi contemnere non licet. Similiter in Hierarchia Ecclesiastica Pontifex Romanus præest singulis Episcopis tanquam Caput & supremus Monarcha, jus ipsis dicit, & in quoslibet, cujuscunque gradus & dignitatis, vim habet coactivam, ubi agitur de communi Reipublicæ Christianæ bono, ac de receptis Ecclesiæ universalis legibus. Sed sacra ejusmodi Monarchia temperatur Aristocratia. Nam Episcopi a Christo instituti sunt tanquam Principes, qui in Conciliis œcumenicis cum Summo Pontifice, ceu Præside, decernunt ut Judices, Doctores, & Legislatores; suas Diœceses non vicaria Pontificis, sed propria auctoritate gubernant, novas leges secundum, aut præter, non contra Canones universim receptos, ibidem pro subditorum necessitate, & utilitate condunt. Verbo: Et ipsi de summa illa regendi, ligandi, solvendi, pascendique potestate cum Summo Pontifice, tanquam Capite, salvis tamen ipsius Primatus reservatis, communicant. Ita profecto & finis & indoles sacri istius Regiminis exigere videbatur. Christus enim, sapientissimus ejusdem Institutor, suaviter omnia disponens, & attingens a fine usque ad finem fortiter, unitatem potissimum fidei & doctrinæ, & perfectissimam vigere communionem inter fideles voluit. Hinc unitatis hujus principium, radicem & centrum unum Caput constitui omnino conveniebat, ut Schismatis tolleretur occasio; cum Schismatum & Hæresum periculo Præfectura ad formam meræ Aristocratiæ instituta, in tanta præsertim Episcoporum per orbem universum diffusorum multitudine, maxime sit obnoxia. Sed & Despotismum, ac arbitrarium Dominatum ab eadem quam maxime alienum voluit: in quem Monarchia inter homines infirmitatibus circumdatos, præsertim in orbem universum latissime diffusa, facillime deflectit. Unde merito ita Monarchiam Aristocratia temperari constituit, ut & Principatu unius totius Ecclesiæ & omnium Pastorum sustineretur unitas atque communio; & Auctoritate plurium provideretur, ne is in Despotismum vergeret.

Similis illi Imperii Romano-Germanici.

Conformis fini ac indoli ejusdem.

§. XIII.

§. XIII.

Quæ usum Juris Naturalis publici non excludit.

Hæc autem forma Regiminis divinitus constituta adeo locum Juri Naturali Publico non adimit, aut denegat, ut potius præter Jus Divinum illius assistentiam maxime necessariam doceat, atque exigat. Christus enim non omnia eo pertinentia ad amussim, sed summa tantum veluti ejusdem capita determinavit, plura vero adhucdum indefinita reliquit: quæ vero definita non sunt, ex hac disciplina magna ex parte sunt decidenda. Ita de usu Juris Naturæ publici intuitu ad Jus publicum Particulare Nostri Imperii Romano-Germanici statuit BOEHMERUS *Introduct. ad Jus publicum Univers. Part. Gen. Cap. IV.* „imprimis nimirum illum obtinere in illis Imperiis, ubi Imperantis potestas valde adstricta, & alii Coimperantes in consortium sunt assumpti, uti in nostro „Imperio: Nam ibi ob potentiam omnium fere æqualem magis renitentia sese „exserit, ne Imperator contra voluntatem Statuum aliquid tentare possit.„ Nolim hic equidem iisdem abuti verbis, quorum applicatio & Summæ Sedis Autoritati forsan præjudiciosa, & Episcoporum Canonicæ erga eandem submissioni ac reverentiæ altiori fundamento, quam solis humanis legibus, vel expressis tacitisque pactis nixæ, & fortiori propterea vinculo colligatæ injuriosa videri posset. Illud tamen nec Catholicorum ullus negabit, etiam formam Regiminis hujus Ecclesiastici, utut divina autoritate & quidem immediata, ac jure superiore, inter homines tamen constituti, & ex hominibus non extra omnes affectus, nec extra omnem mutationem positis compositi eatenus saltem vicissitudinem quandam interdum pati posse, imo & passam quandoque fuisse, ut salva manente ejusdem substantia, quæ alterari nunquam potest, ejusdem tamen usus diversimode pro temporum varietate sese exeruerit, & quandoque Aristocraticus prævaluerit, & præcesserit, quandoque vero magis Monarchicus, immoto tamen semper eodem Ecclesiæ spiritu, successerit. Sicuti nimirum etiam in aliis magnis Imperiis mixtæ formæ, testante id rursus, quamvis inverso magis ordine, domestica Imperii Nostri Romano-Germanici experientia, perpetuus ejusmodi modus esse, & modo Principis, modo Optimatum intendi potestas aut minui assolet; ut vel hoc titulo Usus Juris Naturalis Publici non prorsus vanus, nec inutilis in Jure Ecclesiastico publico, prout videlicet bono communi Status & subditorum plus expedit, videri aut censeri possit: Qui tamen ex ipsa hac forma, qua diversitas subditorum in Ecclesia fundatur, diversam quoque aliquatenus determinationem, quoad negotia quoque immanentia, recipit.

§. XIV.

Inde diversi subditi, quoad quos

Ex hac enim forma Monarchica, Aristocratia tamen temperata luce meridiana clarius sequitur, duplicis generis subditos Ecclesiæ, tanquam Reipublicæ Sacræ, sinu comprehensos debere distingui. Sicut enim rursus in Imperio Nostro

ſtro Romano-Germanico, & reſpectu illius univerſim conſiderati alii ſunt ſubditi, qui Status ſimul ſunt, & immediate ad Imperium reſpiciunt, alii vero mere tales, & qui mediate duntaxat, mediantibus nimirum Statibus ac Dominis Territorialibus, quibus ſubſunt, ad illud pertinent; ita & in Eccleſia ſunt ſubditi mere tales atque unice parentes, ſive quibus ſola relicta eſt in negotiis ſpiritualibus parendi gloria, & qui de ordinata Divinitus poteſtate, ſive autoritate nullatenus participant. Horum in Republica ſacra obligationes Jure Eccleſiaſtico ſufficienter plerumque determinatæ, & per concluſiones varias ex Jure Naturæ Publico, ſuppoſita inſuper revelatione ac Inſtitutione Divina, applicato deductas paſſim diſperſæ ſunt: quamvis hoc loco de iis tantum negotiis id intellectum velim, quæ publica proprie dicuntur & ipſam ſacram Rempublicam proxime concernunt. Hæc ipſa igitur cum legibus Eccleſiæ fundamentalibus partim Divinis, partim Eccleſiaſticis regantur, ad Jus Naturale Publicum recurrere adeo opus non eſt. Interim tamen cum ipſæ hæ leges ex dictis in illo non modo fundentur, verum etiam ex ejusdem principiis vim ſuam obligandi habeant; etiam Jus illud ad eas tam intelligendas, & tradendas, quam rite applicandas non parum confert, eadem nimirum prorſus ac nullatenus diverſa ratione, qua uſum Juris Naturæ in Jure Canonico privato ſeſe exerere ex inferius, Capite nimirum ſequenti, dicendis conſtabit.

diverſimode conſideratur.

§. XV.

Quoad Epiſcopos & Superiores intermedios ſub diverſis tamen reſpectibus conſideratos.

Sunt autem & alii in Eccleſia ſubditi quidem, non tamen mere tales, ſed qui ſimul de ipſa illam gubernandi authoritate publica participant, adeo ut iidem qui reſpectu Supremi Capitis, ac aliorum ex Jure ſaltem Eccleſiaſtico Hierarchice ſubordinatorum Superiorum parentes ſunt, reſpectu inferiorum & ipſi ſint imperantes. Sunt hi, ut ex §. XII. luculenter patet, Epiſcopi, qui vel ideo curatiorem merentur conſiderationem, quo magis apparet, diverſiſſimos eorum intuitu reſpectus occurrere poſſe, &, quod jam ſuperius monuimus, homines pro diverſo, in quo vivunt, ſtatu diverſis quoque uti juribus, membrorum etiam Eccleſiæ intuitu locum habere. Intuitu portionis gregis Dominici, quam, ut S. Cypriani verbis utar, regit unusquisque, ipſimet Hierarchicam exercent poteſtatem, & quidem jure proprio, tanquam inde ab Apoſtolis in ipſos, velut Principes & Hierarchas ſacros a Chriſto conſtitutos, hæreditaria ſucceſſione derivatam, ſed tamen unitatis Eccleſiaſticæ centro ſubordinatam: Atque eatenus inter illos, ac eos, qui ipſis parent, ſubditos Jus Naturæ publicum, plerumque tamen & ipſum per leges Eccleſiæ univerſales, Conſtitutiones Pontificias & Canones Conciliares jam applicatum obtinet. In relatione autem ad ipſam Eccleſiam univerſam diverſimode conſiderandi ſunt: quatenus nimirum vel ut univerſi cum Summo Pontifice, tanquam reliquorum omnium, & myſtici iſtius Corporis, quod eſt Eccleſia, Capite, regitivam ſimul in eadem po-

testatem exercent; vel ut singuli membra constituunt totius Ecclesiæ, adeoque hoc respectu etiam ipsimet universali Ecclesiæ, & ei, qui huic cum præeminentia honoris & potestatis præest, Supremo omnium Pastori atque Hierarchæ, Pontifici nimirum Romano, legitimo Petri successori subsunt, ejusque legibus & constitutionibus obligantur. Priori sub respectu Jus Naturæ publicum, quod Superiorum ad inferiores officia metitur, ipsos præcipue tenet; posteriori vero idem, quod §. præcedenti de parentibus in Ecclesia mere talibus assertum fuit, principium obtinet, debitum scilicet obediendi, & reliqua cum societate inæquali de Jure Naturæ connexa; ita tamen, ut hoc quoque respectu conditionis eorum, vi cujus ipsimet in districtibus suis sacris, quos Diœceses appellant, Hierarchæ ac Principes a Christo instituti sunt, ac jure suo proprio præsunt, ratio habeatur. Quod ipsum ex Jure Naturæ publico, supposita forma Regiminis mixta sive Monarchica Aristocratia tamen temperata, planissime consequitur, ne scilicet, dum plures in eodem Optimates potestatis quidquam propriæ participant, unus alterum impediat, turbet, aut prævertat, sicque omnis confusio decoro & ordini in Ecclesia juxta effatum PAULI necessario inimica evitetur: uti tot Canones de Hierarchia Sacra extantes, totius orbis reverentia consecrati, disertis verbis constituunt, quorum omnium instar unus allegari meretur a GRATIANO Dist. LXXXIX. *Can. 7.* relatus. Ibi: „Ad hoc dispensationis divinæ provisio gradus diversos & ordines constituit esse distinctos, ut dum reverentiam minores potioribus exhiberent, & „potiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret, & ex „diversitate contextio, & recte officiorum gereretur administratio singulorum: „neque enim universitas alia poterat ratione subsistere, nisi hujusmodi magnus „eam differentiæ ordo servaret.„

Conf. BONIFACII *II. Epist. ad Eulal. circa annum DXXX. Conc. Tom. IV. p. 1684. Et* GREGOR. *M. Epist. LII. Lib. IV. ann. DXCV. Conc. Tom. V. p. 1206.* JOANN. *VIII. Epist. XCV. ad Episcopos Galliæ Tom. IX. Concil. p. 79.*

Idem est, ubi cum aliis Co-Episcopis suis, tanquam ejusdem Corporis membris, conferuntur: quin tamen & hic simpliciter privatis æquiparandi, quamvis inter se æquales, eidemque Capiti subsint; sed & tum aliqua eorum conditionis, dignitatis, & Pastoralis sollicitudinis, in negligentia aliorum Collegarum, præsertim, viciniorum, vel deficientia a fidei & disciplinæ regulis ex charitate proficiscentis, & communi fidelium bono spirituali ac saluti intentæ ratio sit habenda.

§. XVI.

Quoad Supremum Ca-

Unde præprimis & quam maxime usus Juris Naturalis publici quoad ipsum Supremum Reipublicæ hujus Sacræ Imperantem, ac reliquorum omnium

Caput

Caput sese exerat necesse est. Nequaquam hic illam Doctorum, præsertim ex æmulatione contendentium, agitatam satis de Superioritate Concilii supra Pontificem, vel vicissim, quæstionem attingere aut definire animus est, aut locus desiderat. Id tamen omnino annotandum venit; eos, qui majorem Conciliis Ecclesiæ universalibus & œcumenicis authoritatem, ac reformandi tam in Capite, quam in membris Ecclesiam potestatem adjudicant, Pontificiam potestatem ipso Canone ligari, vel limitari, necessaria inde consequentia deducere; eos vero, qui diversæ sunt sententiæ, nimis effrænem eidem ac illimitatam asserturos libertatem, & revera penitus exlegem dicturos esse, si nec Lege Naturali illam adstrictam esse faterentur. Eam certe nec ullus Pontifex immunitatem sibi arrogare unquam visus fuit, nec a Doctoribus vano assentationis spiritu abductis sibi tribui passus. Politicorum quorundam adulatio eo usque progressa quandoque fuit, ut Principem Civilem omni Lege, etiam Naturali, absolverent. Ita Principem suum illimitato & omnis legis experti jure instruere voluisse videtur NICOLAUS MACHIAVELLUS & quidem non simpliciter enarrando, & quid sæpe fiat, ostendendo, sed & simul, quod recte fiat, commendando, qui & CORRINGIUM sui defensorem, teste

put maxime Juri naturali locus asseritur.

BOEHMERO *Introduct. in Jus Publ. Univ. Part. Spec. Lib. I. Cap. V. §. 6.*

nactus fuit; a quorum doctrina parum quoque recedere videantur HOBBES. *de Cive Cap. VI. §. 12.*, & ADRIANUS HOUTUYNUS *in Politica generali*, jura Imperantium ex hac doctrina de illimitata potestate unice fere æstimantes; quamvis posterioris doctrina magis blanda, sed vel inde magis subdola, minusque sibi ipsi cohærens censeatur. Merito propterea Principem extra statum humanitatis constituere, imo finem civitatum, qui in pace eo securius colenda, & per Imperantes subditis præstanda consistere debebat, evertere, ab eodem BOEHMERO arguuntur, cum potentiorem ubique hostem subditi in Principe haberent, cui resistere non possent; tolli hoc modo vinculum humani generis, dum Principi jus absolutissimum indulgeatur, & sic in effectu Jus Naturæ publicum, actiones Principum regens, quoad maximam partem negari, vel tale substitui, quod in mera violentia, potentia, & crudelitate consistat. De Summo Pontifice qui talia diserte venditare ausit, vix Catholicorum ullum facile erit reperire. Et magis ab indole Regiminis Ecclesiastici a Christo fundati, quæ tota Paterna & Pastoralis est, alienus ac remotus esse debet absolutus ille, atque ideo injustus dominatus, impotens despotismus, ac arbitrarium imperium. Sicut generatim ex lege Naturæ tantum illa potest Imperans, quæ non adversantur saluti totius Corporis civilis juxta illud vulgatum: *Salus populi suprema lex esto;* Quæ autem huic adversantur, ad illa agenda jus nullum habet: Ita multo magis in Regimine Ecclesiæ obtinet: *Salus Ecclesiæ suprema lex esto,* atque sapientissimum illud CICERONIS *Lib. I. de Offic.* monitum a PLA-

TONE mutuatum hic quoque attendendum: *Omnino qui Reipublicæ præfutui sunt, duo Platonis præcepta teneant, ut quidquid agunt, ad eam referant, obli. commodorum suorum; alterum, ut totum Corpus Reipublicæ curent, ne, dum partei aliquam tuentur, reliquas deserant.* Atque ea profecto Christi Salvatoris nostı Regimen istud fundantis, a quo, tanquam Capite primario & invisibili omni in PETRUM, ejusque successores potestas translata fuit, una erat intenti(quod non illimitata, sed in dilectione sui & proximi fundata, & ad saluter Ecclesiæ attemperata potestas esse debeat. Nullibi arbitrium, aut voluntater ejusdem tanquam hominis, ac defectibilem, agendi regulam constituit, se authoritatem illi, quæ in ædificationem, non in destructionem Corporis sui ce deret, concessit. Vicarium illum suum ac Ministrum, & quidem præ reliqui omnibus primum, non Dominum Ecclesiæ, ad pascendas oves suas, non ipsiu proprias constituit; quam ob rem & præmissa trina interrogatione majorei sui dilectionem prius requisivit, quam pascendi curam committeret: unde S AUGUSTINUS ad Cap. ult. JOANN. apposite ad rem præsentem hanc ac dit verborum Christi paraphrasin: *Pasce agnos meos, non ut tuos. Gloriai meam in eis quære, non tuam: mea lucra, non tua; quia dilectio Dei probatur di lectione proximi.* Ex natura igitur potestatis hujus, tanquam Vicariæ ac Mini sterialis, & in alienum, Christi videlicet velut unius Domini, Patrimoniur concessæ id consequitur, quod minus absoluta illa sit, ac magis limites eosder recognoscat, quos Jus & æquitas Naturalis etiam Civili, magis alias absolı tæ, ponit. Et hoc ipsum est, quod superius jam assertum fuit, eminentior esse in Ecclesia, adeoque & in Summo Pontifice, Jura Imperii; Jura tame libertatis vel ideo quoque magis esse adstricta.

§. XVII.

Non obstante authoritate Interpretativa Ecclesiæ asserta.

Cui nec obstat, quod superiori Capite Summum Pontificem, tanquan Caput Ecclesiæ, Legum uti Divinarum, ita & Naturalium Interpretem assere re visi fuerimus, ad quem nimirum pertineat per legis interpretationem judi care, utrum aliquid sit Juris Naturæ vel Divini, vel eidem conveniat, ve repugnet?, Ecclesiæ enim potissimum eam judicandi & interpretandi authorita tem a Christo communicatam, ex consensu omnium Catholicorum, adstruxi mus; & in eam quæstionem: an Pontifex se solo, id est, sine accedente, ve expresso vel tacito saltem, Corporis Pastorum consensu in rebus fidei & morun infallibilis sit? nequaquam intravimus. Atque vel ii, qui soli etiam Pontific hanc infallibilitatem & solitariam authoritatem adscribunt, nequaquam omnen eo ipso obligationem & restrictionem potestatis solvunt, aut omnia scita Juris Naturæ interpretatione ejusdem perverti posse insana, dicam an? blasphem consecutione inferunt, cum totam hanc interpretandi authentice facultatem nul

latenu

latenus arbitrariam ac illimitatam, sed ad verbi Divini, sive Sacræ Scripturæ & Traditionis, normam ac regulam adstrictam esse, lubentes & ipsi fateantur.

Conf. Magnif. BARTHELII *Differt. de eo, quod circa libertatem in negotio Religionis ex Lege Divina justum est Cap. IX. num. 14. & seqq.*

§. XVIII.

Conclusio inde deducta amplissima.

Nec immorari diutius hic vacat, ubi omnes nobis consentientes habemus. Principium enim hoc penes omnes constans & indubitatum est, sed conclusiones, quæ exinde quam plurimæ deducuntur, & applicationes ejusdem non omnes omnibus arrident: Et si dicendum quod res est, vel nimia Religio, & panicus ac morosus quidam timor, ubi non est timor, vel assentationis studium quorundam animos ita perstringit, ut omnes illas non videant, &, quo liberiorem Pontifici potestatem adscribere possunt, eo gratiores apud Sedem Pontificiam, imo & eo religiosiores se futuros, credunt. Optandum sane esset, ut importunis sæpe locutionibus & exaggerationibus suis ad excessum usque amplificativis tantum Ecclesiæ prodessent, quantum nocere possunt, dum apud Heterodoxos & Gentiles, imo & apud Catholicos sanctitatem & dignitatem Sanctæ Sedis periclitari faciunt; quos tamen pios veluti assentatores ipsa cum Ecclesia Dei refugit, non plus sibi tribui amans, quam quod Christus, quod publicæ utilitatis ratio, quod prudentum omnium vota hucusque tribuerunt. Cordati econtra viri & præcipui Catholicorum Præsules, & quicunque veram Theologiam, solidam Jurisprudentiam Sacram, & eruditionem Ecclesiasticam non a limine tantum salutarunt, ii omnes neque Ecclesiæ & Sanctæ Sedis Apostolicæ autoritati quidquam detractum, neque ultra æquitatis leges ei quidquam adjectum volunt. Utrinque excedere facillimum est, & utrumque vitium est; quorum posterius pietatem quidem sapere videtur, sed pietatem in periculosam magis superstitionem deflexuram. Nimis tamen prolixum non minus, ac difficile foret omnes illas principii superius positi, ac penes omnes constantis, applicationes sigillatim enumerare. Omnes sane reliquas remotiori discursu inde pendentes hac una facile comprehensas credo, tantum videlicet valere penes Summum Reipublicæ Sacræ Imperantem Jus Naturale, quantum penes inferiores ac parentes in eadem valent Leges positivæ Ecclesiasticæ; atque ex ipso Jure Naturali Summum Pontificem non tantum Canonibus Conciliorum, sed & Constitutionibus propriis, quoad saltem illarum materia Summæ Sedis dignitatem, & attemperatam utilitati ac saluti finique totius Ecclesiæ authoritatem non dedecet, non minus, imo magis, quam cœtera Ecclesiæ membra, sæpe adstrictum teneri. Quoad externum equidem effectum, aut quoad pœnas Ecclesiasticas hic quæstio non est, quibus utique non vindicatur; cum nemo privatorum præsertim sit, qui illi resistere aut dicere cum potestate possit: *Cur ita*

facis? Sed non propterea sequitur, quidquid fit, recte fieri, aut ita fieri buisse, ut ait CICERO PHILIPP XIII. *Nec enim quod quisque potest, id ei cet, nec si non obstatur* (ob impedimentum aliquod Juris vel facti) *statim pern titur* (vel jure fit optimo, & secundum Leges Naturæ.) Secundum proprie ctam dispositionem Juris hic loquimur, & facultatem legitimam & legibus c formem hic examinamus, omne illud agendi, quod ad salutem Ecclesiæ, & nem a Christo præfixum facit. Hoc spectato, omnino Juris Naturalis prir pium subintrat: quod quisque Juris in alterum statuerit, eodem ut & ipse u tur: ne nimirum cedat ejus exemplum in destructionem Ecclesiæ, cui potes concessa est in ædificationem. Omnis enim pars, vel maxime Caput, si diff mis sit Corpori, turpis censetur. Et Lex bonum commune spectat, cu cura una ex parte maxime ad Caput pertinet: altera vero ex parte, nihil n gis hoc ipsum bonum commune, legisque observantiam impedit ac evertit, c temptuique eandem exponit, quam si subditi videant, eandem a Summo Pr cipe violari, cujus exempla pro imperio sunt. Ex hac ipsa proinde boni p lici & Legis ratione est, ut ab ipso etiam Summo Legislatore observetur, qu rationem insinuat ISIDORUS *Can. Justum. Dist. IX.* „Tunc enim, *inqu* „Jura sua ab omnibus custodiri existimet, quando & ipse illis reverentiam p „bet.„ Atque ita omnis injusti dominatus, & arbitrarii despotismi, a su & Paterna Ecclesiasticæ potestatis indole tam alieni, suspicio quam longissi arcebitur, & vita Summi Pontificis censura erit perpetua, ad quam dirigant & convertantur fideles, nec tam imperio opus erit, quam exemplo. *Exasp rat enim* (ut ait PACATUS in THEOD.) *imperata correctio, blandissime jube exemplo.* Cum igitur, suppositis constitutionibus positivis, Lex ipsa Natu lis tanquam superior subintret; nec sua quoque dispensandi facultas eum eodem vinculo eximere poterit, quæ ipsa rursus non aliter a Christo conce fuit, nisi ut cedat in ædificationem, non autem in destructionem; & sicut n in alios, ita nec in seipsum absque gravi causa Canonica, quæ bonum illud p licum ex observantia Legis speratum adæquet, aut alio majori compenset, ex cenda: Verbo: quidquid merum dominatum, illimitatum arbitrium redol id omne ab Imperio Sacro longissime remotum Juris Naturalis ratio jubet.

§. XIX.

Negotia transeuntia an publicis, an vero privatis accensenda?

Ab actionibus, negotiis atque Juribus Ecclesiæ immanentibus ad transe tia nos quoque transimus, quorum jam superius §. IX. notionem pleniori scriptione explanavimus. Illud autem præprimis dubium videri posset, q negotia ejusmodi potissimum referenda sint, an publicis accensenda, an ve privatorum in censum rejicienda? ut, an & quale Jus Naturæ hic sit res ciendum? statui possit. Hoc ipso sane, quod transeuntia sint, nullum res ctum regiminis vel Imperii & subjectionis involvunt; qui tamen respectus

not:

notionem publicorum negotiorum proprie ita dictorum constituendam pertinet, ac necessario requiritur. Hinc Reipublicæ etiam Civilis negotia cum exteris, vel transeuntia, sive quæ inter liberas gentes intercedunt, ex actionum publicarum numero merito expungit HERTIUS *de Jurispr. Univers. Sect. 2. §. 9*, & non ex Jure publico, sed ex alia Juris parte ea repetenda ait. Cum ea inter liberas Respublicas a se invicem plane independentes agantur; non aliter proinde publica absolute in se spectata dicenda sunt, nisi quatenus non sunt clandestina, cum publicum etiam clandestino opponatur. Respective item considerata, ad Rempublicam nimirum alterutram, a qua ineuntur, quia ad hanc utique simul respectum involvunt, dum ad securitatem civitatis debent esse directa, & ab eo, qui cum potestate publica præest, nomine totius civitatis firmantur, hoc sub respectu, suo quoque modo, ad publica trahi possunt, ut tamen respectus isti toto cœlo diversi, monente eodem HERTIO, nequaquam confundantur. Alias vero nec proprie publica ex rationibus supra prælibatis, nec tamen etiam simpliciter privata, quia & iste terminus necessarium respectum involvit ad Rempublicam, sive societatem civilem, sed magis libera dici possunt, quia in consideratione ad aliam gentem potius ex Jure libertatis profluere solent. Hinc est, quod BOEHMERUS *Introduct. in Jus publ. univers. Part. Gen. Cap. II. pag. 57. in not.* cavendum moneat, ne actiones Gentium temere ad Jus publicum universale, sive ad Jus Naturæ publicum trahantur, ac GROTIUM propterea promiscue hæc inter se miscentem erroris notet. Sed idem potius Jus Naturæ, quod privatum alias dicitur, & secundum quod singulorum hominum, quatenus absolute, non habito respectu ad Rempublicam, considerantur, negotia in Statu quoque Naturali examinantur, & eadem prorsus principia ad integras Gentes inter se agentes & controvertentes applicanda sunt. Sicut enim quælibet Gens vel Respublica nullum Superiorem agnoscit, & propterea plures ejusmodi Gentes omnino instar personarum simplicium juxta se invicem in Statu Naturali viventium considerandæ sunt; ita idem quoque erit fundamentum generale officiorum atque jurium Rerumpublicarum, sive Gentium juxta se invicem viventium, quod personarum simplicium in societate generis humani constitutarum. Hoc ipsum rursus ad Societatem Sacram, sive Ecclesiam extendendum quoque est; in hac etiam negotia illa transeuntia non aliter negotiis publicis accensenda sunt, quam quatenus ab iis, qui cum potestate totius Ecclesiæ curam gerunt, aguntur, & nonnisi ad communem ejusdem salutem diriguntur, instituunturque, & sic intra pomœria solius Ecclesiæ considerantur. Nam & a nobis, sub eodem tantum & non alio respectu, huic, ubi de Jure Ecclesiastico publico nobis sermo est, disputationis Capiti duntaxat inseruntur; præsertim cum nequidem Ecclesia in omnibus iis, quæ ad transeuntia ex notione superius præmissa pertinent, Liberæ gentis instar consideranda sit; adeoque dubium superesse nullum potest,

Publica improprie dicuntur.

Jure Naturæ privato reguntur.

quin

quin quoad ista, cum Leges Ecclesiasticæ eo non pertingant, Jus Naturæ, é illud quidem privatum alias dictum, non vero publicum, sit attendendum.

§. XX.

Jus Naturæ privatum attendendum in negotiis Ecclesiæ cum Republica profana intercedentibus.

Ad transeuntia vero negotia vel maxime in Ecclesia referenda sunt ea, qu Ecclesiæ cum Republica profana intercedunt. Fluit hæc assertio ex indubitat Religionis Catholicæ principio: Quod nimirum Respublica Sacra & Profan Ecclesia & Status Politicus, potestas spiritualis & Majestas Regia inter se quai maxime differant, tum ratione originis, tum ratione finis & mediorum ad f nem utriusque conducentium, & ea, quam Christus Ecclesiæ suæ reliquit, po testas unice spiritualis sit, uniceque referatur ad salutem fidelium æternam, ip somet Christo Domino attestante: *Regnum meum non est de hoc mundo.* JOANN XVIII. v. 36. Omnis e converso in temporalibus potestas, atque Reipublic profanæ cura Regibus atque Principibus Sæculi, tanquam & ipsis quoad ea ne gotia temporalia Vicariis atque Ministris Dei, commissa sit, ac permanseri quorum de Jure ac potestate legitime competente adeo nihil detraxerit, dece: pserit, aut delibarit vera Religio Christiana, quin potius illud omne quoa omnes partes potestativas & essentialiter sui constitutivas confirmarit, & qua consecrarit.

Conf. MATTH. XXII. v. 21. JOAN. XIX. v. 11. ROM. XIII. v. 1. seq I. CORINTH. XV. v. 24. I. TIMOTH. II. v. 1. 2. I. PETR. I. v. 13. 14.

Quod porro utraque sit a se invicem plane independens, & utraque in suo or dine suprema, præter ea, quæ mox laudata fuere, Sacræ Scripturæ testimo nia, perpetuus quoque totius jam inde ab ævo primorum Christianorum Impe ratorum Ecclesiæ Catholicæ sensus confirmat; uti jam Magnus ille OSIUS E piscopus Cordubensis, Symboli Nicæni dictator, teste S. ATHANASIO i *Epist. ad Solitariam vitam agentes* Imperatori CONSTANTIO CONSTANTI NI filio professus fuit in verbis: *Deus tibi Imperium commisit, nobis, quæ sunt Ec clesiæ.* & mox: *Date, scriptum est, Cæsari, quæ sunt Cæsaris, & quæ sunt De. Deo.* Cui consonat NICOLAUS I. P. in Epist. ad MICHAELEM Imp. GRATIANO *Dist. XCVI. Can. 6.* allegata in verbis: *Cum ad verum ventum est ultra sibi nec Imperator Jura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorium usurpavit: quoniam idem mediator Dei & hominum homo Christus Jesus sic actibu propriis & dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque discrevit, propria volen medicinali humilitate sursum efferri, non humana superbia rursus in infernum demergi ut Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pr cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus uterentur, quatenus spiri tualis actio carnalibus distaret incursibus, & ideo militans Deo minime se negotiis sæ*

culari

cularibus implicaret, ac vicissim non ille rebus Divinis præsidere videretur, qui esset negotiis sæcularibus implicatus.

§. XXI.

Non obstante Regum subjectione erga Ecclesiam.

Et quamvis etiam Reges ac Principes Sacri & Dominici gregis sint oves, magnique Pastoris Alumnæ, & tanquam filii Ecclesiæ, ad Sacræ Pastorum & Ecclesiæ Autoritatis reverentiam sese inclinent, ab eaque tum sibi, tum subditis suis credendi & agendi normam ad altissimum hominis Christiani finem prosequendum accipiant; non tamen in omnibus eadem Ecclesiæ debetur subjectio, nec plus justo ultra limites a Christo præfixos ejus extendenda est auctoritas, ut inter utrasque societates hominum, sacram nimirum & civilem, propter diversos quidem fines institutas, in magna tamen orbis parte conjunctas, atque ambas quidem adeo necessarias, ut sine salutis jactura alterutra homines carere nequeant, manifesta, quæ intercedit, differentia non tamen pugnam aliquam inter illas inducat alterutri semper fini maxime periculosam. Quicunque non est membrum Ecclesiæ, destituitur mediis salutis, alienus est ab ovili Christi, a civitate Dei, neque spem habere potest æternæ beatitudinis: Quicunque autem est extra societatem civilem, ei nulla pax est tuta, facultates, bona, vita ipsa sceleratorum insidiis patent. Næ igitur misere cum hominibus ageretur, si salutis animæ curam gerere non liceret sine detrimento incolumitatis externæ, aut si hanc consectando illa necessitate quadam rueret, atque everteretur? Certum potius est, quod sicut gratia non destruit naturam, nec ordo supernaturalis naturalem evertit, ita nec Religio Regionem, nec Politia Ecclesiæ Politiam Reipublicæ, aut vicissim, evertere debeat, nulla inter eas pugna comminiscenda sit, sed amica ubique conspiratio, ex doctrina & voto Christi, totius naturæ humanæ reparatoris, & quærenda & servanda. Ambæ nimirum se invicem indigent, & Deus illarum auctor voluit eos, quibus alterutram commisit, sibi mutuam necessariamque ad continendos in officio populos opem ferre, comiterque sese invicem observare; Sacerdotium & Imperium harmonica potestate & administratione, intra sphœram tamen quodque suam, exæquari omnino oportet. Ita scilicet Christus ipse auctor omnis pacis, & justi ordinis, quo sicut in naturali, ita & in cœlesti regno suo maxime delectatur, omnem illam confusionem jam dudum sapientissima sua providentia prævertit, cujus unius timor tot Politicos falsis adversæ Religionis præjudiciis, ex educatione plerumque acceptis, imbutos ita perstringit, ut hanc utriusque potestatis, sacræ & profanæ, distinctionem, & separationem tot invictis Sacræ Scripturæ, & perpetuæ Traditionis argumentis evictam haud videant, imo vel ideó Religionem Catholicam ejus assertricem cum rationibus Status Politici plane incompossibilem traducant. Homines tamen cum sint, & nihil proinde humani alienum esse dignoscatur ab iis, qui utrique Reipublicæ

præſunt; negari utique non poteſt, & hanc tam arctam utriusque Reipublicæ concordiam violari ſiniſtris affectibus, æmulationibus, ſimultatibus, ac vincendi ſtudio nonnunquam poſſe, imo violatam quandoque fuiſſe, cum ingenti tamen & æquali utriusque detrimento, funeſtis exemplis docet experientia, & rerum in Eccleſia geſtarum Hiſtoria. Ex accidenti autem, & vitio hominum hæc ſunt, ubi vel alterutra, vel utraque pars aut limites ſuos atque pomæria egreſſa fuit, aut alteram ea egredi partim fundato gravamine, partim ſuſpicioſa etiam meticuloſitate exiſtimavit; nequaquam vero ex ipſa indole & natura ſeparatæ ac independentis circa Sacra poteſtatis neceſſario conſequuntur. Aſt ne ſequerentur, Chriſtus ipſe tum exemplo ſuo, tum præcepto juſtam utrisque ſuos intra limites continentiam præſcripſit: *Reddite*, inquiens, *Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, & quæ ſunt Dei, Deo:* Quod revera idem eſt, ac illud ipſum principium Juris Naturæ privati: *Cuique ſuum*, ad Statum utriuſque Reipublicæ a ſe invicem independentis applicatum: quod ipſum, ſicut homines ſingulos, abſolute & nullo ad Rempublicam vel Societatem quamcumque habito reſpectu, imo & in Statu Naturali conſideratos reſpicit; ita & ad gentes integras a ſe invicem independentes ac liberas, cum inter ſe maneant in Statu Naturali, & ſic omnes quoque reſpectus civiles inter eas ceſſent, ſub alia tantum denominatione applicatur, interque illas locum habet. Quam ob rem ſi Eccleſia & Reſpublica in iis rebus, in quibus altera ab altera independens, & in ſuo quæque ordine ſuprema eſt, adinſtar Gentium, ſuo tamen quodam modo. & obſervatis juſtis limitibus § mox ſequenti ſtrictim attingendis, conſiderari queant, eandem quoque reſpectu earundem normam obſervari, Jus ſcilicet Naturæ, quod alias privatum dicitur, eſt neceſſe.

§. XXII.

In mixtis præcipue negotiis.

Porro nullibi magis mox relatus hic mutuæ inter utramque Rempublicam independentiæ ac libertatis reſpectus, adeoque & ipſum Jus Naturæ tum potiſſimnm ſubingrediens, ubi neutra alterius ſubjacet jurisdictioni, obtinet, quam in certis negotiis mixtis, quæ nimirum rationes Status publicas & diſciplinæ ac Politiæ Eccleſiaſticæ ſimul implicatas habent, & ſub vario reſpectu a diverſis poteſtatibus, Eccleſiaſtica nimirum & Sæculari, ſimul pendent; & quando id, quod ſpiritualem poteſtatem reſpicit, tantam cum civili adminiſtratione connexionem habet, ut Leges Eccleſiaſticæ effectum ſortiri nequeant, niſi aliqua Reipublicæ quoque profanæ regimini mutatio inferatur. Hic ſane difficillimum eſt, Eccleſiæ poteſtatem, illæſa ſæculari jurisdictione, diſtinguere. Pertinent hæc equidem ad ſacram Eccleſiæ & Paſtorum Authoritatem, quam Deus iis in omnes fideles, adeoque & in Reges ac Principes, qui Eccleſiæ membra ſunt, & tanquam Chriſtiani nullo peculiari jure fruuntur, conceſſit: verum eadem ab illorum jurisdictione non pendent unice, ſed ſimul quoque a Principibus

pibus sub eo respectu, quem ad temporalia, atque Regimen civile involvunt. In hisce ex ipsa Lege Naturali, quæ ad pacem colendam & suum cuique tribuendum etiam Ecclesiam, tanquam magnæ civitatis ac totius hominum Societatis membrum, ligat, mutuus utriusque requiritur consensus. E re quidem Ecclesiæ & Reipublicæ simul felicissime plerumque cessit unius etiam partis tantum interposita authoritate, cui deinde modo alterius consensus expressus quandoque, sæpissime autem mere tacitus accessit. Ubi vero altera renititur, odia, simultates, æmulationes ac suspiciones omnes abesse debent: Præcipue ex parte Ecclesiæ atque Pastorum, quos sacer Episcopatus character, utut ad insignem dignitatem evectos, ab obsequio tamen Principibus præstando nequaquam eximit, unitatis, pacis & mansuetudinis spiritum prævalere voluit, ut in omnibus, quæ aliquo modo ad Reipublicæ regimen pertinent, non minus ii, quam cœteri fideles, præsumptionis pondus in favorem Principum temporalium inclinent; & ad conservandum hunc ordinem Principes super executione ejusmodi negotiorum mixtorum prius consulant, quam ea ipsi exequantur, aut fidelibus per Leges imponant. Si ad præviam ejusmodi communicationem mutationes in civili administratione inducendas, imo & plura alia incommoda gravia parituras, aut officiendum aliis consiliis, quæ Reipublicæ videntur utiliora, causentur; præsumptio, quam ad Principum partes convertere debent, eos compellit hisce fidem habere, nec ullum irrationabile odium, aut æmulationis studium suspicari. Porro ubi hisce concordia utriusque læsa fuerit, Judex, sicut inter eos, qui naturali in libertate vivunt, non datur, qui lites exortas pro Imperio definiat atque componat: sed quælibet negotiorum suorum ad se spectantium est arbitra & Judex, proprio arbitrio suo ea administrat, & de mediis ad sui conservationem spectantibus proprio ex judicio constituit. Nam si vel maxime alterutra de iis judicare velit; cum tamen sententiam suam pro imperio alteri obtrudere nequeat, ex hujus arbitrio utique dependebit, an & quatenus illius consilium velit admittere, & sic ultimo semper actionum suarum gubernatio ab ipsa dependebit, ad legem tamen naturalem unice & rite attemperanda. Neutra tamen adversus alteram jus suum mediis violentis alterutri Reipublicæ convenientibus, ut inter liberas gentes armis assolet, sibi asserere poterit; sed ante omnia conandum, ut discordiæ circa hæc exortæ amicabilibus remediis, amicis disceptationibus ac remonstrationibus, communicatis vel per mutuas Epistolas, vel per partium aut mandatariorum congressum, vel per submissas legationes Pacificatorias consiliis, adhibitis quoque mediatorum præsertim potentiorum ac utrinque bene affectorum implorationibus, componantur. Ita enim amicorum, quales inter se esse Regionem & Religionem, Ecclesiam & Rempublicam, Sacerdotium & Imperium convenit, differentiæ facilius, brevius, securius, stabiliusque, imo in rebus, de quibus sermo nobis est, exigente ipsa Lege Naturali, unice sedantur.

I 2 §. XXIII.

§. XXIII.

Quoad negotia mere temporalia Ecclesia subjacet Reipublicæ spectato Jure Naturali.

Secus est quoad negotia mere temporalia, in quibus ex principiis su positis Ecclesiæ nulla, Principibus vero sæcularibus omnis & tota potestas co petit, quorum eatenus Legibus non tantum fideles, sed & ipsi Pastores i ctato Jure Naturali & Divino subsunt. His vero tantum Jus positivum, t Ecclesiasticum, tum Civile, sua privilegia, utpote ob causas publicas rite c cessa, & hactenus diuturno usu & praxi confirmata, salva esse cupit. His vis Jus Naturale potius eosdem, tanquam cives quoque & membra Reipu cæ profanæ, ad præstandum Regibus & Principibus obsequium obligat, Religio ex supra dictis nihil prorsus derogavit, utpote quæ salutariter inst tum imperantium ordinem non sustulit, adeoque nec jura illa ad finem imp pertinentia, sine quibus nec dignitatem suam tueri, nec officio suo satisfac potest, aliquatenus imminuit aut immutavit. Quidquid enim in Repub continetur, illud ejus directioni subjacere, & Reipublicæ debere agnoscere risdictionem, justa est præsumptio, adeoque & Ecclesiam, quia est in Rep lica, ejus debere subesse Imperio. Ita enim jam dudum unus ex illustriori Ecclesiæ Africanæ Episcopis, OPTATUS videlicet MILEVITANUS *III. advers. Parmen. pag. 66.* in hæc verba præivit, ubi textum Apostoli, fideles admonet, orandum esse pro Regibus, exponit: „*Tunc*, inquiens, „*ditabatur* (Donatus) *contra præcepta Apostoli potestatibus & Regibus injuriam* „*cere, pro quibus, si Apostolum audiret, quotidie rogare debuerat. Sic enim d* „*Apostolus:* Rogate pro Regibus & Potestatibus, ut quietam & tranquillam „tam cum ipsis agamus. *Non enim Respublica est in Ecclesia, sed Ecclesia in* „*publica.*„ Duplex enim Summum Imperium ejusdem ordinis naturæ rei repugnat, & insignem in rebus humanis confusionem, cujus Deus auctor non potest, induceret. Ab hoc certe nihil ita institutum præsumitur, u hominum tendat perniciem. Atque eo juste omnino recidunt si non om saltem pleraque Doctorum Protestantium argumenta, quæ adversus Regin Ecclesiæ a Christo constitutum producunt, atque eatenus recte concludu Statum quendam Politicum, sive ejusdem naturæ & ordinis cum iis Statil qui summo Imperio civili reguntur, efformatum a Christo non fuisse, r salva etiam suprema Reipublicæ potestate, efformari potuisse. Imperium men sacrum & circa res mere Divinas ac spirituales cum auctoritate etiam c junctum nequaquam impugnant. Ex quo etiam ulterius omnino inferre li introductam illam & receptam ab iisdem Ecclesiæ cum Collegiis aliis in Re blica comparationem, quoad temporalia, salvis etiam Religionis Catho principiis, adoptari ac retineri posse, cum revera singulæ Ecclesiæ in sing Regnis consistentes, quæ omnes simul sumptæ, ac uni eidemque Supremo piti, potestatis mere spiritualis & sacræ præeminentia munito, subordin unam universalem Ecclesiam constituunt, nihil plus potestatis publicæ ex Di

in

institutione quoad temporalia habeant, quam reliqua omnia Collegia, sive Societates ob quoscunque alios fines in & sub Republica coadunatæ.

§. XXIV.

Verum & hic (recte monente KEUFELIO *in Element. Jurisprud. Eccles. Univers. Lib. I. Cap. III*, cujus modo verba referimus) una adhibenda est cautio, ut cogitemus Ecclesiam multa habere particularia, & ab aliarum Societatum natura diversa, quæ faciunt, ut ab his ad illam argumentatio non semper procedat. Exemplum capere licebit ab origine Collegiorum plerorumque, quæ meræ est voluntatis & beneplaciti coëuntium, quibus facere & non facere permissum erat. Ast Ecclesia non est Societas arbitraria, sed divinæ institutionis, ad quam colendam homines obligantur, proindeque inire aut renunciare liberum non est. Magnam etiam sortitur auctoritatem ab institutione Divina, per quam ejus ordinationes arbitrio humano subducuntur; quod monendum duxi, ut constaret, ipsas illas res, quæ ex conceptu collegii fluunt, sublimiores interdum habere causas, ideoque cum aliorum Collegiorum institutis non pari ambulare passu. Hæc ille. Quibus & ego illud addo, quod, sicut privatis arbitrarium non est in hanc Societatem coire, aut illi renuntiare, sed præcepto Divino universali ad id tenentur, ita nec Principibus ac Summis Imperantibus arbitraria sit ejusdem receptio, sed & hi Lege Divina universali ad indulgendam ob- & conservandæ, imo & propagandæ Religionis Christianæ omnibus Nationibus præceptæ atque ad salutem necessariæ libertatem, & ad ferendum Reipublicæ auxilium adstringantur. Qui quidem veram Religionem non agnoscunt, nec hanc quoque agnoscunt obligationem: Qui vero Religionem Christianam semel susceperunt Summi Imperantes, eo ipso & hanc in se susceperunt peculiarem obligationem, quæ ex conjunctione officii, quod cuilibet Christiano homini incumbit, cum Summo Imperio necessario resultat. Indeque duplex est Regum Christianorum officium, gubernare nimirum Rempublicam, & tueri Religionem sive Ecclesiam; Ad hanc vero tutelam, protectionem & curam Ecclesiæ gerendam pertinet cura, ut suppetant Ecclesiæ necessariæ quoque expensæ temporales, quæ nimirum ad cultum Divinum decenter & ordinate peragendum requiruntur. Hæc enim, utut Societas prorsus Sacra & quoad finem suum mere spiritualis, sacris propterea mediis & spiritualibus primario atque præcipue dirigenda, visibilis tamen & externa, ac inter homines hac in terra degentes, non inter spiritus, constituta cum sit, subsidiis quoque & mediis temporalibus carere prorsus non potest; & cultus ipse Divinus, ad quem illa ordinatur, non mere internus est & spiritualis, sed pro hominum dependenter a sensibus operantium indole his in terris adhucdum ex in- & externo, ex corporali simul & spirituali compositus, pro Statu modo electorum in cœlis in pure interiorem ac mere spiritualem transiturus

Tanquam Collegium tamen necessarium Divinitus institutum Jure Naturali suam a Principibus exigit subsistentiam.

 eadem,

eadem, tanquam ſubſidia neceſſaria, exigit. Miniſtri quoque Eccleſiæ ad peragendum cultum Divinum deputati non Angeli ſunt, ſed ex hominibus aſſumpti, temporalibus, victu & amictu indigentes: quibus propterea, tanquam operariis dignis mercede ſua, Jure ipſo Naturali adſtipulante, a fidelibus ſuſtentationem ſuam deberi, & Chriſtus Dominus LUCÆ X. v. 7. & APOSTOLUS I. CORINTH. IX. v. 11. GALAT. VI. v. 6. II. TIMOTH. II. v. 4. teſtantur; præcipue quia alias vias rem domeſticam quærendi ſublime eorum munus non admittit, ſicui id, prout par eſt, obire cordi ſit. Quæ autem ad ſingulos dicta ſunt, tanto magis ad Principes Chriſtianos, tanquam Reipublicæ Curatores, & Eccleſiæ ſimul Protectores, pertinent, quanto facilius & uberius iſtud ab hiſce præſtari poteſt, velut penes quos opum publicarum eſt diſpenſatio. His certe, poſtquam Chriſto nomen dederunt, indignum videtur, tantis opibus Chriſtiana Religione & auctis & firmatis præditos tam jejunos Eccleſiæ velle relinquere proventus, præſertim cum in civitate tanti quævis functio æſtimari videatur, quantum eidem ſuſtentandæ impenditur: Et ad venerationem Religioni ipſi penes vulgus conciliandam faciat quam maxime, ſi honeſte & liberaliter ejus Miniſtros haberi appareat; cum econverſo omnibus ludibrio ſit, quem ſua functio eſurire patitur, & in quem jactari poſſit illud Comici: *Apparet, ſervum hunc eſſe domini pauperis miſerique.* Eam igitur expromendæ in cultum Divinum devotionis materiam ſibi vindicare ex Jure Naturali debent Principes, ut Eccleſiis, utut meris quoad temporalia in Republica Collegiis, ſui ſint certi reditus ſufficientes, quibus Eccleſiæ, cultus Divinus, & neceſſarii ejuſdem Miniſtri ſuſtentari queant, hos aſſignare, aut aliunde aſſignatos & fidelium jam oblationibus ac liberalitate conſtitutos tueri & conſervare, eosdem vero hac ex parte oneribus publicis non imminuere, Legibus ſuis gravare, aut accidere, & ubi dubium ſubeſt, Eccleſiarum Antiſtites, qui neceſſitates earundem & Miniſtrorum magis ſibi perſpectas habere poſſunt, audire.

§. XXV.

Nulla vi temporali penes Eccleſiam exiſtente.

Hoc autem ad officium tantum Imperantium pertinet, quomodo ipſi erga Eccleſiam debeant eſſe comparati. Eccleſiæ econtra, quæ a reliquo populo, aut cœteris in Republica Collegiis diverſo quoad temporalia jure non utitur, nequaquam jus per vim reſiſtendi tribuit. Ex ipſa Collegii, quam in temporalibus imitatur Eccleſia, natura ſuperius aſſerta fluit, quod adverſus Principum his in temporalibus violentias, aut exceſſus atque defectus nequaquam violentis uti mediis poſſit, nec illi per vim temporalem qualemcunque reſiſtendi jus, cui ex natura ſubjectionis Principi debitæ locus in Statu civili non eſt, habeat. Et quamvis ubi certa & manifeſta eſſet iniquitas, & injuſta Eccleſiæ quoad hæc neceſſaria imo & aliunde eidem competentia ſubſidia oppreſſio, pœnis &

& censuris Ecclesiasticis ad justam sui defensionem contra eosdem, utpote aliunde Ecclesiæ subditos ac membra, tanquam Vindex & Custos Juris Naturalis ac Divini non careat; quia tamen certitudo ejusmodi vix unquam extra contradictionem posita est, ipsa vero Ecclesia reverentiæ & gratitudinis iis, velut Imperantibus Reipublicæ, & sui quoque defensoribus debitæ immemor esse nunquam solet, imo nec videri cupit; consultius plerumque ab iisdem quoque abstinet. His autem & aliis omnibus, ut persæpe contingit, nihil proficientibus, ad preces & lacrymas confugit, vindictam interim ac debitam pœnam Deo committens, *qui non negligit humana, & superbiæ crudelitatisque* etsi seræ, non leves *tamen venire solent pœnæ*, uti de APPII crudelitate judicavit plebs Romana apud LIVIUM *Lib. III. c. 56.*, de JULIANI APOSTATÆ persecutionibus præclaro suo exemplo probavit Ecclesia, & postea quoque agnovit GREGORIUS TURONENSIS, qui *Lib. V. c. 19.* Regem Childericum ita alloquitur: „Si-„quis de nobis, o Rex, justitiæ tramites transcendere voluerit, a te corripi po-„test. Si vero tu excesseris, quis te corripiet? Loquimur enim tibi, sed, si „volueris, audis. Si autem nolueris; quis te damnabit, nisi is, qui se pro-„nuntiavit esse justitiam.„ Cui demum postremis quoque sæculis consentit ÆNEAS SYLVIUS *Lib. de Ort. & Aut. Imp. Rom. cap. 16.* ita loquens: „To-„lerandum est patienter, quidquid Princeps facit inique, expectandaque est vel „Successoris emendatio, vel superni correctio Judicis, qui violentias & injurias „non finit esse perpetuas.„

§. XXVI.

Jus Naturæ privatum Ecclesiæ erga reliquas Societates extraneas officium dirigit.

Porro cum præter Ecclesiam tanquam Societatem & Rempublicam sacram, excepta quoque Republica profana, adhuc plures aliæ Societates in orbe dentur; Jus Naturæ ejusdem etiam erga reliquas officium describit atque dirigit. Sunt autem quædam, quæ semel Religione vera ac orthodoxa, aut baptismo suscepto Ecclesiæ sese submiserant, ab unitate tamen fidei ejusdem cum pertinacia singularem quendam errorem tuendo sese segregarunt. In has, tanquam subditas, Ecclesiæ potestas superius asserta, suffragante quoque ipso Jure Naturæ publico, se exerit, & pœnis insimul salutaribus, separationis ac rescissionis potissimum a reliquo Ecclesiæ Corpore, quam Excommunicationem vocamus, ob contagionis præcipue periculum easdem subjicit. Hæc easdem velut pie Matri rebelles & Legum fundamentalium Reipublicæ hujus Sacræ contemptrices refractarias a nexu illo & vinculo, quod reliquos Orthodoxos ligat, per se loquendo non prorsus eximit; de cœtero tamen favoribus, juribus, bonis, privilegiis, mutuis fidelium suffragiis & sacrificiis, verbo, quacunque Sacrorum Sacramentorumque participatione ac communione privat; ex effato tamen Christi Domini, quo eos, qui Ecclesiam non audierint, tanquam Ethnicos & Publicanos haberi voluit, ad effectus civiles ejusdem vis non extenditur. Sed si

ſi Orthodoxis Principibus quoad temporalia eæ Societates ſubſint, illis quo
Eccleſia pia & ſalutaria atque ad reductionem earum utilia conſilia ſugge
ut pœnis ſpiritualibus & Eccleſiaſticis, ex ſola fide vim ſuam cogendi habe
bus, etiam majus quoddam pondus ac robur ſuperaddita malorum temporali
comminatione addant, aut etiam Leges ejuſmodi pœnasque moderatas a P
cipibus ſæcularibus, pio Religionis & ſalutis ſubditorum promovendæ z
prævie conditas atque ſtatutas, tanquam ad fidei promulgationem & conſe
tionem, ad hæreſeon extirpationem, & generaliter ad Eccleſiæ bonum con
centes comprobat, earumque executionem procurat, atque obſervantiam fir
Quæ tamen omnia, exigente ita ipſomet Jure Naturæ publico, ceſſant,
Summus Imperans ipſe eodem errore ſeductus noluerit hanc pœnis Eccleſi
cis vim ſuperaddere, aut ob alia extrema mala & Statui & Religioni alias pe
meſcenda non poſſit, aut his compulſus jam immunitatem ab omnibus iſtis
nis temporalibus fide publica interpoſita ſtipulatus fuerit; pœnæ illæ Eccle
ſticæ ſolos quoque effectus Eccleſiaſticos & ſpirituales producunt ex effato Chi
Domini proxime allegato illis neceſſario conjunctos, ut nimirum habeantur
quam Ethnici & Publicani, id eſt, non amplius tanquam membra iſtius C
poris, ſive Eccleſiæ, cenſeantur, omnibusque juribus, quæ reliquis fideli
Orthodoxis præciſe ut membris Eccleſiæ competunt, excidant: cœteroquin
ro tanquam membra Reipublicæ civilis quoad temporalia iiſdem juribus, ut
liqui con-Cives, perfruantur; reliqui econtra Orthodoxi eidem Summo P
cipi ſubjecti ad pacem externam & Politicam cum iis colendam, ad comite
pacifice cohabitandum ex ipſo nexu civili, cui quoque Jus Naturæ ſuffraga
omnino teneantur; atque ita tam hi, quam illi, ad felicitatem temporal
tranquillitatem nimirum & ſalutem civilem tum internam, tum externam o
nendam atque conſervandam mutuis auxiliis conſpirent, unitis animis ac
bus collaborent.

§. XXVII.

Uti & erga Infideles.

Quod autem reſpectu Societatum Heterodoxarum hic dictum fuit, i
quoque ad reliquas omnes diſſentientes, etiam Infideles, ſive per baptiſn
Eccleſiæ numquam adunatas, quocunque nomine cenſeantur, eidem Prin
fideli cum Orthodoxis & fidelibus ſubjectas, ad normam tamen Legum Civil
ſingulis ejusmodi regnis particularium, quæ ſolæ præter Jus Naturæ qu
illas attendendæ ſunt, extendendum venit. Quoad reliquas autem ejuſn
Societates Infideles, quæ ſicut ab Eccleſiæ Imperio, utpote quæ foris ſunt,
munes, ita nec Principi cuidam fideli ac Orthodoxo ſubditæ, adeoque tanq
liberæ prorſus Gentes ac omnino independentes conſiderandæ ſunt, Jus N
rale ac Gentium ſolum obſervandum eſſe ab Eccleſia dignoſcitur, vi cujus,
Jura libertatis naturalis iis denegari nequeunt, ita & ipſa generatim ad L

P

pacis communis inter homines ſervandæ adſtringitur. Vinculum quippe Religionis a Deo, tanquam Autore Gratiæ, conſtitutum repugnare non poteſt alteri illi vinculo, quod æque Deus, tanquam Autor Naturæ, ejuſdemque Supremus Gubernator, inter homines commune conſtituit. Magnæ illius Societatis totius generis humani membrum a Creatore ſe quoque conſtitutam eſſe Eccleſia novit. Hinc eædem quoque Leges toti generi humano communes eandem adſtringunt, ut paci & tranquillitati cum omnibus aliis Societatibus ſtudeat, & contraria omnia, quæ de ſe ad hanc violandam aut turbandam tendunt, evitet.

§. XXVIII.

Inde & Juri pactorum in Jure Naturæ privato maxime fundato locus eſt.

Cœterum iſta omnia, quæ hactenus aſſerta fuere de Eccleſia ſub diverſis reſpectibus conſiderata, luculenter ſatis oſtendunt, pacem & concordiam ipſi tam cum Republica profana, quam cum aliis Societatibus ſervandam eſſe, & eam quidem ab ipſa Natura inſtitutam, & citra aliquod factum humanum ſancitam; adeoque eandem niti ſola illa Legis Naturalis obligatione, qua omnes homines, ut ſunt ratione præditi, ſtringuntur, neque ut illa ab initio introducatur, a conventione hominum oriri. Nam pactis aut fœderibus ſolam iſthanc pacem univerſalem muniri inutile videtur. Fatendum tamen eſt, eandem ſatis debilem & infirmam quandoque facto hominum reddi, & citra alia præſidia non ſtabiliter admodum cuſtodiri; unde & Juri quoque pactorum in Jure publico Eccleſiaſtico locum eſſe poſſe, ac ſæpe debere, facile conjicitur, quibus videlicet vel ab ipſa Eccleſia cum Rebuspublicis profanis varia negotia inter eaſdem controverſa ſtabiliantur, & Concordia Sacerdotium inter & Imperium quandoque læſa denuo reſtauretur, ac reſtaurata ſtabilius firmetur, vel quibus Principes Orthodoxi, qui ſunt de Eccleſia, cum cœteris extraneis Societatibus vel Sectariis, vel aliis liberis Gentibus, etiam Infidelibus, ſecuritati tranquillitatique tam in-quam externæ tum ſubditorum ſuorum, tum Religionis eorundem ſive Eccleſiæ conſulant. Unde & omnia ea ad Eccleſiam pertinent, & Juri ejuſdem Publico ſubſerviunt, quæ Jus Naturæ de obligatione & obſervantia pactorum præcipit. Et quidem Eccleſiam ipſam quod attinet; poſſe eandem pactis quoque ſemet obſtringere, ex principiis modo aſſertis de obligatione Juris Naturalis in ipſam quoque, intuitu Reipublicæ profanæ conſideratam, extenſa neceſſario conſequitur. Controverſiis enim inter utramque eo frequentioribus, quo magis ſibi conjunctæ eſſe ſolent, alias nec modus, nec finis imponi poſſet; præcipue cum illi, quæ inter utramque intercedere debet amicitiæ nihil magis, quam amicabilia quoque remedia, conveniat. Sunt enim certa negotia, quæ non aliter, definiri, multo minus controverſa componi, niſi accedente mutuo utriuſque conſenſu, poſſunt. Cujus rei exempla e longinquo ſane repetenda non ſunt, cum plurima ejuſmodi pacta ſingularum Eccleſiarum Hiſtoria exhibeat, & reliquorum omnium inſtar vel ſola illa ſolem-

nia Concordata Imperii Germanici, tum Regni Gallicani cum Curia Romana super reservationum Beneficialium & Annatarum moderamine præcipue inita sufficiant; quæ ubique veri contractus, conventionis, & obligationis mutuæ indolem, naturam & effectus disertis verbis exprimunt. Hæc omnia tanquam Pacta publica, utpote inter personas publicas, de objecto publicum Ecclesiæ & Reipublicæ Statum, & de fine communem utriusque unionem & tranquillitatem concernente inita, utramque partem æqualiter ligare, ipsum rectæ rationis dictamen, quod par vinculum inter omnes homines constituit, & sancte inviolateque idcirco servanda esse, docet, atque jubet. Neque character Principis aut Pontificis inæqualitatem inducit, cum expediti Juris sit, & Principem contrahendo, maxime cum alio Principe aut tota Natione fide data omnino obligari. Nec enim Religio, nec sacrorum potestas, nec Summæ Sedis dignitas sanctam firmitatem fidei publicæ, quæ societatem humanam veluti fundamentalis & secura basis sustentat, subvertere unquam potest, aut intendit. Quæ porro ab Antecessoribus nomine Ecclesiæ, aut sanctæ Sedis contracta fuere, ea quoque in Successores omnes stabili & æquali perpetuitate transeunt, ac ea, quæ a Regibus & Principibus nomine Regni aut Principatus firmata fuere. Ita ipsimet Pontifices, nomine Romanæ Ecclesiæ, ad pacem & unionem utriusque Reipublicæ stabiliendam, pro se & Successoribus suis contrahentes integris Nationibus, imo toti orbi palam faciunt, ac publice profitentur; ut nequaquam attendendæ sint speciosæ Doctorum quorundam assentationes invitis etiam Pontificibus obtrusæ, quæ uti ultra verum & justum Pontificii arbitrii libertatem extollunt, ejusdem realem autoritatem reapse magis deprimunt, & ansam præbent, ut præter summum, quod integræ existimationi Vicario Christi debitæ inferunt, detrimentum Primatus quoque ejusdem indubitatus reliquis Principibus a communione Romanæ Ecclesiæ alienis, omnibusque horum asseclis, in maximum conversionis eorundem impedimentum, reddatur odiosissimus. Uti latius ostendit Illustr. BARTHELIUS *in Diss. Generali de Concordatis Germaniæ Cap. I. Sect. II.* Ubi & veros limites ostendit, intra quos Summa Ecclesiæ potestas, utut a solo Deo descendens & omni arbitrio humano, exempta Divina tamen institutione haud repugnante, quoad usum suum per publicas rationabiles pactiones æque, imo magis, quam supremus Principatus sæcularis, firmam quandam, perpetuam, ac irretractabilem determinationem ac moderationem admittere possit.

§. XXIX.

Etiam quoad Pacta publica Religionis causa rite inita.

Idem principium quoad ea quoque pacta obtinet, quæ Principes Orthodoxi in Ecclesia existentes intra limites atque sphœram suæ Jurisdictionis cum infidelibus atque Hæreticis, sive extraneis, sive subditis, ad tuendam aut restituendam tranquillitatem vel Religionis vel Regionis publicam ineunt, & per quæ

quæ ipsa Religionis & Regionis patenti & ineluctabili aliter necessitate compulsi, a pœnis temporalibus immunitatem, certorum Jurium politicorum communicationem, aut saltem tolerantiam fide publica interposita stipulantur, adeo, ut autoritate Ecclesiastica ejusdem vinculo absolvi nunquam possint. Antiqua hæc est Catholicæ Ecclesiæ, & sanctorum Patrum doctrina ex Concilio Africano *Cap. 1. de Pactis* relato: *Pax servetur, pacta custodiantur.* Cui suffragantur S. AUGUSTINUS *Epist. CCV.* relata *Can. Noli existimare XXIII. Qu. I.* Fides quando promittitur, etiam hosti servanda est, contra quem bellum geritur. Et S. AMBROSIUS *L. I. Offic. Cap. XXIX.* ibi: „Quanta justitia sit, ex hoc intelligi „potest, quod nec locis, nec personis, nec temporibus excipitur, quæ etiam „hosti reservatur.„ Unde egregia est JOANNIS MOLANI *Lib. III. de fide Hæreticis servanda Cap. 14. doctrina*, ubi, Respondeo, inquit, Auctoritatem Romani Pontificis nullam esse ad destructionem, sed ad ædificationem. Quia autem absque magna destructione non posset dispensare, ut fides publica a Concilio vel Principe data violetur, ideo dispensationis ejus auctoritas & potestas eo se non extendit. Neque ullum hactenus extitit, aut unquam extabit hujus rei exemplum. Nam si Romanus Pontifex semel in fidei publicæ transgressione dispensaret, quod hæc non foret legitima dispensatio, sed potius dissipatio, probatur, quia deinceps nemo posset esse securus, habito a Rege aut alterius tituli Principe salvo conductu, aut solenni juramento, quod semper periculum foret, ne Regia potestas id via dispensationis extorqueat, quod semel concessum esse novit. Cui addatur P. LAYMANN S. J. *Theol. Moral. Lib. II. Tract. III. Cap. 12.* ubi sententiæ tam periculosæ ac præjudiciosæ suspicione Catholicos, præcipue sui quoque Instituti Doctores, solide eliberare nititur. Et DICASTILLO *de Jure & Justitia Lib. II. Tract. I. Disp. X. dub. 16. §. 9.* Idipsum de fide quoque Infidelibus servanda testatur, & fundamentum palmarium allegat, quia id vergeret in detrimentum & contemptum Ecclesiæ Catholicæ, cui nihil tam fœdum & turpe, quam fidem publice datam frangere, & fœdera potestate legitima inita violare. Unde si forte contingat, ut fœdus sic initum cum infidelibus postea in grave detrimentum Ecclesiæ redundare comperiatur; satius erit, imo prorsus, exigente ita Lege ipsa Naturali, necessarium, hujusmodi detrimentum potius pati, quam indignum illud perfidiæ remedium, quod tunc sane remedium non est, turpiter adhibere, sperando interim & petendo a Christo Domino tanti mali remedium, ob cujus honorem & Ecclesiæ gloriam sarta tectaque fides omnino servatur. Fides enim Societatis humanæ vinculum est, quo rupto nulla Societas durabit, cum bellis & contentionibus perpetuis, nec ulla posthac via terminabilibus, sic plena futura sint omnia. Palladium securitatis Gentium sunt pacta; ab his autem si intuitu Religionis tam facilis se eliberandi via pateat, aut aperiatur, nullum posthac supererit Religioni & Ecclesiæ in extremis succurrendi, aut controversa Christianam Religionem profitentium

cum exteris negotia, Religionem quoque concernentia, quæ ad profusionem sæpius sanguinis usque homines ac Nationes integras stimulant, componendi remedium; sicque in universum damnosa existet, quæ forte in certo casu particulari multum lucri afferre videtur, perfidia. Nequaquam enim appetendum prudenter judicatur, momentaneo commodo frui, quod magnum malorum agmen post sese est tracturum, quemadmodum maligna valde est voluptas inter febriles ardores gelida sese ingurgitare, & mox acerbissimis ideo doloribus denuo excruciari.

§. XXX.

Jus denique Naturæ veram Politicam Ecclesiasticam fundat.

Quam ob rem postremo insignis Jurisprudentiæ Naturalis in Ecclesiastica publica usus eatenus generatim conspicuus est, ne cum vulgo respectus diversos in negotiis Ecclesiæ publicis occurrentes confundamus, sed utilitatis præcipue quæstiones a quæstionibus Juris distinguamus. Hæc duo equidem, justum nimirum & utile, inter se convenire credidit, imo distingui admodum conquestus esse videtur CICERO de Offic. Lib. II. Cap. 3. *In hoc verbo lapsa consuetudo flexit de via, sensimque eo deducta est, ut ab honesto utile secerneret, & constitueret honestum aliquid, quod utile non esset, & utile, quod non honestum. Qua nulla pernicies major hominum vita potuit afferri.* Diversus tamen negotia Ecclesiæ publica considerandi modus diversam quoque disciplinarum circa eam versantium appellationem fundat. Rationem enim utilitatis examinat Politica prudentia, sive Politica sacra; sub ratione Justi Jurisprudentia præcipue Naturalis, supposita tamen Divina, Regimen Ecclesiæ & Status ejus publici negotia respicit. Tam arcte vero regulæ Prudentiæ politicæ cum his justitiæ sunt conjunctæ, ut tuto divelli neutiquam possint. Sed ambiguo utilitatis vocabulo multis imponitur, quæ duplex est, prout ex diverso principio æstimatur. Falsa enim Politica affectuum male compositorum pravo judicio propriis tantum & apparentibus ac cito transituris commodis imminet, de futuro parum, ac de alieno adhuc minus sollicita. Vera econtra non tantum ante pedes posita considerat, sed & quid in futurum inde sit emersurum, quid in universum tale sit, & ad diuturnitatem faciat, perpendit. Atque ideo hæc fundamentis Juris Naturæ necessario innititur, & fere nihil aliud est, quam applicatio præceptorum naturalium justi & æqui ad rationes publicas cujusque Status proprias. Falsa illa eo magis a Sanctissima Dei Ecclesia aliena esse debet, quo certius est, eam a mundana tantum prudentia, quæ carnis alias, & filiis hujus sæculi propria dicitur, originem suam habere, a Christo declarari. Vera autem necessario veram quoque salutis aut utilitatis publicæ Ecclesiæ notionem præsupponere utique debet; Hæc respectu Ecclesiæ externæ, de qua, ut supra protestati fuimus, hic solummodo sermo est, in potentia, divitiis, dominatu, aut quacunque prosperitate temporali cum detrimento adeo Status Politici

litici quæsita male collocatur, utpote quæ fini ejusdem nihil addit, quin potius, vitio humanæ naturæ in abundantia ad omne malum proclivis, sæpe multum detrahit; melius autem in ordine, decoro, aliisque mediis arctam fidelium inter se in una fidei professione, & ejusdem cultus Divini substantialis communione, conjunctionem respicientibus atque promoventibus ponitur. Judicium & arbitrium utilitatis & salutis hujus propriæ tuendæ penes Ecclesiam quoque esse sine dubio debebit, sed alligatum tamen ad obligationes & officia, quæ sunt erga Rempublicam, Societates quascunque alias, atque ad totum genus humanum, adeo ut ab arbitrio utilitatum propriarum Ecclesiæ consideratio utilitatis totius generis humani nequaquam separetur. Atque propterea tummodo vera erit Politica Ecclesiastica, si spectata Divina Ecclesiæ institutione, ac formæ Regiminis a Christo ordinatæ determinatione, fine quoque & scopo, quem eidem præfixum esse voluit, attento, ea, quæ ad conservandam fidei & doctrinæ Christianæ unitatem, ad continendam Corporis Pastorum inter se & cum uno Summo Capite, tanquam unitatis Centro, communionem simul & sacram authoritatem, ad retinendam fidelium Canonicam subordinationem, ad firmandam & conservandam Sacerdotii & Imperii concordiam necessaria sunt & conducunt, nec insuper Statui Politico & Societati humanæ officiunt, utilitati & saluti Ecclesiæ, quæ suprema Lex dicitur, promovendæ vel conservandæ media elegerit, atque adhibuerit. Quæ omnia cum Jurisprudentia Naturalis respiciat, præter ingentem, quem in Jure Ecclesiæ publico ex hactenus demonstratis præstat, usum, veram quoque Politicam Ecclesiasticam dirigit, ne in eos scopulos offendat, ad quos eandem allidere, aut saltem allisam quandoque fuisse, Doctores quidam sinistris adversæ Religionis præjudiciis præoccupati sibi persuaserunt, aliisque persuadere sunt conati.

CAPUT IV.

Juris Naturalis in Jure Canonico privato usus ostenditur.

S U M M A R I A.

I. *Capitis prioris Anacephaleosis, in quo præcipue usus Juris Naturalis subsidiarius ac suppletorius discussus fuit; reliquus vero utrique Juri tam publico, quam privato communis huic reservatus.*

II. *Idem subsidiarius Juris Naturalis usus in Jure Canonico etiam Privato locum habet.*

III. *Præterea illud etiam existens confirmat, explanat, atque declarat, rationes ejusdem intrinsecas suggerendo extrinsecis ab Historia plerumque repetitis.*

IV. *Inde justam de Canonibus ideam ingenerat, & in interiorem eorundem spiritum deducit.*
V. *Specialem Juris Canonici æquitatem discutit & discernit.*
VI. *Jurisprudentia Naturalis principia suggerit, a quibus velut præmissis plures Canones, tanquam conclusiones, deducuntur, & rectam eorum applicationem docet.*
VII. *Inde & distinctionem diversorum Canonum fundat, quorum alii autoritate tantum, alii autoritate & origine simul Ecclesiastici, alii mixti censentur.*
VIII. *Quorum alii propterea mobiles, alii immobiles dicuntur.*
IX. *Qui posteriores quandoque non servati, non usu tamen propterea non sunt abrogati.*
X. *Quod ad eos etiam extenditur, qui in se positivi etiamnum sunt, sed media moribus conservandis admodum opportuna vel prorsus necessaria præscribunt.*
XI. *De Canonibus mixtis quid sentiendum, ostendit.*
XII. *Justos propterea potestatis dispensativæ limites ponit, atque determinat.*
XIII. *Observata tamen rursus Juris Naturalis in absolutum & conditionatum, & sic diversorum Canonum alterutro nixorum divisione.*
XIV. *Inde & dispensationis quoad Canones posteriori nixos non penitus exclusæ, multiplex tamen ab aliis diversitas.*
XV. *Idem usus Juris Naturalis ad Jus Ecclesiasticum non scriptum, sive consuetudinarium extenditur.*
XVI. *Et in eo specialis est, quod consuetudinem rationabilem ab irrationabili discernat, atque distinguat.*

§. I.

Prioris Capitis Anacephaleosis, & a præsenti differentia.

Quam frequens, & quam necessarius Jurisprudentiæ Naturalis in Jure Canonico publico usus existat, & ubinam potissimum idem sese exerat, quibusque Juris Naturæ speciebus, spectata diversitate negotiorum, variorumque, quos habet Ecclesia, & qui Ecclesiam constituunt fideles, respectuum, locus esse possit ac debeat, integra, ni vehementer me omnia fallunt, Capitis proxime antecedentis pertractatio luculenter satis exhibet. Subsidiarius autem omnis ille potius est, ac suppletorius, qui nimirum Juris positivi Ecclesiastici Publici defectum supplet, atque in iis potissimum occupatur, quo Jurisdictio Ecclesiastica, atque ideo Legum ab Autoritate Ecclesiastica profectarum vigor & efficacia non pertingit. Ulteriorem ejusdem Juris Naturalis in Ecclesiastico quoque publico usum esse posse, ac sæpe debere, ex iis quoque haud obscure colligitur, quæ in

in eodem Capite mox præmiſſo ingenue confeſſi ſumus, videlicet etiam ea, quæ hoc in Capite dicenda ſunt, in Jure Canonico Publico ſæpius locum habere poſſe, non vane præoccupando. Illum tamen utpote ſpecialem ſeparandi anſam & materiæ dignitas, tum major, quæ ex apta diſtinctione ſperabatur, claritas, & argumenti alias nimium prolixi diffuſio ſuppeditavit. Uſum itaque alium generalem & utrique Jurisprudentiæ Eccleſiaſticæ tam publicæ, quam privatæ, communem huic potiſſimum loco, ſive Capiti de Jure Canonico privato inſcripto reſervavimus, cum non infrequens in omni diſciplinarum genere eſſe ſoleat, ea, quæ generi conveniunt, inferiori vel minus dignæ ejusdem ſpeciei ſingulariter accommodare. Ex quo certo demum conſtare poterit, quo Jure inter principia Juris Canonici etiam privati Jus Naturale locum mereatur, atque ea ipſa, quæ ſuperius, in *Capite Primo*, ad perſuadendam utriuſque Juris diſciplinæ ac ſtudii conjunctionem ſtrictim allegata fuere, argumenta majorem capient illuſtrationem, propioremque ſui, quæ praxin ipſam reſpiciat, applicationem.

§. II.

Uſus Juris Naturalis ſubſidiarius neque hic excluditur.

Atque in primis quidem, hic etiam ſubſidiarium ac ſuppletorium eundem, qui ſpeciatim in Jure publico Eccleſiaſtico conſideratus fuit, Juris Naturalis uſum, quamvis rarius, locum habere poſſe, vix dubitabitur, iis nimirum in cauſis, ubi expreſſæ Leges poſitivæ Eccleſiaſticæ deſiderantur. Sunt equidem, qui Juris Naturalis defectum potius a Jure poſitivo ſuppleri exiſtiment, Juris nimirum poſitivi neceſſitatem ex defectu, aut inſufficientia Juris Naturalis, ſive ex eo deducentes, quod multa ſint, quæ Jure Naturæ determinata non ſunt, quæ proin Legislatoris poſitivi ulteriori determinationi relinquantur. Cui tamen ſententiæ tam facile, uti prima quidem fronte videtur, ſubſcribi forſan nequit, ubi altius cauſas hujus neceſſitatis rimari libuerit. Ex primis Philoſophiæ principiis aſſertum hoc impugnare, & falſitatis arguere haud foret difficile; Et ipſa quoque experientia teſtante Legislatores poſitivi, cum Sapientia duce Leges condant, ad Jus Naturale ejuſque rationes reſpiciunt, ac omnino reſpicere debent, ubi de novo in utilitatem hominum, vel civitatis aliquid ſalubriter introducendum judicant. Melius & principalius Legum poſitivarum neceſſitas non in Juris Naturalis aut determinationum intrinſecarum defectu, ſed in cognitione hominis limitata, & voluntate depravata, uti jam ſuperius in *Capite II.* præoccupavimus, deprehenditur. Ex cognitione hominis limitata intelligitur, cur Legislator poſitivus ea, quæ infinitis modis Jure Naturæ determinabilia ſunt, uniformiter & in genere determinet; ne videlicet ambigua & difficilis ſit actionum civilium norma; atque ulterius cur nova ſubinde æquitatis civilis ratio inducatur. Ex voluntatis fragilitate atque depravatione fluit ſanctio pœnarum atque præmiorum, quæ cum actione connectit Legislator. Quidquid tamen horum

horum ſit; ſive ipſum Jus Naturale per Jus poſitivum ſuppleri, ſive potius i
firmam & anguſtam nimis Rationem humanam, ac Voluntatem depravatam h
corrigi & juvari dixeris; Juris tamen poſitivi tam Civilis, quam Eccleſiaſti
defectum, ubi quis reperitur, uti ejuſdem tanquam limitati & defectibilis i
tuitu certo reperiri poteſt, a Jure Naturali quoque ſuppleri poſſe ac debe
haud inficiaberis. Sicut enim non omnia negotia profana quotidie occurrent
Legibus civilibus definiri queunt, ut ait *L. 10. ff. de Legibus*; ita nec ſalube
rima licet Ss. Canonum ſanctio, quantumcunque perpenſo digeſta conſilio,
humanæ Naturæ varietatem & machinationes ejus inopinabiles ſufficit, teſ
JOANNE XXII. Papa in Epiſtola conſtitutionibus Clementinis præmiſſa. Ha
etiam cauſa Summos Pontifices vel invitos permovit, cur, ad ſupplendos J
ris veteris defectus, tantam novarum Legum ac Decretalium præcipue moler
quæ multitudine ſua abſtractim conſiderata ingentem Legum Moſaicarum J
dæis impoſitarum numerum non exæquare tantum, ſed & exſuperare accuſ
tur, promulgandam rationabiliter exiſtimarent, ut videlicet novis indies eme
gentibus cauſis lux afferretur, novisque malis, quæ creſcente malitia & cu
ditate hominum, frigeſcente vero charitate, graſſari cœperant, remedia adh
berentur opportuna, ut non obſcure in Epiſtola ſuis Decretalibus præmiſ
GREGORIUS IX. indicat; Quin tamen hæ ipſæ etiam immenſam illam i
genioſæ cupiditatis humanæ, nihil ſanctum nihilque religioſum ſatis ſibi exiſ
mantis, profunditatem exhaurire penitus, atque evacuare potuerint, ſed h
diedum plurima etiamnum occurrere ſoleant, quæ ſuam in poſitivis Canonib
Eccleſiaſticis determinationem deſiderent. Quorum itaque in hiſce deſide
tur elucidatio, ea Juri Naturæ relicta omnino intelliguntur, quod nimiru
omnem poſitivi Legislatoris voluntatem antecedit, & ad quod illa tota comp
nitur. Hac igitur deficiente ad ipſum fontem, unde ſua conſtituta ipſemet L
gislator haurit, reſpicere privatis quoque incumbit.

§. III.

Jus Naturale poſitivum explicat & confirmat.

Sicut autem Jus Naturæ Juris Canonici poſitivi defectum, ubi id n
exiſtit, ſupplet, ita & exiſtentis quandoque dubii ambiguitatem explicat,
que interpretatur, ejuſdem veras rationes ſuppeditando. Has enim propala
quandoque publica utilitas, ac ſpecialium circumſtantiarum ratio vetat, & n
raro inadæquata & ſecundaria tantum adſtruitur. Interpretem vero dec
omnia ex rationibus adæquatis deducere, & has afferre. Plerumque quid
tam in Canonibus, quam in Legibus poſitivis, quæ ſcilicet a mero & ſolo S
perioris arbitrio pendent, & ſuam obligandi vim habent, ad voluntatem L
gislatoris præcipue reſpiciendum eſt, ut, quæ motiva iiſdem ferendis anſ
dederint, eruatur; ſubſtrata quoque materia, circa quam Juris ejuſmodi v
ſatur ſanctio, & circumſtantiæ ſpeciales in quolibet caſu eadem facile ſubmi
ſtre

ſtrare poſſunt. Sed principiis Juris Naturalis, tanquam fontalis & generalis, vacuus eſſe nequit, qui examen ejusmodi inſtituere adnixus fuerit. Rationes enim, ex quibus intelligitur, cur Canon quisquam conſtitutus ſit, quandoque in ipſa actionis prohibitæ vel præceptæ eſſentia, ejuſque determinationibus aut circumſtantiis deprehenduntur, conſequenter actioni conſtanter, vel ſub datis ac ſuppoſitis ſaltem determinationibus inſunt; aut in alio principio extrinſeco latent. Priori propterea caſu rationes Canonum ſunt intrinſecæ, poſteriori vero extrinſecæ erunt. Hæ in factis ſæpius Hiſtoricis conſiſtunt, id quod evenit plerumque in actibus de ſe plane indifferentibus, qui ſub certis demum & determinatis circumſtantiis juberi poſſunt vel prohiberi, non enim niſi his exiſtentibus ſub Legislatoriam poteſtatem cadunt. Hiſtoricæ propterea hæ Canonum rationes dicuntur, non aliunde, niſi ex Hiſtoria Eccleſiaſtica, & Statu ac conditione temporum repetendæ. Illæ aliunde accerſi non poſſunt, niſi ex ſolidis Juris Naturalis fundamentis, quibus ſi ſatis inſtructus ſit Interpres, facillime genuinum Canonum ſenſum indagare poterit; & hoc erit demum vim & poteſtatem Canonum eruere.

§. IV.

Juſtam de Canonibus ideam ingenerat, & in medullam eorundem deducit.

Rationes porro iſtæ intrinſecæ, nonniſi ex ſolidis Jurisprudentiæ Naturalis fundamentis hauſtæ, id emolumenti particularis Sacrorum Canonum Studioſo afferunt, ut, quod pro aſſequenda genuina diſciplinæ Eccleſiaſticæ notitia omnino neceſſarium eſt, non in ipſo exteriori cortice, ac litera materiali hæreat, ſed & Spiritum Canonum & Eccleſiæ interiorem in ea ſtabilienda ſibi præfixum rimari & aſſequi condiſcat. Nemini enim dubium eſſe poteſt, quin Patres in Conciliis, & quicunque ſacrorum Canonum conditores, in iiſdem tanquam recte vivendi Regulis, id præcipue exprimere intenderint, quid in moribus fidelium, ac præſertim Miniſtrorum Eccleſiæ, deſiderarent, quæ eorum ad ſacra officia ſuſcipienda & obeunda diſpoſitiones, quæ virtutes & qualitates præoptentur, quæ vitia ac impedimenta removenda, & quæ hiſce aut aſſequendis aut extirpandis media adhibenda, aliaque hujus generis. Verum profundius iſta in pluribus Canonibus latent, nec facile cuicunque illuceſcunt. Plures enim ſunt, qui prima fronte nil niſi vitam Clericorum commodam, aut temporalia eorum compendia fovere, plures, qui arcana quædam mundanæ politices continere videntur. Ii, qui carneis eoſdem oculis, non percipientibus ea, quæ ſunt Spiritus, intuiti fuerint, & una tantum ex facie, ut loqui amant, conſideraverint, aut qui externam duntaxat, & præciſe diſciplinam iis ſtabilitam attenderint, nihil eorum videbunt, quæ ad verum Eccleſiæ atque Ss. Patrum ſcopum conducunt. Si vero intimam demum ejuſdem diſciplinæ rationem inſpicere libuerit, tum modo regulas morum ſane ſanctiſſimas in ea latentes atque propoſitas perſpicient. Exemplis id innumeris confirmare difficile haud

haud foret, quibus tamen brevitatis causa supersedendum potius judico, ubi id solum ex §. antecedenti demonstrasse sufficit, rationes istas intrinsecas ex solidis tantum Juris Naturalis fundamentis hauriendas esse. Jus itaque Naturale, dum rationem intimam disciplinæ Canonum positivæ & externæ detegit, in interiorem ejusdem Spiritum atque medullam non potest non deducere.

§. V.

Specialem Juris Canonici æquitatem discutit.

Præterea specialem quoque æquitatis Naturalis rationem semper attendunt, & habent, præ Civili præcipue Jure, sacri Canones. Constat enim Jus Civile refertum esse multis subtilitatibus & Juris apicibus, ob quos summum Jus sæpe summa injuria M. T. CICERONI jam tum videbatur. Formularium id maxima ex parte fuerat, & superstitiosis verborum solennitatibus serviens, quibus, neglecta non raro æquitatis naturalis ratione, tenaciter nimium inhæsit: Jus vero Canonicum hisce merito contemptis simplicius sæpe causas determinat. Illud accommodatum magis fuerat genio Nationis Romanæ, quæ subtilitate sua legum & conventionum obligationem & datam fidem eludere consueverat. Germania vero nostra antiqui & nativi candoris sui tenacior subtilitatibus hisce ac Jure formulario nunquam usa, nec delectata fuit: Sed hanc ipsam ob causam æquitatis amantior magis Juri Canonico, suis utpote moribus convenientiori, quam Juri stricto Romano insistere maluit, adeo, ut huic illud in foris Germaniæ passim & in regula, ob promptiorem sui receptionem, in causis etiam civilibus prævalere, & anteferri communiori Doctorum, non tantum Catholicorum, sed & Protestantium sententia doceatur. Verum doctrina de æquitate obscura, & per ipsas Commentatorum doctrinas intricatior reddita fuit: ac sæpius sub specie & larva æquitatis potius iniquitas & injustitia cooperitur; quam fucatam & larvatam, aut alio nomine Cerebrinam merito cum THOMASIO appelles, ubi nimirum nomine æquitatis singularis id, quod revera iniquum est, ac vel in privatorum, vel in Reipublicæ damnum cedit, palliatur, & rationibus apparentibus, nec ita statim in sensus incurrentibus, aliis quoque hominibus persuadetur. Testes sunt antiqui Jurisconsulti PAULUS & CELSUS *L. 91. §. 3. ff. de V. O. In genere quæstionum de ÆQUO & BONO PLERUMQUE sub autoritate Juris scientiæ perniciose errari.* Vitium proinde æquitas ista cerebrina ingens est, quod partim quidem voluntati, maxime tamen intellectui merito adscribitur. Sicut enim vera æquitas illi opposita virtus est partim voluntaria ex benigna dispositione cordis ac temperamento sanguinis orta, quod mansuetos, clementes, liberales ac benignos homines reddit, partim vero virtus intellectualis, prudentiæ comes, ex scientia doctrinæ moralis oriunda; ita econtra ista pluribus corruptæ voluntatis affectibus, maxime tamen communi omnium errorum, imo & reliquorum facile malorum matri ac radici, ignorantiæ præjudiciis præcipitantiæ & autoritatis firmatæ suam originem

nem debet. Hanc corrigere totius Jurisprudentiæ ſcopus eſt, non tamen ab omnibus ejus partibus æque feliciter promotus. Æquitas enim datur in jure ſcripta, quæ præprimis maximi facienda, quando Leges nulla duritie & inclementia laborant, uti & Jus Civile ipſum hac non ubique vacuum eſt: Multo magis tamen Jus Canonicum eam ſibi laudem ſpecialem ab ipſis quoque Proteſtantibus Doctoribus minus illi affectis promeruit, quod plura egregie dicta complectatur, quæ, ſi recte applicentur, ad emendationem, curam & correctionem æquitatis cerebrinæ plurimum faciant. His autem ſupervenerunt plurimæ opiniones Doctorum communes contra communes, non cohærentes, & ſæpius contradictoriæ, qui ſuam rectæ interpretationis ſphæram egreſſi ſub eodem æquitatis nomine, quamvis nec Jure Canonico expreſſa eſſet, ne apparentem forſan ejuſdem cum civili pugnam operoſius conciliare deberent, novam Juris ſpeciem ſæpe mentiebantur, ut in æquitatis ubique vagantis multitudine & infinitate vix illam reperire uſpiam valeas. Et, ſi dicendum quod res eſt, Judicum nunquam eſt contra expreſſam Legem ſatis claram, utut duram, hoc æquitatis prætextu judicare, utpote quibus datum eſt ſecundum Leges, non de Legibus judicare. Ad Doctores quandoque pertinet, majorem æquitatem, ſed regulis ejuſdem rite applicatis, juſta cum ſobrietate ac moderatione, reverentiaque Legibus ac Legislatoribus debita, ſuadere & indicare: Legislatoribus ſolis competit eadem Leges etiam anteriores, adhibito maturo conſilio, temperare & emendare. Sicut autem ii circa æquitatem cerebrinam errores communi doctrinæ ac Jurisprudentiæ Naturalis neglectui a Jurisconſultis adſcribuntur, ita hæc tam Doctoribus, quam Legislatoribus quoque connaturalis fons habetur, ex quo juſta eorundem correctio hauriatur.

§. VI.

Ad rectam Canonum applicationem conducit.

Adhæc vix frequentior, utilior ac magis neceſſarius in Jurisprudentia Canonica Juris Naturalis uſus eſt, quam ille, qui rectam hujus in illa applicationem docet. Inter Ss. Canones enim reperiri permultos, qui, quod Juris Naturalis eſt, duntaxat exprimunt, aut explanant, vel particularibus caſibus applicant, manifeſtum eſt. Hi nimirum concluſiones ſunt ex principiis Juris Naturalis deductæ, & rivuli ex eodem, ceu fonte, derivati. Plurimi in judicando etiam circa hos errores ex ignorantia, vel oblivione, aut prava electione principiorum ejusmodi proficiſci & contingere poſſunt; quandoque non omnium, cum fert occaſio, recordamur, quandoque unum principium pro altero male eligimus, & regulam, non ſuam, incongrue aptamus. Cum enim de re quapiam rite judicare volumus, opus profecto eſt, ex omni latere, intus & exterius, rem propoſitam excutere, in ejus cauſas, effectus, qualitates, relationes, aliasque diverſas modificationes & formas intendere aciem intellectus, tum circumſpicere, ad quam Regulam, ad quod Rationis principium, quorum

 com-

complura occurrere possunt, & complura consulere oportet, ea res sit exigenda, atque applicanda. Unaquæque res quid simile habet cum multis principiis atque ideis; sed, occasionibus datis, cum uno tantum omnimodam integramque similitudinem, proportionem & æqualitatem habet. Quare, si pro isto rectæ Rationis principio, cujus mensura unice adhibenda nunc est, alterum ex iis adsciscas minime ad istam rem opportunis, similitudine recti deceptus pravum falsumque judicium pronuntiabis. Judicio, inquam, deficies, non quod male sibi constet principium illud, sed quod ea in re illud, aut unum illud duntaxat principium, ante oculos habueris, inconsultis aliis rationis rectæ documentis tunc longe aptioribus. Utrique errori Jurisprudentia Naturalis provide atque salubriter occurrit. Illa enim principia tanquam præmissas, ex quibus saluberrima Canonum instituta, veluti conclusiones, deducuntur, prius suppeditat, fontem primo aperit, ex quibus illa velut rivuli inde derivati profluant. Deinde, cum ex dictis principia etiam certissima falsis tamen conclusionibus servire possint, ubi inconvenienter & male applicantur, & loco unius alterum incongruum substituitur, aut quando illa a suis exceptionibus, limitationibus & modificationibus prorsus abstrahuntur, atque separantur; has etiam eadem limatior Jurisprudentiæ Naturalis cultura, sacrorum Canonum studio fundamenti loco præmissa, suggerit atque subministrat, ut propterea dubium superesse nullum possit, quin utroque hoc, quod Jurisprudentia Naturalis præstat, subsidio ac emolumento, tam suggerendo nimirum singula ipsa, ex quibus Canones quidam deducti sunt, principia, quam eorum exceptiones ac modificationes simul docendo, rectam & convenientem quoque Juris Canonici applicationem hoc ipso monstret, adjuvet, atque promoveat.

§. VII.

Distinctionem Canonum fundat.

Unde & necessariam inter diversos Canones distinctionem fundat: quorum alii *auctoritate & origine* simul Ecclesiastici sint, alii autem *autoritate tantum*, utpote quorum origo altius, ex ipso videlicet Jure universali, quod omnes homines Natura docet, sit repetenda. Et quemadmodum in Jure Civili contingit, ut earum Legum quædam & autoritate & origine mere civiles sint, quarum vis omnis a sola potestate Civili pendet, quæque nullæ essent, neminemque tenerent, nisi eas Civilis sanxisset Autoritas: quales sunt, quæ de adoptionibus, usucapionibus, donationibus inter conjuges, aliisque permultis rebus sunt constitutæ; quibus si Civilem potestatem, a qua omnino latæ sunt, demas leges ipsas penitus tollas necesse est; quamvis qualemcunque cum recta ratione convenientiam habeant, & in remotissimum ac generalissimum quoddam, omnibus legitimorum superiorum constitutis commune, axioma ac principium Juris Naturalis ultimato demum resolvi & ipsæ possint. Aliæ vero Leges Civiles sunt, quarum origo fontalis non jam ad solam Civilem potestatem referatur sed

ſed ad Jus ipſum Naturale, a quo primum proficiſcantur; ſed cum illas Civilis poteſtas ampliaverit, propoſuerit, præſidio ſuo munierit, & earum obſervationem pœnis, vel præmiis libere electis urgere voluerit, etſi non origine, auctoritate ſaltem civiles Leges dicuntur: quales eſſe videntur permultæ, quæ ad poteſtatem patriam, tutelas, contractus, teſtamenta, ſucceſſiones &c. pertinent; Ita etiam idipſum de Eccleſiaſticis Canonibus obſervemus oportet. Nam qui E. C. de Simonia, de Pactis, de Uſuris, de vita & honeſtate, de reſidentia Clericorum, de luxu, comeſſationibus, choreis, aleis, luſibus, ac quibuscunque criminibus, nec non implicamentis ſæcularium negotiorum fugiendis, de ſacrarum rerum cultu copioſe ac ſalubriter ſunt proditi, etſi Eccleſiaſtici nominentur, & in Jure ſcripto Eccleſiaſtico referantur, utpote ab Eccleſiaſtica Poteſtate propoſiti ac promulgati, nihilo tamen ſecius a Jure Naturali eorum originem petere debemus. Sed cum poteſtas Eccleſiaſtica eorum vim explicaverit, & obſervantiam firmaverit, ac urgere voluerit; auctoritate tantum Eccleſiaſtici nominari poſſunt. Quos vero Canones Poteſtas Eccleſiaſtica omnino & origine tenus ſanxit atque conſtituit, ii autoritate & origine etiam ſimul ſunt Eccleſiaſtici, ac mere poſitivi aut Eccleſiaſtici idcirco compellantur; quales ſunt præſertim, qui ritus exteriores duntaxat, aliave quædam minutiora diſciplinæ & Politiæ externæ puncta reſpiciunt, & plerique, quorum vis in judiciis exercendis verſatur, aut qui certas quibusdam actibus ſolennitates præſcribunt, formasque negotiorum determinant. Quamvis & plures exiſtant, qui mixti potius dicendi ſunt, & partim ex Jure poſitivo, partim ex Naturali conſtant, & ſic partim auctoritate tantum, partim & auctoritate & origine ſimul Eccleſiaſtici ſunt cenſendi, quod plerumque in prioris generis Canonibus contingit, quibus Eccleſia vitia filiorum ſuorum & præſertim Miniſtrorum extirpare, rectamque vivendi diſciplinam præſcribere ſtudet, ac non raro cenſurarum comminationem, aliamve pœnam, aut aliud quidpiam Jure Naturali non expreſſum adjunctum habere ſolent, ita tamen, ut præcipuum, quod illis ſtatuitur aut vetatur, Jure Naturali præſcriptum quoque ac vetitum ſit.

§. VIII.

Canones alii mobiles, alii immobiles.

Et hæc quidem Eccleſiaſticorum Canonum diſtinctio ex Juris Naturalis notitia hauſta non utilis ſolum, ſed neceſſaria etiam prorſus exiſtit ad multarum rerum intelligentiam, quæ ad Canonicam diſciplinam pertinent, verbo, ad veram, ſolidam & juſtam de omnis generis Canonibus ideam efformandam. Ex ea enim diſtinctione mox altera profluit inter Canones diſtinctio, quorum alii *mobiles*, alii vero *immobiles* dicuntur. Uti ſcite admodum S. LEO Magnus *in Epiſtola ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum* apud GRATIANUM *Can. 2. Diſt. XIV.* utrumque genus hoc Eccleſiaſticarum Conſtitutionum, quantum ad mutationem vel ſtabilitatem pertinet, complexus fuit: *Sicut*, inquiens, *quædam*

 ſunt,

ſunt, quæ nulla poſſunt ratione convelli; ita multa ſunt, quæ aut pro conſideratio ætatum, aut pro neceſſitate rerum oporteat temperari. Multo vero clarioribu imo iisdem prorſus verbis mox hic uſurpatis eandem diſtinctionem diſerte eſſe elegantiſſimeque explicat IVO CARNOTENSIS in *Prologo* Decreto ac Panc miæ ſuæ præfixo: *Præceptiones*, inquiens, & *prohibitiones aliæ ſunt mobiles, a immobiles. Præceptiones immobiles ſunt, quas Lex æterna ſanxit: quæ obſervata ſ lutem conferunt: non obſervatæ eandem auferunt. Mobiles vero ſunt, quas L æterna non ſanxit, ſed poſteriorum diligentia ratione utilitatis invenit: non ad ſa tem principaliter obtinendam, ſed ad eam muniendam.* Unde teſte IVONE Car nes mobiles ſoli illi mere poſitivi ſunt, qui & autoritatem & originem ſimul E cleſiaſticam habent, atque propterea a ſola poteſtate Eccleſiaſtica omnino pe dent; unde & mutationi ejusdem pro locorum & temporum varietate facile o noxios illos eſſe, perſpicuum eſt: de quibus S. AUGUST. *Epiſt. ad Januariu* & apud GRATIANUM *Can. 11. Diſt. XII. Totum hoc, inquit, genus rer liberas habet obſervationes, nec diſciplina ulla eſt in his melior gravi prudentique Ch ſtiano, quam ut eo modo agat, quo agere viderit Eccleſiam, ad quam forte devener* Atque ut ſcribit INNOC. III. *in Cap. VIII. de Conſanguin. & Affin.* „Non c „bet reprehenſibile judicari, ſi ſecundum varietatem temporum ſtatuta quand „que varientur humana.„ Quibus verbis Summus Pontifex Canones mere p ſitivos Eccleſiaſticos, ſive qui & autoritate & origine Eccleſiaſtici ſunt, ſign cavit, quos idcirco humanos appellavit. Quin imo BONIFACIUS VIII. Ca *Alma Mater 24. de Sentent. Excommun. in 6.* abolitionem ac mutationem eju modi ſalubriorem ſæpius pronuntiat in verbis: *Alma Mater Eccleſia plerumq nonnulla rationabiliter ordinat & conſulte, quæ ſuadente ſubjectorum utilitate poſtn dum conſultius ac rationabilius revocat, in meliusve commutat.* Immobiles ve omnes ii prioris generis ſunt, qui nullam mutationem unquam habituri ſu aut habere poſſunt: quia, cum Jus Naturale immutabile ſit, & Canones ipſi quatenus Jus Naturale præſeferunt, ſtabiles immutabilesque eſſe oportet. Un neque aliis legibus, aut Canonibus abrogari, neque conſuetudine aliqua to poſſunt. Quam ob cauſam ALEXANDER III. *in Concilio Lateran. III.* diſe ſtatuit, Canonibus de Simonia ſancitis conſuetudine, quamvis longa, ni omnino derogari, eosque vehementer falli, qui adverſus illos miſeram, mi meque accipiendam conſuetudinis excuſationem afferunt; „Putant plures, „*quiens*, ex hoc ſibi licere, quia legem mortis de longa invaluiſſe conſuetudi „arbitrantur; non ſatis, quia cupiditate cœcati ſunt, attendentes, quod ta „graviora ſunt crimina, quanto diutius animam infelicem tenuerint alligatan Ut videre eſt *Cap. IX.* de Simonia. Hosque ii, qui mixti dicuntur, ſive c quidem Juris aliquid poſitivi continent, multum tamen Juris Naturalis adm tum habent, ac poſtremo loco commemorati ſunt, ex parte imitantur, in q bus propterea pro vera eorundem idea ſibi efformanda attendendum ſedulo e

qu

quid in illis Juris Naturalis, & quid Juris mere positivi occurrat. Quoad illud enim, quod Juris Naturalis est, eadem, quæ mox dicta fuit, stabilitatis ac autoritatis formanda est idea; Quoad eam vero partem, quæ voluntate humana superaddita fuit, comminationem pœnarum, & censurarum inflictionem, aut circumstantiarum quarundam determinationem, Canonibus mere positivis æquiparantur.

§. IX.

Canonum non servatorum ab abrogatis diversitas.

Unde ulterius & illud justa consecutione deducitur, nequaquam Juris aut prudenti aut Candidato respiciendum esse ad id, quid fiat, aut non fiat, sed quid fieri debeat, nec Canones ex actionibus hominum quorumcunque æstimandos, sed actiones potius hominum ad Canones, tanquam regulas iisdem præscriptas, esse normandas, atque componendas; nec ex eo, quod plures Canones in usum & praxin non amplius redigantur, subito sequi, eosdem penitus quoque esse abrogatos, ac omni vi sua obligandi, & spiritu, ut ajunt, legali destitutos. Reapse crassa quorundam ignorantia ad ampliandos magis vulgati illius mere humanarum, e quibus dimetiri omnia malebant, opinionum regni limites vel inde maximam Juri Canonico injuriam quandoque intulit, ut utilissimum alias ejusdem studium misera illa animi præoccupatione, quod ob plurium Canonum passim neglectorum inobservantiam inutile id existimarent, negligi faceret, atque aliis non paucis persuaderet. Ad quam tamen injuriam ab eodem avertendam facile posset sufficere, haud difficulter ostendi, quinam illi sint, & non servatos a servatis distingui, ideoque non magis deserendum esse Juris Canonici studium ob quosdam non servatos Canones, quam Legum studium ob nonnullas inobservatas Leges. Sed, quod huc potissimum pertinet, illud addimus, non omnes Canones non servatos propterea esse abrogatos. Siquidem multi etiam Canones Juris mere positivi, quamvis non serventur, sua tamen vi obligandi non destituuntur, quamdiu nimirum Ecclesia, quod sæpissime contingit, illorum inobservantiæ atque neglectui reclamat & contradicit, cujus tamen consensus, vel tacitus, vel expressus, ad Canonum abrogationem requiritur: sed & illi, qui res Jure Naturali præceptas vel prohibitas jubent, vel vetant, immobiles propterea §. mox antecedente dicti, ab usu contrario, etiamsi taceret Ecclesia, nequidem possunt aboleri. Et qui mixti superius compellati fuere, quamvis quoad pœnas & alia additamenta a Jure positivo Ecclesiastico illis superaddita abrogentur, & abrogati hodie eatenus multi sint, qui de Simonia, aut de Usuris, aliisve Juris Naturalis Capitibus sunt concepti; quoad ipsam tamen substantiam semper subsistere, & obligare pergunt. Porro longe major est numerus Canonum, qui ad dogma, vel ad mores pertinent, quam eorum, qui ad disciplinam: siquidem Canones, quibus constat Jus Canonicum, vel e Pontificum Decretalibus, vel

e Pa-

e Patrum ſcriptis ſunt deſumpti; Conciliorum autem præcipui fines ſunt quæſtionum fidei definitio, & morum reformatio; Pontifices quoque ipſi ſæpius circa fidem & mores, quam circa diſciplinam externam verſatilem, conſulti fuere, Patres inſuper de diſciplina parum, de fide vero & moribus plurimum curarunt; exinde facile conficitur, numerum Canonum non ſervatorum, & ſimul non uſu abrogatorum comparatum cum numero eorum, qui vel viridi hodiedum vigent obſervantia, vel ſaltem, non obſtante contrario uſu, tanquam non abrogati adhucdum neceſſario ſunt ſervandi, profecto minimum eſſe, & in comparationem vix venire poſſe.

§. X.

Ulterior non ſervatorum extenſio.

Quod autem de Canonibus circa res Jure Naturali jam vetitas aut præceptas conceptis mox diximus, idem ad omnes illos extendendum eſſe, qui ad morum diſciplinam, & ad decorum cultus Divini ac Miniſtrorum proxime ſpectant, eadem Naturalis Juris ratio exigit; ſcilicet nec iſta ex eo genere rerum eſſe ſolere, quæ liberas habentia obſervationes per loca terrarum aut temporum ſpatia tam facile varientur. Cum enim his Canonibus media vitiis extirpandis, & ſanctitati morum conſervandæ idonea præſcribantur, non raro contingit, ut, licet Jus Naturale aut Divinum illa, quæ his Canonibus vetantur aut jubentur, abſolute non vetet aut jubeat, non parum tamen ad Jus Naturale aut Divinum accedant. Fit enim non raro, ut quæ iiſdem continentur, vitiis extirpandis adeo ſint neceſſaria, ut vix poſſibile ſit, iis non ſervatis vitia caveri poſſe aut extirpari. Proinde ſi Jus Naturale vitia illa caveri & extirpari præcipiat; etiam media adeo convenientia, aut pene neceſſaria adhiberi, ſi non abſolute præcipiat, ad minimum ſuadet, eoque fortius, quo media illa magis opportuna, aut neceſſaria ſunt; ideoque & Canones hi frequenter rationem quaſi perpetuam habere cenſentur, eo firmiorem, quo media iis præſcripta, fini mox memorato vel opportuniora, vel magis neceſſaria, & conſequenter ex ſua, quam habent, moralitate ad Jus Naturale magis accedere jure dicantur. Quibus proinde merito applicatur illud S. THOMÆ 2. 2. *Q. 97 Art. 3. ad 2.* „Si maneat ratio eadem, propter quam Lex primo utilis erat „non conſuetudo Legem, ſed Lex conſuetudinem vincit.„ Atque inde eſt quod ſpecialis ſemper Summorum Pontificum & Patrum diverſis in Concili congregatorum ſollicitudo vigilarit, ut Canones ejusmodi contrario uſu pe conculcatos, renovandos tamen ſemper cenſerent: cujus rei præclarum in Cc cilio Tridentino exemplum ſuſpicimus *Seſſ. XXII. Cap. I. de Reformat.* ubi tiquos Canones circa officia Clericorum innovans in fine addit: „Siquos ex „(Canonibus) in deſuetudinem abiiſſe compererint ordinarii, eos quamprin „in uſum *revocari*, & ab omnibus accurate cuſtodiri ſtudeant, non obſtant „conſuetudinibus quibuſcunque, ne ſubditorum neglectæ emendationis

„condignas Deo vindice pœnas persolvant.„ Quibus verbis Patres ejusdem Concilii luculenter satis supponunt, eosdem Canones semper substitisse, sed vigoris aliquam tantum partem amisisse, ægros, ut ita dicam fuisse, sed non plane extinctos, per renovationem vero pristino vigori penitus fuisse restitutos: cum econtra Lex abrogata non renovetur, sed restauretur, & veluti mortua resuscitetur, cum ejus observatio denuo sancitur. Alias enim, si abrogatos eosdem credidissent, ii, qui eos non observassent, culpa vacavissent, nec emendationi obnoxii fuissent, Episcopi autem, qui ab ejusmodi Clericorum emendatione abstinuissent, vindictam Divinam haud fuissent meriti. Unde necessario colligitur de Canonibus quidem non observatis sermonem Patribus fuisse, talibus tamen, qui aliquatenus adhuc vigebant atque obligabant.

§. XI.

De Canonibus mixtis.

Atque ex his proinde facile est inferre, quid quoad Canones, quos mixtos superius compellavimus, quippe præter id, quod ex Jure Naturali referunt, positivi quoque Juris additamenta quædam admixta continentes, Juris Naturalis prudentia potissimum attendi jubeat, atque secerni. Nimirum ex relaxato eorundem additamentorum rigore ad relaxationem ac remissionem ipsius morum disciplinæ iis contentæ argumentum nequaquam legitimum duci. Indubitatum quippe est, quod Ecclesia, tanquam pia Mater filiorum suorum infirmitati condescendens, aut temporum difficultatibus & vitiorum redundantia quodammodo coacta, purissimam morum disciplinam, jam pridem a Ss. Patribus in sacris Canonibus expressam quasi negligere, aut saltem pro tempore dissimulare, aut quasi abusuum multitudine prægravata, Nautarum adinstar, tempestate urgente, quædam exonerare de rigore sacrorum Canonum interdum cogatur. Qui vero ex hac Ecclesiæ condescendentia, seu dissimulatione, aut prudenti œconomia disciplinam ipsam exspirasse penitus crederet, multum a sensu & mente ejusdem, imo quam longissime aberraret. Quem perniciosum errorem infinitis propemodum Patrum testimoniis damnatum ex professo in Synodo Romana repressit URBANUS II, ubi quædam necessitate cogente circa rigorem Canonum contra ordinatos a Simoniacis, non tamen Simoniace, relaxans, hanc auream subjunxit sententiam: *Can. 11*: Ibi: „Quamvis autem „misericordiæ intuitu, magnaque necessitate cogente, hanc in Ss. Ordinibus „Dispensationem constituerimus; nullum tamen præjudicium sacris Canonibus „fieri volumus: sed obtineant proprium robur, & cessante necessitate illud „quoque cesset, quod factum est pro necessitate. Ubi enim multorum strages „jacet, subtrahendum est aliquid severitati, ut addatur amplius charitati.„ Idem enim spiritus perseverans semper, & per omnes temporum ætates Ecclesiam regens ac informans optat, ut sanctissimi Canones, quos Ecclesia eodem spiritu directa, primis sæculis, nondum vitiis filiorum suorum atque tempo-

rum duritia gravata edidit, in sua puritate & integritate servari possent, quamvis nunc externum eorum rigorem non urgeat, nec, ut serventur, absolute & sub pœnarum earundem comminatione & executione præcipiat. Qui ergo Spiritu Ecclesiæ imbuti sunt, Canones illos pro moribus formandis, melioribus temporibus, conditos tanquam cœlestia quædam instituta ad formandos in temporum perpetuitate Christianorum mores venerantur & probant; dolent autem tanquam viri desideriorum & gemituum cum ipsa Matre Ecclesia, quod tam sancta præcepta ob temporum duritiem, & vitiorum abundantiam in suo rigore servari nequeant, ardenter desiderantes & allaborantes, ut vel instaurentur, aut adhuc vigentia teneantur, aut collabentia sustineantur, aut collapsa penitus ad tempus opportunius reservantes, omnia tamen non mundana quæ sua quærit, sed Christiana, quæ solam Ecclesiæ utilitatem & necessitatem præ oculis habet, moderante prudentia.

§. XII.

Justos potestatis dispensandi limites determinat.

Denique justos potestatis dispensandi etiam legitimæ limites pro Jure quoque Canonico Jus Naturale describit, atque metitur. Cum enim dispensationem sine quadam vinculi legis relaxatione fieri non posse, relaxationem vero legis, ejusdem veram mutationem esse, omnino certum sit; Lex sane naturalis quæ immutabilis est, nullique variationi obnoxia, nullam proprie dictam dispensationem potest admittere. Legis vero naturalis autoritatem ac stabilitatem perpetuitatemque omnes illi Canones immobiles supra dicti ad amussim imitantur ac mutuantur: unde in his quoque nullam proprie dictam dispensationem locum habere posse, clarum est. Hoc ipsum idem est, quod indigitare volui IVO CARNOTENSIS, dum in Prologo Decreti sui jam superius laudato, post allegatam ibidem Canonum mobilium & immobilium distinctionem, multa de dispensationibus docte differens hanc regulam proponit: *In his, in quibus neglectis mors indubitanter consequitur, nulla est admittenda dispensatio; sed ita sunt omnia mandata & interdicta servanda, sicut sunt æterna lege sancita. In his vero, quæ propter rigorem disciplinæ, vel muniendam salutem, posteriorum sanxit diligentia, si honesta vel utilis sequatur compensatio, potest procedere autoritate præsidentium diligenter deliberata dispensatio.* Tota dispensationis vis solum Jus positivum attingit, quod sicut humana autoritate conditum atque fixum, sic eadem quoque pro casibus quibusdam particularibus, ubi necessitas exigit, vel publica utilitas suadet, tolli atque refigi poterit. Pœnarum proinde, quarum additamentum soli positivi Juris autoritati debetur, remissionem operatur, atque inducit dispensatio quoad hos indulta: sed jure hoc positivo, a quo pœna adjecta est, per dispensationem sublato, Jus tamen Naturale remanet, atque perseverat. Cujus rei Exemplum Canones quidam de Simonia proditi pœnamque sibi adjectam habentes præbere possent: atque alterum ALEXANDER III. P. Cap. IV. *de Usu-*

ris dispensationem super earundem acceptione pro redimendis Captivis rogatus affert, ubi animadvertens vetitum de non accipiendis usuris a Jure Naturali proficisci, respondet: Super hoc dispensationem aliquam posse fieri, non videmus.

§. XIII.

Observata tamen Juris Naturalis in absolutum & conditionatum divisione.

Quemadmodum tamen Jurisprudentia Naturalis inter ipsum Jus Naturale tanquam fontale principium, ita & inter diversos Canones eodem Jure Naturali nixos, ex eoque per modum conclusionum derivatos novit atque docet distinguere. Jus enim Naturale aliud distinguit *absolutum*, sive absolute & in omnibus circumstantiis, aliud vero *conditionatum*, sive conditionate, & sub certis tantum conditionibus, vel circumstantiis positis obligans. Illo prohibentur, ac prohibita censentur omnia illa, quæ absolute & in omnibus omnino circumstantiis ita intrinsece repugnant rectæ Rationi, &, quam insinuat, Legi æternæ Dei, ut nunquam extra illas circumstantias poni, atque ideo nunquam permissa aut licita fieri ullo modo possint: Cujus generis odium Dei, blasphemia, perjurium, mendacium, idololatria & alia ejuscemodi censentur, quæ omnia ita absolute & in omnibus circumstantiis Juri Naturali repugnant, ut nulla circa illa nec a Deo ipso dispensatio unquam indulgeri, aut immutatio quæcunque fieri possit. Hoc vero ea contineri censentur objecta, quæ in certis tantum circumstantiis sunt prohibita, ita tamen, ut potestate vel Divina, vel humana, & alto interdum Reipublicæ dominio ex illis extrahi possint, & extra illas posita non amplius sub prohibitionem Juris Naturalis cadant, aut ejus objecta non amplius permaneant. Sic matrimonium fratris cum sorore quamvis Legi Naturali de se spectatum repugnet, propter necessitatem tamen generis humani propagandi filiis Adami fuerat permissum. Et plura alia ejusmodi exempla passim ex ipsa sacra scriptura allegantur, in quibus omnibus hoc Jus Naturæ mutationem aliquam, sed mere extrinsecam ex parte objecti subiit, ut nimirum illud, demptis vel positis certis conditionibus, sub Lege Naturali, & Dei tanquam Legislatoris intentione non amplius comprehenderetur. Novi equidem, ex hac ipsa ratione a pluribus assertam illam Juris Naturalis in absolutum & conditionatum divisionem rejici: Cum tamen majori explicationi subserviat, & effectum quoque Juris habeat, omnino methodi ac majoris claritatis gratia retinendam potius existimo. Hic autem effectus Juris vel maxime etiam in Jure Canonico observatur, dum & Sacri Canones alii quædam prohibent inseparabilis cum Lege Naturali deformitatis, alii vero talia, quorum deformitas per certas circumstantias adhucdum tolli potest, & abstergi. Hæc posterioris generis simpliciter secundum se considerata deformitatem seu contrarietatem quandam cum lege Naturali important, sic tamen, ut omnis illa deformitas, seu oppositio, quibusdam circumstantiis advenientibus, quandoque abstergi

 queat;

queat; quo fieri possit, ut aliquo casu legi Naturali non repugnent, sed omnis deformitas seu inordinatio per circumstantias conjunctas sit sublata; atque ita sola lex positiva obstet, quo minus eo casu absolute licita sint. In exemplum affert S. THOMAS *Quodlibet: IX. Art. 15.* pluralitatem Beneficiorum in uno & eodem Clerico, quæ licet pugnet contra Jus Naturale, atque deordinationes maximas in Extravag. *Execrabilis* a JOANNE XXII. graphice satis descriptas involvat; propter necessitatem tamen, vel majorem Ecclesiæ utilitatem publicam iis omnibus abstersis licita evadit. Atque idipsum ESPENIUS Dissertatione Canonica *de dispensationibus* absentiæ, seu non residentiæ Clericorum, permutationi Beneficiorum, Pensionum super beneficio dimisso retentioni, aliisque hujusmodi per Sacros Canones proscriptis applicat, quandoquidem & ista secundum se considerata plurimas inordinationes secum trahunt, quæ nonnunquam, quibusdam circumstantiis advenientibus, abstergi possunt, & absterguntur.

§. XIV.

Inde & dispensationis quoad hos diversitas.

Observata proinde hæc eadem Juris Naturalis in Absolutum & Conditionatum divisio, & Canonum circa utrumque illud versantium distinctio ex Jurisprudentia Naturali hic supposita adhuc magis justos illos dispensandi potestatis limites determinat. Facile enim inde deducitur, istos quoque Canones circa mox memorata objecta, separabilem etiamnum deformitatem conjunctam habentia, versantes mutationem adhuc aliquam admittere posse, adeoque nec omnem prorsus quoad eosdem dispensandi facultatem omnino ademptam intelligi. Praxis certe frequentissima Ecclesiæ id docet, atque experientia, non raro has ab Inferioribus expetitas, & a Sancta Sede Apostolica aut Episcopis quandoque indultas quoque fuisse, quas sane omnes erroneas dicere, ac Juri ipsi Naturali contrarias nemo audaci ac temeraria dicacitate redarguere audebit. Penitiori tamen oculo si res consideretur; non eadem erit harum dispensationum indoles, non eadem facilitas, nec idem semper effectus, sicut reliquarum in Canonibus mere positivis indulgeri solitarum. Authentica hæc potius Superioris declaratio, ubi indulgetur, censenda erit, in præsentibus, quæ eidem expositæ per preces fuere, circumstantiis omnem illam deformitatem, Juri Naturali suppositam, revera esse abstersam atque sublatam. Hinc ut vel ab inferiore petatur, vel a Superiore non tantum licite, sed & valide concedatur, revera etiam tales circumstantiæ adsint, oportet, quæ inordinationes actionibus illis suapte natura conjunctas tollant. Non enim sola recta intentio facit actionem aliquam ex se malam, aut in malum propensam undequaque rectam, sed cum recta intentione exigitur ipsa officii rectitudo, sive, ut aliis verbis loquar, hujusmodi insuper circumstantiæ, quæ rectæ intentioni officii bonitatem adjungant; ut sapienter idem S. THOMAS loco jam citato, & in allegato pluralita-

tis

tis Præbendarum exemplo, ut quis plures præbendas citra prævaricationem Juris Naturalis habeat, hæc duo conjungit, *rectam intentionem*, & *circumstantias*, quibus tollantur inordinationes, quæ Præbendarum pluralitatem comitari solent. Ex qua S. THOMÆ Doctrina FAGNANUS ad Cap. *Quia in tantum. de Præbend.* reliquas inter conclusiones & hanc intulit, ac apposuit: „Cessantibus „ejusmodi circumstantiis, quæ deformitatem seu inordinationem tollunt, licitum non est plures Præbendas obtinere etiam cum dispensatione; eoquod di„spensatio non auferat ligamen Juris Naturalis, sed solum ligamen Juris posi„tivi. Et quod de pluralitate Beneficiorum hic exempli causa dictum refertur, idem quoque de omnibus aliis ejusdem generis actionibus est intelligendum. Hinc denique quod effectum dispensationum in his induktarum concernit, omnes istæ actiones etiam cum dispensatione, aut cum privilegio Apostolico, quod vices dispensationis obtinet, totaliter licitæ fieri nequeunt, nisi sublatis quoque omnibus illis inordinationibus Legi Naturali suppositis: Secus pro foro externo quidem Ecclesiæ, non autem in foro Dei aut Poli securitatem præstare poterunt; & fatendum omnino erit, plurimis quadrare illud S. RERNARDI ad Nepotem *Epist. I.* Ibi: *Et quid tibi frustra quispiam blanditur de absolutione Apostolica, cujus conscientiam Divina tenet ligatam sententia.*

§. XV.

Idem usus Juris Naturalis ad Jus Canonicum consuetudinarium pertinet.

Ea denique omnia, quæ hactenus de usu Juris Naturalis in Jure Scripto Ecclesiastico latius deducta fuere, ad consuetudinem quoque pertinere, breviter duntaxat, coronidis loco, animadvertimus. Hujus enim vis & efficacia Legum quoque est æmula, ac Jus propterea non scriptum dicitur. Nota hæc est distinctio Juris privati in Jus scriptum & non scriptum: quæ sicuti ad Jus privatum restringi nequit, sed etiam Juri publico recte applicatur; ita etiam in Jure Ecclesiastico suum habet usum, cum ad Jura quævis humana pertineat. Imo consuetudo æque, ut Leges scriptæ Ecclesiasticæ, regulam agendi fidelibus, ex phrasi Sanctorum Patrum, constituit, secundum quam actiones eorundem sint ordinandæ. Ita enim S. AUGUSTINUS Epistola XXXVI. alias LXXXVI. ad CASULANUM idem diserte affirmat: *In his rebus, in quibus nihil certi statuit Divina Scriptura, mos populi Dei, & instituta Majorum pro Lege tenenda sunt.* Et quidem ut clarius evincat, observantias Ecclesiasticas obligare adinstar Legis, subjicit: *Et sicut prævaricatores Divinarum Legum, ita contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt.* Et S. BASILIUS apud GRATIANUM Dist. XI. Can. 5. eundem pietatis affectum observantiis Ecclesiasticis deberi, qui Legi scriptæ Ecclesiasticæ debetur, asserit; alioquin Religionem magnum detrimentum passuram esse. Quin & prius moribus, quam expressis Legibus, adinstar omnis alterius Reipublicæ, usam & rectam primitivis sæculis fuisse Ecclesiam, idem S. AUGUSTINUS *Lib. 2. de Baptismo contra Donat.* testatur: „Hæc at-

„testatio, *inquiens*, satis ostendit, multo magis se fuisse commemoraturum, „siquod de hac transmarinum, vel universale Concilium factum esset. Non- „dum autem factum erat, quia consuetudinis robore tenebatur orbis terrarum, „& hæc sola opponebatur inducere volentibus novitatem.„ Quin & Canonis prædicatum, quod alias normam Legis scriptæ Ecclesiasticæ solet designare, consuetudini non fuisse denegatum, Historiæ Ecclesiasticæ priorum sæculorum aperta monumenta declarant: uti in ipso Concilio Nicæno aliquoties Canonis Ecclesiastici, vel Legis Canonicæ mentio fit, qua tamen voce nihil aliud, quam Consuetudo Ecclesiastica, sive mores, intelligi potuit. Neque enim Canones scripti eo tempore facile aderant universalem vim obligandi habentes, ad quos Patres provocare potuissent; ut propterea magnopere fallantur ii, qui Canones Apostolicos, vel vulgo Apostolorum dictos, a Patribus allegatos fuisse existimant, quippe qui demum multo post hoc Concilium inclaruerunt. Mirari proinde sane nemo poterit, quod idem circa consuetudinem, quod circa Jus scriptum, Jurisprudentiæ Naturale officium tribuatur. Nam & hæc ratione sua constare debet, quæ non aliter investigari potest. Et sicut Lex scripta absque ratione, revera sensum genuinum, quem habet, generare in animo discentis nequit; ita multo magis de vero intellectu observantiæ, vel consuetudinis Ecclesiasticæ idem dicendum est. Hinc fit, ut Leges Ecclesiasticæ tam scriptæ, quam non scriptæ perverse applicentur, quia rationes illarum non inquiruntur, vel ineptæ & incertæ adducuntur, quæ tamen discentis animo certitudinem ingenerare nequeunt. Magnum hic equidem Historia Ecclesiastica emolumentum præstat: quippe Leges non scriptæ facta antiqua supponunt ex Historia Ecclesiastica repetenda, quorum & ratio multum ejusdem ope adjuvatur. Hæc tamen Jurisprudentiam Naturalem non excludit, quæ rationes intrinsecas extrinsecis illis ab Historia subministratis superaddit. Hæc principia illa generalia suppeditat, quæ sunt veluti claves, ut aperiatur & evidenter cognoscatur, quod est occultum in textu morum aut observantiarum, aut quasi lumina splendida, quibus clare perspicimus motivum consuetudinum, aut mentem Ecclesiarum, quæ easdem introduxerunt, & a quibus in reliquas dimanarunt. Et sicut omnes scientiæ & Artes habere debent quasdam Notiones generales, & principia universalia, quæ vocantur ab ARISTOTELE *communia* Axiomata, ita nec iis Jus Consuetudinarium carere potest, aut intelligentia observantiarum destitui; quemadmodum vero Architectus non debet facere sui ædificii fundamentum in arena, aut in aliqua terra mobili, sed in terra firma & solida, ita pariter necesse est, ut illi, qui volunt intelligere consuetudines, non fundentur illusionibus & imaginationibus vagis, fluctuantibus & incertis, sed ut nitantur & fulciantur Regulis constantibus & immutabilibus; ut ait GIBERTUS *post Præfationem ad Corpus Juris Canonici per Regulas expositum in Testimoniis & Exemplis insignium Jurisconsultorum.*

§. XVI.

§. XVI.

Nec tamen æqualis hæc omni consuetudini vis & efficacia adscribitur: Sed dari etiam consuetudinem vulgarem, aut meri facti, quæ in vim Juris excrescere nunquam possit, vulgo notum est. Regulam hæc agendi fidelibus constituere adeo non potest, ut tanquam corruptela potius a Sacris Canonibus quam sæpissime condemnetur. Quo pertinent varia Patrum dicta collecta a GRATIANO Dist. VIII., & tradita quoque in variis Capitulis Decretalium Titulo: *de Consuetudine* insertarum exempla. Vulgare satis, sed & maxime perniciosum est argumentum illud: Hoc jam diu ita observatum fuit, hoc Prædecessores nostri toleraverunt: Cur nos illis volumus esse Sapientiores aut meliores? sufficit nobis vivere, ut illi vixerunt. De hoc argumenti genere, quo detestandi maximique abusus, cum semel invaluerint, justificari possent, Facultas Theologica Parisiensis in Epistola Prælatis & Capitulis Ecclesiarum Regni Galliæ super abolitione vulgati illius festi fatuorum ita dicti inscripta, & in Appendice operum PETRI BLESENSIS relata pag. 782. præclaram hanc fert censuram: „Nolite subdolas hominum voces audire sic dicentium: Prædecessores nostri, „qui erant notabiles Viri reputati, istud permiserunt; sufficit nobis vivere, ut „ipsi. Procul dubio istud argumentum *diabolicum est*, *infernalis* hæc est persua„sio: Vos illorum exitum ignoratis, an bonus, an malus fuerit:„ Has autem facti ab illis, quæ Juris sunt, consuetudinibus discernendi ratio in rationabilitate earum unice consistit: Rationabilitatem ipsam cognoscendi, si non unica, saltem maxima ac præcipua via est Jus Naturale, ut omnis illa consuetudo, quæ huic repugnat, irrationabilis, ac propterea, consuetudo meri facti certissime censeatur. Nam & ipsa, uti lex scripta, ordinatio rationis in bonum commune esse debet; & sicut omnium actuum humanorum bonitas in conformitate ad rectam rationem consistit, ita omnem illorum regulam etiam, ut recta sit, ordinationem rationis in bonum commune esse omnino oportet; qualis certe ab ignorantia vel cupiditate, tanquam radice vitiata, enasci nequit. Sola Lex Dei, quæ eadem & Naturalis, est, quæ judicat omnia, & de qua nulli animæ judicare tutum est; sempiterna est, quam omnes piæ mentes consulunt, ut, quod in ea invenerint, vel faciant, vel jubeant, vel vetent, secundum quod illa incommutabili veritate perceperint, ut ait S. AUGUSTINUS *Quæst. LVII. in Exod.* & *Lib. de vera Relig. Cap. XXXII.* Hæc sola est ipsamet veritas, & recta norma, ad quam ut omnes reliquæ agendi regulæ compositæ sint, est necesse. Sed amplior hic sese dicendi materies offerret, quam tamen ob suam tum necessitatem ac utilitatem, tum prolixitatem in hasce præsentis Capitis angustias coarctare merito supersedeo; atque ibi mihi disputandi initium, Deo dante, aliquando faciendum nunc reservo, ubi præsentis Dissertationis finem constituo.

Et speciatim consuetudinem rationabilem ab irrationabili discernit.

T A N T U M.

Animad-

Animadverſiones Editoris.

Ad C. 2. §. 19. Recte hic omnino demonſtrat *Auctor* Eccleſiae in declarandis propoſitionibus Juris Naturae authoritatem; neque video, qua ratione Catholicus, is videlicet, cui haec Eccleſiae authoritas primum eſt alias atque princeps fidei dogma, effugium hic quaerere poſſit. Memini quidem aliquando theſi iſti oppoſitum fuiſſe hoc ratiocinium: non datur Eccleſia Chriſtiana Jure Naturae, igitur et hic fruſtra ad ejus authoritatem provocatur: ſed quam illud elumbe ſit, facile cuivis, uti credo, pateſcit: nec enim etiam datur Chriſtus Jure Naturae; igitur nec hic attendendus, dum propoſitiones plures Juris Naturae in Evangelio explanat. Conf. etiam DESSING *J. Nat. C. iv. Them. 2.*, ubi contra Proteſtantes quosdam nimium hic ipſius Scripturae authoritatem ab ejusmodi controverſiis ſemoventes rem hanc omnem uberius explicat.

Ad C. 3. §. 3. Optavit hic *Auctor* Syſtema Juris Eccleſiaſtici publici Catholici ſeparatim ab aliis materiis conſcriptum. Dum haec quondam in hac ipſa Diſſertatione legerem: fateor inter alia id mihi incitamento fuiſſe, cur in Inſtitutionibus Juris Eccleſiaſtici Germaniae accommodatis a me 1771 editis, id conſilii pro virium mearum tenuitate exequi conatus fuerim; nihil jam tum exoptans magis, atque ut vadum jamjam tentatum feliciori alius conatu exſuperet, quem in finem haec ipſa Diſſertationum optimarum collectio novo, uti ſpero, adjumento futura eſt.

Ad ejusdem C. §. 27. Ex principiis *Auctoris* ſolidis omnino, atque ſanis hoc §. explanatis confutatur illa quorundam opinio, ſpiritui Eccleſiae et Religionis noſtrae profecto non ſatis conformis; infideles juſte atque licite ob ſolam infidelitatem bello a Chriſtianis appeti poſſe. Bellum hic ad poenam infligendam vult eſſe licitum GROTIUS *L. 2. C. 20. §. 38.* ſi delicta infidelium manifeſtis Legibus naturalibus ſint adverſa: DARIESIUS autem *Obſ. J. N. LXVI.* id exinde deducit, eoquod obligatio etiam alios perficiendi jus quoque ad media huic fini accommoda per ſeſe contineat: at enim nec poena rite decerni poteſt in eos, qui nulla ratione ſubjecti ſunt; nec licita ſunt media aliis officiis contraria, nec faciendum malum, ut ex eo bonum exſurgat; neque demum Chriſtus Religionem ſuam vi adhibita atque armis inſtillari voluit. Conf. ſcriptores in Inſtit. meis Part. II. §. CCXIII. citatos.

Ad ejusdem C. §. 29. Invicte hic pactorum fidem cuicunque praeſtandam defendit *Auctor*, et Catholicorum, immo et Jeſuitarum hac de re ſenſa exponit, quod idem praeſtiti in Inſtit. meis P. I. §. LXXXIX. Quare nemo non

non videt, quid sentiendum de querelis recoctis a MAICHELIO in *triplici Diss. 1740, 41, 42, Tubingae de Fide Haereticis servanda.* Sane anne et Protestantes vades se praestare possunt pro quibuscunque scriptoribus e suis, horum videlicet neminem extra orbitam evagaturum, atque dicturum ea, quae ipsimet passim rejiciant? Certe SIGISMUNDUS Imperator, quem denuo fidei violate reum agit MAICHELIUS, iterato absolvitur a Cel. HAEBERLIN tum in *Apologia pro eodem contra injustas accusationes, eum datum a se Io. Husso salvum conductum temere violasse 1742; tum in Historia ab eo edi coepta 5. Tom. 1769. f. 699.*

Ad §. ult. Auctor hic mentionem injicit festi ita dicti *fatui* aut *fatuorum,* olim praesertim in Gallia manifesto abusu vigentis. Breviter hic de eo notasse sufficiat, fuisse id festum tripudia quaedam ipsorum etiam Clericorum, Cantus, atque hujus generis plura, histrionum instar etiam inter larvas in ipsis Ecclesiis certis diebus actitata, donec hi abusus (prout aegre fert humana levitas, ejusmodi abusus utut rationi dissonos, inveteratos tamen, semel ictu unico evelli e radicibus) paulatim a variis CC. proscripti, atque eliminati sunt. Plura de hac re occurrent in commentatione Cl. DÜRR de *Episcopo puerorum Mogunt. 1755,* quam tanquam bonae frugis pro rerum Ecclesiasticarum variarum illustratione plenam, operi quoque huic aliquando inseremus.

II.

JOANNIS NEPOMUCENI ENDRES
&c. &c.
DISSERTATIO POLITICO-CANONICA
DE
DIVERSO JURIS GERMANICI
AD CIVILE ROMANUM ET CANONICUM COMMUNE HABITU.
Wirceburgi MDCCLXXI.

SUMMARIA.

I. *Laudantur Juris Germanici restauratores.*
II. *Ejusdem fata & vicissitudines.*
III. *Tum restauratio privatorum operæ in acceptis referenda recensetur.*
IV. *Jus Romanum tacito tantum usu ante MAXIMILIANUM I. receptum fuit.*
V. *Sine præjudicio tamen Juris Patrii diserte præservati.*
VI. *Idque tam in negotiis solo Jure Germanico cognitis, quam aliis Nationi Germanicæ cum Romana communibus.*
VII. *Abusus tamen est innovationis & totalis Juris receptitii abolitionis pruritus.*
VIII. *Munus tamen Reformatoris authoritate publica muniti, & Judicis ac Doctoris, atque in hoc usus theoreticus a practico distinguitur.*
IX. *Hujus potissimum est unum cum altero conjungere, & in singulis articulis differentias ostendere.*
X. *Difficultas in probanda ejus existentia plerumque consistit.*
XI. *Hac deficiente generalis præsumptio Juri Romano assistit.*
XII. *Difficultas vero ista ad Jus Germanicum antiquum & medium, neutiquam ad novum pertinet.*
XIII. *Juris Canonici communis in negotiis adiaphoris major cum Patrio sive Germanico affinitas,*
XIV. *Indeque in regula prioris præ civili prærogativa,*

XV. *Non*

XV. *Non tamen præ Germanico asseritur.*
XVI. *Diversa est ratio Juris communis Canonici in negotiis Ecclesiasticis.*
XVII. *In his etiam Jus Patrium Ecclesiasticum triplex distinguitur.*
XVIII. *Juris antiqui Ecclesiastici Germaniæ cum Communi perfectissima conspiratio.*
XIX. *Medium in Concordatis consistens Pontificio communi præfertur.*
XX. *Similiter suo sensu novissimum publicum Pacificationes Religiosas intuitu Protestantium initas referens.*
XXI. *Etiam respectu Catholicorum leges aut consuetudines patriæ anteriores novioribus constitutionibus universalibus prævalent.*
XXII. *Sed & Jus Ecclesiasticum Patrium probatione indiget,*
XXIII. *Quæ quoad medium & Novissimum facilior est, circa ea, quæ directe contrariantur. Alia per discursum tantum inferuntur.*
XXIV. *Dubitatio de novioribus Constitutionibus Juri communi derogantibus.*
XXV. *Removetur, earumque suos intra limites efficacia ostenditur.*
XXVI. *Diversi hujusce Patrii Juris moderatus usus libertates Ecclesiarum Germaniæ, Gallicanis non inferiores, constituit.*

I.

Insignem profecto operam rei tum literariæ, tum communi Germanicæ ii præstiterunt, qui illuminatioribus hisce nostris sæculis inter cæteras antiquitatis venerandæ reliquias Jus quoque Germanicum ex obscuris oblivionis injuriosæ ac densæ ignorantiæ tenebris in apertam nunc publicamque lucem protraxerunt, atque suis tum doctrinis ac prælectionibus, tum commentariis atque varii generis elucubrationibus illustrarunt (a).

II.

Varia id fata eo detruserant, præterquam enim, quod post Imperatores Carolingicos paucis admodum legibus incrementum sumpserit, eæ, quæ ex eorundem temporibus supererant, stirpe Carolingica extincta, partim a Ducibus Germaniæ & Comitibus ad plenissimam libertatem adspirantibus (a), partim etiam Clericorum in dissidio illo magno Sacerdotium inter & Imperium, Impe-

N 2 rato-

(a) Recensentur apud Jo. Henr. Christ. de Selchow in Elementis Jur. Germ. priv. hod. in Præfat. & Cap. I. Sect. III. de Subsid. & Adminic. Jur. Germ.

(a) Conf. Ludewig in Germania Principe post Caroling. sub Conrad. I. & Gundling Differt. de Statu Reipubl. Germ. sub Conrad. I. Steph. Baluz. in Præfat. Capitul. §. I.

ratores piissimos eorum authores vel commemorare ex odio irrationabili st dedignantium (*b*), opera suppressæ fuerunt, &, quæ infelicitas eiden pluribus aliis antiquitatis monumentis communis fuerat, Universitatum earum in Germania penuriâ, adnitente sæculorum illorum barbarie, atqu sequa Juris manuarii injuria in desuetudinem primum, ac demum in ol nem, imo totalem penitus interitum devenerunt, atque arbitrariis potius cum, qui prævia plerumque antecessorum præjudicia sequi solebant, opi bus locum fecerunt (*c*). Successit dein per reduces ex Universitate Bono aliisque Academiis Italicis Germanos Jurisprudentia Romana imbutos atq plicationis avidos Juris peregrini amor, qui Patrio contemptum accivit, sima Juris Canonici cum eodem Civili connexione adjutus, ac propiori faci ad Dicasteria atque tribunalia, imo in ipsas Imperatorum & Principum promotionis spe accensus. In his videlicet antiqua morum Germanorun plicitas sensim exulabat, & principiorum Juris Germanici paucitas, ex q alioquin difficilior erat ad casus omnes particulares atque conclusiones ren res applicatio, negotiorum quotidie occurrentium multitudini haud an sufficere videbatur; cum econtra major casuum ipsamet Juris Romani lite cisorum copia ingentem Judicibus facilitatem præstaret. Doctorum dem Glossatorum, quibus omne, quod Romanum non fuerat, desipuit, vel i vel ineptia paucas ejus reliquias, varias videlicet consuetudines, tanquan duas ex naufragio tabulas, suis deliramentis admodum dehonestavit, ut iis pro sæculi genio quandam eruditionis laudem affectabant, erubescendæ viderentur.

III.

De restituendo igitur Juris Germanici nitore, aliquoties authoritate lica cogitatum fuisse, non obscura extant Historiæ monumenta. Jam eni Comitiis Anno MCCCCXLI. a FRID. III. Imp. Moguntiam convocatis inju Patriæ Doctorum conatibus obviari voluit, ut antiqua judiciorum simpl rediret (*a*). MAXIMILIANUS etiam I., immortali memoria dignus re

(*b*) De Burcardo id testatur ESP N Tractat. Hist. Can. P. V. C. 2. §. 3. Idem P. IV. C. 3. §. 6.

(*c*) STRUBENS Nebenst. Tom. 1. p. 515. Tom. 2. p. 463. Tom. 3. p. 52. 5. p. 457. Add. SELCHOW. l. cit. Cap. I. Sect. 2. §. 8.

(*a*) MULLER Reichstags Theat. sub Frid. III. P. 1. Cap. V. pag. 58. GOLDAST. Reichssatzungen P. I. pag. 166.
Add. HERM. CONRING. de Orig. Jur. Germ. Cap. 32. qui tamen dem reformationem Cæsari, & Comitiis potius pro communi deliberat oblatam, quam ab ipso prolatam autumat, & eandem benigna interpretat adversus abusum duntaxat, & Rabulas Doctorum ordini permistos, indig que hoc nomine mitigat.

diciariæ Germanicæ reſtaurator, Jurisprudentiæ turbatæ, novo Legum Codice, authoritate publica ſubvenire voluit, prout refert SEBAST. DERRERUS Jurisconſultis magni nominis, & ad coævos ſibi multos rei teſtes, qui tum inclyti Principis a ſecretis & ſacris ſcriniis proximi fuerunt, provocat. Hic ipſe quoque conatum quendam hac ſuper re edidit (*b*), & CAROLUM V. monuit, ut id operis ſuſciperet, cujus tamen propoſito haud dubie motus bellici obſtiterunt. Nec poſtea in Imperio fuit, qui id ſerio-tentaret, ſed potius cuncta priſtinæ & inolitæ jam confuſioni relicta (*c*). Privati proinde hanc ſibi curam ſumpſerunt, &, facem præferente Hiſtoria medii ævi frequentiori ſtudio, varia, quæ antiquos mores & leges illuſtrant, monumenta in lucem reproduxerunt; diverſitatem principiorum, queis Jus peregrinum ſæpe nititur, attentiori ſedulitate perluſtrarunt, atque inde non potuit non redire major Patrii Juris reverentia, frequentiorque tam in ſcholis, quam in foris uſus ac continua in negotiis illuſtrioribus applicatio.

IV.

Admodum ſane laudanda eſt hæc recentiorum ævi noſtri Doctorum adverſus ſuos Anteceſſores æmulatio, juſta Jurisprudentiæ Patriæ cum peregrina, receptæ in Germania hoſpitalitatis immemore, contentio. Certum quippe eſt, iisdem ex cauſis antea recenſitis, quæ Juris Patrii ſenſim oblivionem minoremque æſtimationem induxerunt, Jus peregrinum tacito tantum ſcholarum & Doctorum primum, dein Judicum ex iis ad tribunalia evocatorum uſu, non authoritate Legislatorum & Imperantium ſummorum publica invaluiſſe. . . Favoribus autem & honoribus, quos plerumque poſt itinera in Italiam ſuſcepta in Germaniam ſecum adductis Legum Doctoribus detulerunt, Academiarum quoque publicarum, in quibus id doceretur, inſtitutione, imo & Beneficiorum Eccleſiaſticorum deſtinatione, plurimum ejus receptionem adjuverunt (*a*). Quæ enim de LOTHARII II. Imperatoris diſerta approbatione ac reſtauratione circumferuntur, falſa eſſe & ſuppoſititia HERM. CONRING. (*b*), atque ex eo JO. SAL BRUNNQUELL (*c*) commonſtrarunt. Reliqua omnia, quæ quandoque ex illo Jure in contractus Perſonarum præcipue Illuſtrium, imo in Leges patrias eo tempore conditas, in Receſſus Imperii inſerta ſunt, mere

(*b*) Ut refert SENCKENBERG in Method. Jurisprud. Univ. Append. III. §. 5.

(*c*) De Conatibus variis STRUV. Hiſt. Jur. C. VI. §. 43. p. 557. ſeqq. & ANONYMUS Medicina Rabuliſmi p. 34. ſeqq.

(*a*) Notoria hæc ſunt de FRIDERICIS I. & II. de LUDOVICO BAVARO & CAROLO IV.
De *Beneficiis* ex Conc. Conſt. ſub SIGISMUNDO conſtat.

(*b*) De Orig. Juris Germ. Cap. 22. & ſeqq.

(*c*) Hiſt. Jur. Rom. Germ. P. III. M. 2. C. 10. §. 4.

mere privatam, scholasticam, & instrumentalem ejus applicationem produn
Legalis vero & publica in foris Germaniæ receptio ad finem sæculi XV. moc
referenda, & MAXIMILIANO I. debetur, dum Camerale Judicium fund
vit, in eoque publicam Juri Romano, quod tanquam Commune a Patrio
particularibus statutis distinxit, authoritatem indulsit. Idque abundantius ali
ejusdem Imperatoris Constitutiones cum dicta Ordinatione Camerali conspira
tes enuntiant (*d*). Eandem posthac dicti Juris gloriam successores Imperat
res novis auxerunt incrementis. CAROLUS V., FERDINANDUS I., M
XIMILIANUS II., RUDOLPHUS II, FERDINANDUS III., ut pat
ex Edicto Norimb. de Anno MDXXI. & Ord. Cam. de eod. Anno Tit. XXXI
§. II. item de Anno MDLV. P. I. Tit. LVII. Ord. Polit. de Anno MDLXXVI
Tit. XVII. §. VIII. Præcipue autem notari meretur Constitutio Caroli
Criminalis in Præf. Art. CXVII. CXVIII. ac præterea CXXXV. Si de pa
ticularibus quibusdam Imperii territoriis sermo sit, forsan jam ante prælaud
tam Cameralis Judicii institutionem receptio Juris Romani in Ordinationib
Provincialibus aut Statutis municipalibus quibusdam, plerumque per vocat
in consilium ejusdem Doctores conditis deprehenditur (*e*).

V.

Receptionem hanc Juris scripti antiquis Germanorum legibus & morib
sensim nocere debuisse connaturale prorsus fuit, cum hi non æque in scrip
exhiberi possent. Eliminari tamen penitus patria Jura haud unquam volueru
Id Italis adeo contigit, ubi prius ejus usus invaluit, ac primum restauratus f
Ibidem enim omnes Leges antiquæ pro lubitu cujuscunque electæ & consu
dines salvæ, immo Juri Civili Justinianæo prælatæ fuerunt. Et Italis Imper
res singuli de conservandis eorum propriis consuetudinibus jurare solebant
Nos igitur, cum libera voluntate & Italorum ductu ac imitatione, ut omn
rum gestarum & superius enarratarum series docet, Justinianæa sensim se
que-recepimus, non pejori sane, atque illi sunt, loco esse voluimus.
ita receperunt, ut patria instituta sibi salva vellent, istaque præferren
quis eisdem uti vellet, ergo & Nos. Tenacius Germaniam antiquis m
inhæsisse Nationis tulit indoles (*b*). Rei gestæ docet historia (*c*). Et i

(*d*) Tabulæ Fœderis Suevici de A. MCCCCXCVI. Tit. 10. Ordin. Camera
MDVII. Art. 34. §. 2. & Art. 36. §. 12.

(*e*) STRUBEN Nebenst. P. V. Abhandl. 32. §. 8. & 11.

(*a*) Conf. SENCKENB. Meth. Jurisprud. App. III. §. 34.

(*b*) Testatur enim jam TACITUS plus semper apud Germanos valu
mores, quam scriptas leges.

(*c*) Ideo in Italia inde a Friderici I. tempore statuta litteris mandata fu
Justinianæa prævalerent.

mum Cameralis Judicii institutio (*d*). Juramenti demum Assessoribus præscripti formula, sicut & posteriores ordinationes Camerales (*e*) disertis verbis produnt, ex quibus omnibus manifestum fit, receptum quidem publico Imperii consensu Romanorum Jus in forum potissimum, quod Camerale appellamus, non

Idem motivum Author speculi Saxonici, EPKO A REPKAU sibi fuisse fatetur intuitu Juris Canonici.

(*d*) Inter alia enim ita cautum legitur: Ein jeder solle seine Unterthanen in ordentlichen Gerichten, Rechten und Obrigkeiten lassen, und halten, nach eines jeden Fürstenthums, Grafschaft, Herrschaft und Obrigkeit Herkommen und Gebräuchen.

(*e*) Hæc formula habetur in Codice der Reichs-Abschieden, & quidem prout paulum emendata est in Comitiis Wormat. A. MDXXI.

Diese Alle sollen zuvor Unser kaiserlichen Majestät geloben, und ein Eid zu Gott, und auf das heilige Evangelium schwören, Unserm kaiserlichen oder königlichen Kammergericht getraulich, und mit Fleis obzuseyn, und nach des Reichs gemeinen Rechten Abschied, und den jetzt bewilligten, und auf diesem Reichstag aufgerichten Frieden, in Religion, und anderen Sachen, auf Handhabung des Friedens, und nach redlichen ehrbaren und ländlichen Ordnungen, Statuten, und Gewohnheiten der Fürstenthumen, Herrschaften, und Gericht, die vor sie bracht werden, dem Hohen und Niederen, nach seinen besten Verständniß gleich zu richten.

In eadem Verba jurare Assessores illos jubet Constitutio FERDIN. I. Anno sæculi ejusdem quinquagesimo quinto publicata; vid. Ordinat. Cameral. P. I. Cap. LVII. & eodem pertinet, quod de Judicibus istis decernitur P. I. Cap. XIII. Die Beysitzer des Kammergerichts sollen in keine Sach, sie seye so gering, als sie immer wolle, allein auf ihr Gutbedünken, oder eigen fürgenommen, und nicht den Rechten gemäß informirten Gewissen, sondern auf des Reichs gemeine Rechte, Abschied, und den jetzt bewilligten, und auf diesem Reichstag aufgerichteten Frieden, in Religion, und andern Sachen, auf Handhabung des Friedens, und ehrbare ländische Ordnungen, Statuten, und redliche ehrbare Gewohnheiten der Fürstenthümer, Herrschaften, und Gericht, die für sie gebracht werden, wie solches von Alters jederzeit Kammerrichtern, und Beysitzern auferlegt, und gehalten worden ist, nach Vermög und Ausweisung ihres Eids, Urtheil fassen, und aussprechen.

Eadem de Causa CAROLUS V. Cæsar in Decreto Comitior. Augustanorum A. MDXLVIII. promisit sese constituturum judicii Præsidem, & Assessores Consuetudinum Germanicarum peritos. Und nachdeme Uns als Römischen Kaiser zustehet und gebühret, einen Kammerrichter Unseres kaiserlichen Kammergerichts zu verordnen, so wollen Wir solch Unser Kammergericht anfänglich mit einem geschickten ansehnlichen, und erfahrnen Kammerrichter aus deutscher Nation gebohren, der Uns und dem Gericht ehrlich, und fürständig, auch dieser Nation löblichen Gebrauch und guten Gewohnheiten erfahren seye, förderlich versehen: folgends aber auf gemeiner Stände obgemeldte unterthänigste Heimstellung wollen Wir berührt Unser Kammergericht in Nahmen, und von wegen, auch aus unterthänigstem Zulassen der Churfürsten, Fürsten und gemeinen Ständen, mit geschickten, gelehrten, tüglichen, verständigen, qualificirten Beysitzern aus deutscher Nation gebohren, und derselben Gebrauch und guter Gewohnheiten erfahren, besetzen.

non tamen ut ex uno illo ſententiæ dicerentur, ſed conſuetudinibus & ſtatutis ſuo loco relictq, adeoque hactenus tantum, in quantum illud Jus receptis moribus & Legibus non adverſatur. Quæ vero Cameralis, eadem & Aulici Cæſarei Judicii eſt ratio. Non enim hactenus ulla ibi eſt diverſitas. Ideoque ſufficit iſthæc tantum de Camerali attuliſſe.

VI.

Sunt quippe certa quædam negotia, quæ ſicut originem ſuam moribus Nationis Germanicæ propriis debent, ita non ex alio quoque, quam Patrio Jure præcipuam ſuam deciſionem petunt, & applicationi Juris Juſtinianæi nullum omnino, aut perexiguum, atque e longinquo ſatis per analogias accerſitum relinquunt locum. Eo ſtatus hominum præcipue pertinent, uti diſtinctio ſervorum ſeu hominum propriorum, prolium unio, bonorum inter conjuges communio, Magiſtratuum Judicumque poteſtas atque officia, Jus retractus gentilitii, Jura villicorum, & innumera alia. Nonniſi inepte hæc ex principiis toto cœlo diſtantibus, ſervitutis Romanæ, adoptionis, ſocietatis, emphyteuſeos ſolitarie dijudicarentur, quamvis quandam cum iis ſimilitudinem præ ſe ferre videantur.

Sunt & alia quædam plura, quæ utrique quidem Nationi communia penitus ſunt, uti filiorumfamilias relatio ad patres, pacta, ſucceſſiones, donationes inter conjuges &c.; ipſæ tamen illæ, queis diriguntur, Leges Romanæ ac peregrinæ tam noſtris moribus ſunt contrariæ, ut rurſus per omnia plenam ſui applicationem invenire haud queant. In his ſæpe admodum difficile dignoſcitur, quodnam potius Jus ſubſervire illis debeat, quorum unum univerſalem pro ſe quidem receptionis præſumptionem habet; alterum tamen, tanquam patrium, cum præjudicio antiquarum conſuetudinum, quarum maxima vis eſſe ſolet, eliminari penitus noluiſſe, ſuperius demonſtratum fuit. Reapſe vero, ſicut in multis Juris articulis antiquos mores immutatos fuiſſe negari nequit; mixtura etiam utriusque Juris ſimul obtinet, atque ut GRIBNERUS (a) generatim aſſerit, non uno ſed multiplici Jure utimur, & quandoque, principio licet rejecto principiatis tamen locum damus, rejectis quandoque certis effectibus, alios tamen admittimus. Hæc proinde ſecernere uti magnam habet neceſſitatem, ita nonniſi perfectam Juris Germanici requirit experientiam atque prudentiam, quam varii ejusdem Patroni aut Cultores eximii ſuis lucubrationibus inſigniter adjuvare contenderunt.

VII.

Non minorem tamen uſu ipſo abuſum hodie Juris Germanici eſſe, jam dudum Eruditi animadverterunt, qui ita inter antiquos Jurisconſultos plus juſt

erg

(a) In Diſſ. *de Jure incerto ob dub. LL., quibus utimur, Author.*

erga Romanum affectos, & hodiernos Novatores, qui id penitus abrogatum & e foris nostris eliminatum cuperent, &; quantum ex ipsorum parte est, reapse statuunt, media incedere via studuerunt, ut sua quidem Juri Patrio reverentia habeatur atque restauretur, nec tamen sus deque omnia in foris vertantur. Non enim in Legibus demum inducendis versamur, aut de Jure peregrino etiamnum recipiendo agimus, ubi aliam forsan rationem subeundam prudentia legislatoria exposcere videretur, ut cohærentior esset inter principia & conclusiones inde petendas nexus, qui hodie in tanta, quam asseruimus §vo præcedente, Juris utriusque mixtura quam sæpissime desideratur. Non jam eam ætatem vivimus, ut tanquam re integra judicare liceat, nec jam quærendum est, an hoc vel illud recipi debuerit, an non antiqua instituta præferenda? An Jurisprudentia evaserit hiulca? Sed hoc unice quærendum: an receptum sit? hoc semel evicto, Judicibus æque ac Doctoribus, quibus vel immediata legum ad subditorum controversias applicatio vel Juventutis studiosæ manuductio commissa est, sola obsequii gloria est relicta. Nec enim privato ausu eliminari potest Jus publica authoritate, tacite licet, receptum, nec Doctorum Judicumve est, de Legibus, an concinnæ an cohærentes sint, sed secundum Leges judicare (a).

VIII.

Arrident hæc ingeniis Philosophicis, quæ connexionem ubique sibi constantem etiam in Jurisprudentia exigunt. Nec abnuo, rem valde optabilem esse. Sed experientia docet, aliam nunc esse faciem Jurisprudentiæ Romano-Germanicæ. Colluctati sunt jam per aliquot Sæcula antiqui Germanorum mores cum Jure Romano, & posterius sæpissime palmam tulit, subinde tamen etiam istis vigorem suum conservantibus. Orta est inde Jurisprudentia ex diversis principiis conflata, quæ si in eadem materia concurrant, eam non possunt non male cohærentem reddere. Stomachum id movit Jurisconsultis cordatioribus nostri temporis, qui ideo vices Jurisprudentiæ nostræ haud immerito dolent. Id vero male me habet, quod ipsi privati, dum Legum duntaxat ministros agunt, malo huic medicinam per se ac Marte proprio dictatorie afferre præsumant, quam tamen soli Potestati legislatoriæ reservatam esse convenit. Quæ enim principia per plura abhinc Sæcula toties quoties in summis Germaniæ tribunalibus regnarunt, de eorum receptione frustra hodie disputatur. Esto errori omnia deberi, tam altas tamen per tantum temporis lapsum radices egere principia ista,

(a) Peccavit hoc in puncto tenui meo judico Illustr. Dn. THOMASIUS, qui in plerisque suis scriptis potissima argumenta contra Jus Romanum inde petiit, quod leges Romanæ ad mores Germanorum parum quadrent, & quidquid hac in parte factum, ex errore processisse, quasi Jus Romanum Germanos per se stringeret, & integræ Authoritatis esset.

ista, & fundamenti loco non sine præscitu, imo consensu summæ Potestatis, substrata sunt, ut privata authoritate evellicari nequeant. Iis nimirum, quæ semel in Judiciis, utut invita forsan Minerva, invaluerunt, eo usque insistendum, dum publica authoritate aliud præceptum fuerit. Diversum plane munus est, novi cujusdam TRIBONIANI, cui authoritate publica concinnandi Legum novarum nobisque aptiorum Codicis cura committitur, & aliud BARTOLI, cui veterum aut docendarum aut applicandarum munus demandatur. Nec tamen & huic succensendum venit, si in solis desideriis votisque persistat, & usum theoreticum, meliorem principiorum cohærentiam monstrando, ab usu practico sedulo distinguat.

IX.

Præcipuum proinde Juris hujusce abusum in eo collocandum esse colligitur, dum ita illud stabiliri cupit, ut Juri Romano nullus locus amplius relinqui velit. Multo potius operam Jurisconsultis in eo collocandam esse autumo, ut sollicite discernant, & studiosæ legum juventuti inculcent, quid ex antiquis moribus retentum, quid ex peregrino Jure super adjectum sit, ne ex una parte totam farraginem legum Romanarum ad prorsus expungendos, qui superstites etiamnum sunt, mores patrios in praxin deducendam putent, neve ex altera parte incommodum quendam & otiosum arbitrandi & opinandi pruritum degenerantes Jurium studiosi, qui e scholis in fora prodeunt, ex vago quodam Juris Patrii prævalentis prætextu in sola simplicitate Juris Naturæ subsistendum existiment, & rem justitiariam Germaniæ in antiquum præjudiciorum, aut singularium cujusque Judicis præoccupati opinionum chaos retrudant. In iis adeo negotiis, quæ certissime ex Jure & moribus Germaniæ suam originem petunt, Jure Romano hodie nos penitus carere non posse, expertissimi Jurisconsulti testantur, dum ad illius negotia analoga recurri sæpe necessitas & Juris Patrii penuria exigit, hujus vero defectum petita ex illo rationis undequaque convenientis identitas supplet. Id quod scite animadvertit LEYSERUS (a). Media proinde via, uti semper, in hoc etiam passu est optima. Nec amori, nec odio vel patrii vel peregrini Juris quidquam tribuendum, sed qui se res ipso actu habeat, sine partium studio inquirendum. Optandum, ut cordatus quidam Jurisconsultus hoc labore per omnes partes Juris & per singulas materias eundo defungeretur. Multum hoc ad tollendam Juris incertitudinem aut minuen-

(a) In Medit. ad ff. specim. 29. Medit. 5. Gravissimus ille Doctorum nonnullorum error est existimantium, mores Germanicos, si in quadam circumstantia a moribus Germanorum recedant, totius negotii naturam adeo mutare, ut jam nihil ex legibus Romanis applicari possit.

Exempla ab eodem allegata recenset STRUBEN Nebenst. part 5. Abhandl. 32. §. 13.

nuendam saltem conduceret. Et eo reapse tenderunt, qui suis tum ad Instituta Justinianæa, tum ad Pandectas Commentariis usum quoque modernum moribus videlicet Germaniæ accommodatum modeste adjungere allaborarunt.

X.

Maximum profecto, quod hac in re occurrit, incommodum illud esse censetur, quod Juris ejusmodi Patrii probatio difficillima esse soleat, quam tamen asserenti hodie incumbere expeditum est. Neque enim e numero illorum multi esse solent, qui antiquis Salicarum, Alemannicarum, Bojoariarum, Ripuariarum, Saxonicarumve Legum collectionibus aut Carolingicorum Capitularium libris eam, quam quondam habuerunt, vim, efficaciam & authoritatem tribuant; econtra vero ab iis, qui in textu quodam Juris Civilis Romani se fundant, receptionis ejusdem, tanquam exceptionis cujusdam, probationem exigant. Non omnibus Germaniæ populis illas scriptas fuisse satis constat. Singula singulis Germaniæ populis sua Jura fuerunt, quorum in quibusdam quidem aliqua consensio, in plerisque tamen ingens deprehenditur diversitas (*a*). Universales econtra Germaniæ Leges paucissimæ exhiberi poterunt, si sola forsan Capitularia Carolingicorum excipias, sed ex his etiam aliqua duntaxat. Omnia enim ad Germaniam nequaquam pertinuerunt, sed ea tantum, quæ eo directa fuerunt. Ad Italiam enim tendebant reliqua permulta. Quæ vero huc directa sunt perpauca, plenam Juris Germanici notitiam haud complectebantur, ut potius Jura Germanorum privata sub Carolingis etiam Imperatoribus maximam partem ex receptis moribus & consuetudinibus iisque diversissimis constitisse videantur (*b*). Perpaucæ vero, quas diximus, universales Leges subditorum æque ac Legislatorum, Judicum quoque ac Jurisconsultorum oculos animosque per plurium adeo intermediorum Sæculorum cursum latuerant, earum proinde omnium omnimoda oblivio, atque densa ignorantia, secutaque inde continua in Judiciis inobservantia luculentissimo est argumento, nec a Principibus, nec a populis authentiam Legis scriptæ illis relictam, quam vero quondam habuerant, ipso non usu nunc demum ademptam fuisse præsumitur, utpote qui æque ad vim ejusmodi adimendam sufficit, quam usus diuturnus praxi cuidam & observantiæ continuatæ vim Legis ex communi Legum & Docto-

O 2

(*a*) Exempla & causas allegat STRUBEN Nebenst. 5ter Theil, Abhandl. 32. §. 15.

(*b*) Id quod SAGITTAR. in Antiquitat. Ducat. Thuring. lib. 4. Cap. 7. §. 2. Verbis AGOBARDI Archi-Ep. Lugdun. in Lib. adversus legem GUNDOBADI Cap. 4. sequentibus illustrat. „Si non tantæ huic divinæ operationis unitati aliquid obsistat, tanta diversitas legum, quanta non solum in singulis regionibus, aut civitatibus, sed etiam in multis domibus habetur, nam plerumque contingit, ut simul eant aut sedeant quinque homines, & nullus eorum communem Legem habeat cum altero.„

Doctorum consensu attribuit. Siquæ vero ex illis adhucdum in viridi vigeant observantia, in Leges non scriptas atque meras consuetudines nunc abierunt, quarum probatio, cum facti sint, certissime asserenti incumbit, nisi saltem aliunde jam notoriæ esse dignoscantur.

XI.

Receptio vero generalis Juris Romani in integro suo, ut ajunt, complexu, aut ut alii malunt, per aversionem Legibus adeo Imperii publicis firmata plenissimum eidem fert suffragium, atque præsumptionem communem conciliat, ut, licet tanquam subsidiarium & in defectu duntaxat Legum patriarum obtinere debeat, eousque tamen pro se præsumptionem hancce retineat, dum Leges ejusmodi patriæ moribus hactenus continuis uniformibus retentæ doceantur. Id autem cum sæpe difficulter attingi queat, verendum vehementer est, ne sæpius Jus ejusmodi Germanicum jactitetur, ubi revera illud extare, re maturius discussa, haud reperietur. Incauta enim & Jurisconsulto indigna prorsus est mores universales affirmandi cupiditas, quales difficillime Juridicis æque ac historicis argumentis evinci poterunt. Et recte animadvertit JOAN. SAM. FRIDER. BOEHMER (a) a particulari ad universale argumentum hic nullatenus concludere, nec Jus Germanicum moribus retentum exinde satis convinci, quod particularia quædam Provinciarum aliquot statuta uniformia etiamnum exhibeantur.

XII.

Difficultas vero ista ad Jus Germanicum *Antiquum* & *Medium* potissimum spectat, quorum prius ad extinctam usque stirpem Carolingicam extenditur. Posteriorem Epocham a CONRADO I. MAXIMILIANUM I. usque statuimus. Utriusque proinde usum magis historicum admittimus magnum quidem & peregregium, non pragmaticum & immediatum juridicum aut forensem. Sed antiquitatis meræ Juris Germanici loco haberi debent, & ad deducendas Jurium hodiernorum Patriorum, aut morum etiam, qui aliunde superesse & vigere probantur, origines conducunt. Unde quæ de proedria Juris Patrii & Germanici præ Jure Romano tanquam peregrino & subsidiario dicta sunt, ad Jus *Novum* Germanicum præcipue pertinent, quod constitutiones & Recessus Imperii, Ordinationes & constitutiones Provinciales, nec non mores & consuetudines particulares singulorum territoriorum legitime probatas complectitur.

XIII.

Quantum vero Juris Germanici ad CANONICUM habitum attinet; eatenus negotia mere civilia adiaphora & sæcularia privatorum ab aliis negotiis mere Eccle-

(a) Differtat. de Præjudicio Juris Germ. in causis priv. §. 7.

Ecclesiasticis distingui omnino merentur. Nam profana quoque plurima in Jus Canonicum præcipue Pontificium translata esse constat, sive contractus, sive testamenta, sive processum forensem utrumque, ejusque formam & ordinem spectemus. Atque in iisdem majorem sane Juris Canonici cum eodem Patrio sive Germanico affinitatem Jure merito sustinemus. Quantum enim Jus Canonicum a formalitatibus & subtilitatibus Juris Civilis, summoque ejus rigore, qui sæpe summa injuria dicitur, recedit, tantum Jus idemmet antiquo Nationis nostræ candori ac genio, consequenter & moribus ac Legibus propius accedit; ut vel particularia quædam pactorum nudorum, futuræ hæreditatis renunciativorum, Juramenti, resarcitionis damnorum per delictum datorum, ordinis judiciarii, &c. argumenta percurrenti deprehendere haud est difficile. Neque mirum id videri debet, cum Leges Romanæ ab Ethnicis Imperatoribus vel Jurisconsultis magnam partem sint profectæ, quas condire, instruere & attemperare summis Pontificibus consultum non modo visum, sed æque facile fuit; præsertim cum Jus Canonicum pluribus Sæculis Jure Justinianæo posterius sit, ex alienis plurium Glossatorum & Interpretum laboribus & collatis inter se matura longaque discussione eorundem opinionibus concinnatum, ideoque ætati nostræ, simul & moribus propinquius.

XIV.

Inde generatim Jure merito ea deducitur conclusio pro nostra Germania, Jus Canonicum pro se præsumptionem generalem *in thesi & per aversionem* habere, quod in materiis etiam mere civilibus & adiaphoris Juri Civili Justinianæo prævaleat, ubi aperta & irreconciliabilis inter utrumque pugna deprehenditur. Etenim

1) Majori cum veneratione & æstimatione illud in nostris partibus inde ab initio receptum & semper habitum fuit, quam ipsum Imperii nostri systema ex Statibus Ecclesiastici Ordinis majorem partem compositum plurimum adjuvit, cum hi Juris proprii ex origine sua Ecclesiastici magis partes sequerentur. Imo

2) ipsiusmet Juris Canonici usus in causa fuit, cur Justinianæum, sine quo illud satis intelligi pleneque exhauriri non poterat, adoptari simul debuerit. Applicari proinde meretur Philosophicum illud Axioma: *propter quod unum quodque tale, illud magis tale.*

3) Ecclesiasticis certe & Collectoribus ac Doctoribus, & Judicibus atque Notariis, qui primi Jure Civili Justinianæo in suis foris usi sunt, ejus generalem receptionem in acceptis refert Illust. de SENCKENBERG (*a*).

O 3 4. Prius

(*a*) In Methodo Jurisprud. Append. III. §. 42. usque 48.

Ad

4.) Prius quoque tempore in Germania Jus Canonicum fuisse; ex hisce necessario consequitur, potius proin authoritatis & energiæ suæ proedria fuisse, & etiamnum esse colligitur. Speculum Saxonicum Sæculo jam XIII. conditum plenam Juris Canonici receptionem ejusque tum observantiam nobis testatur. Ideo enim ab EPKONE de REPKAU conscriptum illud fuit, ne Pontificiæ Decretales tum temporis in fora Germaniæ penetrantes Jus Saxonicum atque antiquum Patrium penitus excluderent, idque in oblivionem ac interitum totalem detruderent (*b*). Speculum etiam Suevicum circa finem ejusdem Sæculi XIII., uti creditur privata quidem authoritate compilatum ejus rei testimonium luculentum reddit (*c*). Juris econtra Civilis Justinianæi, si paucas phrases Instrumentis Contractuum per Notarios conceptis hinc inde insertas excipias, altum adhuc silentium in aliis Documentis publicis.

5.) Inde etiam est, quod RUDOLPHI I., ALBERTI I. & LUDOVICI IV. Constitutiones post Specula productæ Novellarum quasi in modum, non Juri Romano, ut in Italia, illic communi cum Longobardico, sed Codicibus utriusque Speculi in Manuscriptis additæ fuerint. Hæc vero in Codices Juris Alemanniæ & Saxoniæ illatio, non forte fortuna facta; sed quia hi Codices eodem modo, quo in Italia Leges Longobardicæ concreverant, & Juris Cæsarei apud nos haud secus, ac Jus Romanum Justinianæum, cui ideo & Leges novæ illic addendæ in Italia species erant. Hinc vero Imperatores simili modo

Ad Collectores pertinet, quod REGINONIS disciplina Ecclesiastica, & BURCKARDI WORMAT. Decretum vulgo dictum Romana multa etiam Justinianæa continuerit, de GRATIANO nemini dubium esse potest, & vel sola ejusdem Decreti superficiaria perlustratio luculenter demonstrat.

Quantum ad Judices adque Notarios IDEM l. c. §. 42. ex horum sententiis atque formulis usum ejusdem Juris privatum infert; sed eas ex Italia, unde omnes fere nostri Notarii erant, aut illic studiis incubuerunt, in Germaniam traductas asserit & causis Monasticis aut Clericorum ubilibet hoc Jus ambientium applicatas.

Id ipsum repetit §. 45. in verbis: „*Nihil ergo Romani apud nos usque ad* RUDOLPHUM I. *nisi in Clericorum causis ex Jure Romano, Decreto, & Decretalibus definitis.*

Et demum §. 47. Novi Doctores, novi Glossatores, novi Notarios, Legis peritos LUDOVICI IV. præcipue ævo in Germania. Sed novi etiam eos paucis exceptis, Clericos, aut Monachos fuisse, uno vel altero in Sæculo existente.„

(*b*) Vid. Art. III. L. I. des Land-Rechts. Der Pabst mag kein Recht setzen, da er Unser Land-Recht oder Lehen-Recht mit ändern oder kränken möge.

(*c*) L. I. C. 5. Us den zweyen Büchern Decret, und Decretal, nimmt man all die Rechte der Geistlichen, und weltlich Gericht bedarf.

modo in Germania, ut in Italia ab iis id factum, authenticas suas Germanicas, his Germaniæ Codicibus inferri jusserunt. Nec Statutis Civitatum antiquissimis, quæ Sæculo XIV. condi cæperunt, aliquid ferme Romani immistum fuit. Quamprimum vero GREGORIUS IX. anno MCCXXX. Decretales suas edidisset, easque ubivis mandasset observari, quæ tunc temporis erat Paparum authoritas, haud dubie Pontificii Juris usus statim etiam in Germania cæpit.

6) Codices quoque Manuscripti in subsidium vocantur. Juris enim Canonici, Decreti & Decretalium jam Sæculo XIII. ingens copia in Archivis & Bibliothecis Principum reperitur, prout testis esse potest BÖHMER (*d*). Juris vero Civilis Justinianæi vix exempla Manuscripta ostendentur jam tum ibidem recondita.

7) Ut sane minus dubitemus, facit, quod primi Juris Canonici Glossatores Germani fuerint, quos inter fere Princeps JOANNES SEMECA a Paria Teutonicus Italis vulgo dictus Glossas in Decretum confecit mortuus anno sæculi illius quadragesimo quinto. Hic enim est ille, qui in versiculis tumulo inscriptis audit: *Lux Decretorum, Dux Doctorum, Via morum.* Ejus vero industriam alii quoque Germani tum secuti sunt, ut Pontificii Juris interpretes diu ante Germania dederit, quam Romani. Author ANONYMUS historiæ Archi-Episcop. Bremen. a LINDENBROGIO editus testatur Anno MCLXXIX. BARTHOLDUM quendam electum Archi-Episcopum Papæ fuisse commendatum Decretorum Legumque peritia.

8) Firmatur ulterius hæc sententia, quod in fundationibus Academiarum in Germania Jus Canonicum unice principio doceri fuerit præceptum (*e*).

9) Accedit generalior consuetudo terrarum Germani soli ac vicinorum Regnorum observantia, quæ ex communiter contingentibus generalem præsumptionem Juri Canonico tanquam prærecepto conciliat in iis rebus, in quibus a Jure Justinianæo differt (*f*).

10) Atque ipsas demum particulares Juris utriusque differentias a diversis jam Authoribus & Commentatoribus in unum collectas, si percurrere libuerit, aut eas tales non esse, utpote congrua Juris Canonici tanquam posterioris

(*d*) In Præf. id Corpus Juris Canon.

(*e*) Quod de PRAGENSI Academia a CAROLO IV. e recta probat BOHESL. BALBIN. Epit. hist. rer. Bohem. L. IV. C. 6. de HEIDELBERGENSI de Anno MCCCLXXXVI. Chronicon Belgicum pag. 343. & ipsum fundationis Diploma RUPERTI apud SCHILTER Disp. de Investitura Simultan. Princip. C. 3. §. 2. & Dominus FLOERCK de prærog. Juris Canon §. 8.

(*f*) Testatur id in GALLIA BARTHOL. a CHASSAN. Conf. 63. De ANGLIA D. LYNCKER de Gravam. extrajud. Sect. 2. §. 1. num. 19.

rioris distinctione & interpretatione conciliatas, aut siquæ remaneant, Juris Canonici discrepantem a Civili decisionem atque sanctionem in utroque foro observari, apparebit.

11) Præterea si Doctorum authoritate ac testimoniis pugnare animus est, ii certe & quidem e Protestantium adeo numero celeberrimi pro hac Juris Canonici prærogativa dimicant, quos paucis duntaxat infra indigitamus (*g*).

12) Po-

(*g*) Hos recenset Jo. Hen. Mollenbec. in Apparatu Jur. Can. Eccl. Justin. pag. 54. videl. Pagenst. Orat. de Præstant. & Us. Jur. Can. pag. 138. Boehmer L. I. *Juris Eccles. Protest.* Tit. de Const. §. 73. Thomas. in Caut. prærog. Jurisprud. Eccl. Cap. 25. §. 47. Lyncker Anal. ad Struv. Ex. 2. Th. 39. Titius in Thesaur. Schütz ad Lauterbach. Præfat. n. 54. Floerck Diss. de Prærog. Jur. Can. §. 10.

Addi merentur Verba jam laudati Christ. Thomas. Præfat. in hist. Jur. Eccl. Gerh. van Mastricht ∳. *Turpe est studioso Juris*, ubi dolet, Jus Canon. negligi, quod si non solum, præcipue tamen in praxi obtinere asserit. Probat assertum „In confesso est, Jus Can. diu viguisse in Germania, & per multa sæcula, antequam Jus Justinian. ex Italia in Academias; & ex Academiis in forum introduceretur. Post introductionem Juris Justin. in Germaniam non cessavit doceri Jus Canon. imo ante Reformationis tempora suam prærogativam præ Civili ob persuasionem videlicet singularis æquitatis & pietatis modo memoratam perpetuo obtinuit. Eadem persuasio effecit, ut Jus Justin. Jus Canon. in foro non potuerit loco movere. Porro cum Jus Canon. tractet non solum de negotiis ecclesiasticis, sed & de sæcularibus, videlicet possessionibus, acquisitionibus, testamentis, Contractibus, delictis, processu, & fere de omnibus, de quibus Jus Civile agit, fluit ex dictis, quod ante Reformationem Jus Can. obtinuerit in foris German. in illis quæstionibus., ubi a jure Civili discrepat, ea vero, in quibus Jus Can. cum Jure Civ. convenit, tum in foro observata fuerint, non qua sunt Juris Civ., sed qua Canonici. Post Reformationem tantum abest, ut Jus Canon. ex foris Principum Protestantium fuerit exactum, ut potius adhuc ubique obtineat, etiam, quod mireris, in Causis Ecclesiasticis, & talibus, ubi vel Confessio August. monere Judices Consistoriorum jubebat aliter pronuntiari debere, quod nuper circa causas matrimoniales peculiari Dissertatione *de reliquiis Sacramenti in Matrimonialibus* in Academia nostra fusius demonstratum fuit. Quare etsi mire se torqueant, & infinitis modis varient Jurisconsulti nostri, dum docere volunt, in quibus causis major sit authoritas Juris Canon. in foris nostris præ Jure Civ. (quæ tortura, & incertitudo exinde provenit, quod qui talia scribunt, assueti sint vitio aliquot sæculorum, magis inspicere locos communes ex Jurisconsultis Pontificiis & Glossatoribus antiquis male consarcinatos, quam negotia ipsa civilia, & quid in ipsis rerum argumentis in foro obtineat) Ostendi tamen, ut puto, satis perspicue in nuperis Lectionibus ad Desselii *Quæstiones* percurrendo differentias communiter propositas non esse genuinas, vel Jus Canon. adhuc

12) Postremo summam his omnibus argumentis breviter recensitis corolem quasi imponit, quod Jus Canonicum etiam civilibus in negotiis expressa stitutione publica jam dudum antea munitum fuerit, quam de Jure Civili dquam in iis cogitaretur. Atque hoc sane ingentem eatenus prærogativam conciliat. Novum hoc forsan videbitur, sed probatu admodum facile lo- letissimis etiam testibus, quos paucis allego. Jam enim 6to post 30mum :uli XIII. anno in Comitiis Moguntinis edita fuit a FRIDERICO II. Impe- ›re constitutio publica, qua Juri Canonico tanquam Juri scripto vim publi- ı addidit, suamque authoritatem in civilibus etiam negotiis impertivit (*h*).

XV. Ve-

huc præ Jure Civ. obtinere in praxi, vel denique ubi Jus Can. non vigeat, id deduci posse partim ex moribus antiquis Germanorum, antequam Jus Civ. ad nos perveniret, receptis, partim ex ipsis Legibus Imperii Germanici specialibus adeoque non ex communi aliqua & generali prærogativa Juris Civ. esse derivandum.„

Suffragantur brevibus argumentis Notæ BÖHMERI supra laudati in ARNOLDI CORVINI *Jus Canon.* L. III. Tit. 34. §. 19. ibi: Verum praxis hodierna etiam inter Protestantes contrarium docet (i. e. in discrepantia utriusque Juris causas sæculares non secundum Leges Justin. decidi) ex antiqua & vulgata persuasione 1) Jus Can. conscientiis consulere. 2.) Magis æquitati favere, quam juri stricto. 3) Sententias in Jure Rom. clare decidere. Denique 4) a Patribus Christianis iisque piissimis latum, compilatum, & constructum esse. Inde in plerisque fere materiis Jus Canonicum Romano præfertur.

h) Constitutionem hanc recenset, atque ex ea argumentum instruit CONRING. *de Orig. Jur. Germ.* Cap. 26. „Wir gebiethen auch vestiglich, daß man in allem Römischen Reich an geistlichen Dingen nach Gebott, und nach Rath der Erzbischoffe sich haben, und ein jeglicher Bischoff oder Erz-Priester nach Geistlichen Recht richte. Man soll auch die weltliche Gerichte an ihrem Rechte behalten.„

Eadem pene verba habentur in *Constitutione* RUDOLPHI I., quam Chronici Spirensis Lib. V. Cap. CVIII. inseruit CHRISTOPH. LEHMANNUS: Neque vero Jus Ecclesiasticum videtur aliud intelligi, quam illud novum Pontificium. Non satis patet autem, quid sibi velint illa: Man soll auch die weltlichen Gerichte an ihren Rechte behalten. An forte hoc volunt, Judiciorum quoque Civilium processus juxta Pontificium Jus instituendos esse? Sane jam ex eo usque tempore Judiciorum ratio a prisca simplicitate, & brevitate nonnihil deflexit; prout ex eadem RUDOLPHI *Constit.* discere est. Verba hæc sunt: Wir gebiethen euch, daß man alle Fürgebott mit Briefen thue, und Briefe darüber gebe, wie man von Gerichte scheide, umb daß man mit dem Briefe unter des Hof-Richters Insiegel bereden müge, das Fürgebott, und Zihl, und die Tage, die vor Gerichte genommen sind.

Hanc Constitutionem in Recessu primum Herbipolitano A. MCCLXXXVIII. conditam postmodum in Spirensi A. MCCXCI. renovatam fuisse asserit MOLLENBEC. Tract. supra cit. pag. 52.

XV.

Verumtamen hæc omnia tantum eo ferviunt, ut Juri Canonico in negotiis quoque civilibus præ Jure Civili Juſtinianæo nudam proedriæ & prælationis præſumptionem in theſi concilient, quam tamen ſpecialis exceptio ab aſſerente probanda in uno vel altero diſcordiæ articulo aut puncto elidere poſſit, dum nimirum Jus Civile Juſtinianæum in una vel altera Provincia vel etiam in univerſo Imperio aut moribus antiquis perpetuo retentis aut ſpeciali expreſſa ordinatione Provinciali aut univerſalis ſaltem Imperii conſtitutione receptum & firmatum eſſe oſtenditur. Exemplum uſu ſuo frequentius magisque in oculos incidens eſſe poteſt ſolennitas teſtamentorum diverſa. Ex generali enim præſumptione ſuperius aſſerta vigore Juris Canonici ubique in Imperio duorum vel trium *tantum* teſtium cum Parocho præſentia ſufficeret, uti reapſe in Gallia, in Anglia, in Belgio & in ipſo etiam vicino nobis Principatu Bambergenſi ſecundum illud teſtamenta regulari hodiedum ſolent. Quod autem in aliis plerisque Germaniæ Provinciis ſolennitates Juris Civilis requirantur, deficientibus licet ſpecialibus Legibus provincialibus, per quas Jus iſtud Juſtinianæum ſpecialius expreſſe receptum oſtendi poſſit, regulam aſſertam haud generaliter evertit. Conſtitutio enim Notarialis MAXIMILIANI I. (a) omnes illas ſolennitates præſcribens tanquam Lex poſterior Patria univerſalis hanc ipſam exceptionem plene probat. Quamvis enim eam Juri Canonico præ Civili prærogativam nuper aſſeruimus, ut etiam expreſſa conſtitutione Imperii inde ab initio receptum ſit, qui honos Juri Romano Juſtinianæo ſerius modo contigit; firmum tamen fixumque eſt, illud hiſce in negotiis propria ex origine & primæva Conditoris ſui authoritate extra terras Pontificiæ Ditionis ſive in Imperio noſtro vim obligandi haud habuiſſe. Dum ergo ſponte ac liberrima Imperatorum & Statuum voluntate in uſum forenſem adſcitum fuit, ſuam ſibi poteſtatem derogandi aut exigente bono publico contrarium quid ſtatuendi haud ligare, multo minus abdicare voluerunt. Unde integra nihilominus eatenus eſt utriusque Juris peregrini æqualitas, quod videlicet in negotiis civilibus etiam Canonico Jus aut univerſale aut particulare Patrium ſemper prævaleat.

XVI.

Paulo aliter vero in negotiis Eccleſiaſticis rationes ineundæ ſunt. In his quippe Jus Canonicum commune & univerſale Eccleſiaſticum cum Jure Cæſareo Juſtinianæo prædictæ receptionis ſpontaneæ intuitu in comparationem venire haud quaquam poteſt. Si enim Doctores A. C. addicti idem & huic dogma accommodant, propriis eorum Religionis principiis id adſcribendum venit, dum omnem

(a) Tit. I. von Teſtamenten §. 2. Und ſollen die Notarien Aufmerkung haben, daß nach Kayſerlichen Rechten zu Aufrichtung aller, oder jeder jetzt erzehlter Teſtamenten aufs wenigſt 7. Zeugen nöthig ſind, ꝛc. ꝛc.

omnem & summo Pontifici & universæ Ecclesiæ authoritatem legislativam, particularium quarumcunque Ecclesiarum debitam ex instituto Christi subordinationem Hierarchicam negant. Inde enim recte inferunt, dum non aliter Jure Canonico se obstringi autumant, quam ex mero recepto aut potius retento, sive eo quod a Principibus ipsorum atque Doctoribus Lutheri exemplum haud secutis atque eidem potius indignatis majori cum fervore in scholis exponi, in foris quoque applicari continuatum fuit, salvis tamen principiis Religionis suæ & conscientiæ, Legibus publicis Imperii, & suis quoque singulorum Territorialium Principum provincialibus ordinationibus Ecclesiasticis, per quas eidem derogari posse atque justissime solere, ex eodem principio, quo quoad Jus Civile Romanum omnes assentimur, statuunt. Longe vero alia est nostra Catholicorum de Jure Canonico mens atque sententia, cum & Conciliis & Summo Pontifici, quorum Canonibus & Constitutionibus Jus omne Canonicum absolvitur, nemo Catholicorum supremam & universalem, sive in omnes Ecclesias particulares extensam authoritatem deneget, qua Leges, quas necessitas vel utilitas Ecclesiæ hinc inde postulare videtur, universali Ecclesiæ proponere valeant, easdem vero acceptare vel non acceptare nequaquam in libero inferiorum arbitrio sit positum.

XVII.

Sed neque in his Jure etiam Patrio unquam caruimus. Ejus rei testis nobis est, omnium historiarum ac temporum consensus. Præter Canones enim Ecclesiæ universales suum quoque particularium Canonum Codicem Ecclesiæ Germanicæ fuisse constat, qui in Conciliis Nationalibus atque Provincialibus quondam communi Episcoporum Nationalium consensu conditi fuerunt. Libertatibus præterea & prærogativis profecto præstantissimis eadem gloriatur, quibus aliæ Nationes vix æquales proferent, dum gentes aliæ Nationem Germanicam libertatis quasi antesignanam sequi solebant, sicut Imperator semper veluti Regum Antesignanus colitur (a). Sunt & singulis Provinciis, imo Diœcesibus particulares constitutiones plerumque Synodales, & consuetudines, quæ omnes propius nos attinent, & idcirco ignorari haud sinuntur. Unde & hoc ipsum Jus Ecclesiasticum Germanicum tum *antiquum* sive *Carolingicum*, tum *medium* & *Postcarolingicum*, ac demum *novissimum* sive *modernum* distingui omnino meretur.

XVIII.

Eadem porro temporum & Epocharum distinctio attendenda præcipue venit, dum Juris Ecclesiastici Germaniæ Patrii habitum ad Jus Canonicum commune examinamus. De proedria enim Juris *antiqui Ecclesiastici Germanici* præ-

(a) PETRUS de MARCA de *Concord. Sacerd. & Imp.* L. VIII. C. 24. §. 1. & passim.

præ *antiquo communi* otiosa sane videtur esse disputatio. Quid quid enim ante CAROLUM M. statuatur, an in Germaniam jam codex Canonum sic dictus universæ Ecclesiæ penetraverit, parum interesse videtur. Sub Imperatorum Carolingicorum certe tempora vix deprehenditur dissensio. Jam inde enim ingens in eo studium positum fuit, ut Ecclesiæ Germanicæ cum Romana quoad disciplinam plenius conspirarent. ADRIANI I. Pontificis ea mens fuit, dum Codicem DIONYSIANUM in Ecclesia Romana receptum, posterioribus tamen Pontificum SYRICII successorum usque ad GREGORIUM II. constitutionibus auctum CAROLO M. donatum transmisit, ut ejus videlicet cura executione & protectione in Germania reciperetur & vim Legis obtineret (*a*). Eidem CAROLO M. nihil, nisi quod Romanum esset, placuisse aliunde constat (*b*). Et ex eo jam tempore novimus in nostra Germania liberiorem semper fuisse Constitutionum Pontificiarum cursum, qui ipsorummet Episcoporum erga Sedem Romanam propensione & in Imperio authoritate admodum facilitabatur. Arctissima tum erat Sacerdotium inter & Imperium consensio, comiter utraque se observabant invicem & harmonica potestate ac administratione inter se exæquabantur intra sphæram quodque suam. Magna Regum fuit circumspectio, sed nec ipsis insciis quidquam gestum. Si novæ Leges Ecclesiis injungendæ, semper aut ab ipsis Nationalibus Episcopis communi Consilio conditæ, aut a Pontifice ad Reges pro approbatione directæ. Id quo procederet commodius, ipsi Reges & Clericorum & Laicorum habiti loco, quo utraque potestas designaretur. Imo Majestas Pontificia & Regia ita egregie conspirarunt, ut Reges Germaniæ, qua primi Ecclesiæ filii, qua defensores Sanctæ Sedis & Advocati, in electione Pontificum concurrerent; contra Pontificum in electione Regum & coronatione etiam aliqua esset cura. Ecclesiæ conditæ utriusque authoritate confirmavit unus in Ecclesiasticis alterius facta. Nil separati aut privi. Cuncta processerunt egregie, quousque in hac harmonia nihil turbatum. Adjutor summæ potestatis Ecclesiasticæ Cæsar, imo quodam modo illius ut primus Ecclesiæ filius socius; adjutor contra etiam Regis Pontifex. Sunt, qui Capitularium magna ex parte authores Romanos Pontifices

(*a*) Codex hic, Corpus Canonum per antonomasiam tum audiebat. Eundem cum *Regula Pastorali* S. GREGORII M. Episcopis in Consecratione sua a Metropolitano in manus tradi solitum fuisse testatur HINCMARUS Præfat. in Opus 55. Capit. ubi de Consecratione HINCMARI LAUDUNENSIS scribit.

Ejusdem Codicis 2. exemplaria MSS. litteris Anglo-Saxonicis exarata in hujatis Ecclesiæ Cathedralis Bibliotheca sancte custodiri refert ECKART Comment. de Rebus Franc. Orient. Tom. I. pag. 768.

(*b*) Inde cantus, ritus, & idiomatis Romani in Liturgiam nostrarum Ecclesiarum introductio.

ces existimarunt; tanta est inter illa & Canones Ecclesiæ universales conspiratio mutua (*c*).

XIX.

Jus vero Ecclesiasticum Germaniæ nostræ *medium* seu *post-Carolingicum* Pacta & Concordata publica Pontificem inter & Imperium constituunt, & hæc omnino prævalere adversis hinc inde Juris Canonici Pontificii alias dicti sanctionibus, nec per posteriores etiam illis derogari posse extra omnem dubitationem positum est. Cum in his, quæ alioquin ejusdem sphæram egrediuntur, & in temporalia ac independentia supprematus Imperii Jura impingunt, aut ejus simul rationes politicas præter Ecclesiasticas saltem attingunt, vel ab initio nulla prorsus fuerit obligatio, aut siqua fuerit, tanquam ad principia Curiæ vel Cameræ, nullatenus vero ad Cathedram pertinens remitti pacto publico potuerit. Fides hæc semel data sancte & inviolabiliter posthac servanda erit.

XX.

Postremum denique ac *Novissimum* sive *modernum* Jus, prout *publicum* & suprema Imperii authoritate conditum est in Pacificationibus publicis dissidiorum Religionis causa sancitis consistit, & res Ecclesiasticas, Protestantes inter ex una & Catholicos ex altera parte, moderatur. Atque hoc, intuitu eorundem, rursus Juri communi Canonico, contraria lice statuenti, prævalere nemo negat. Plenissime enim eidem derogatur, atque unanimi utrorumque Summorum Compaciscentium consensu cavetur, quod *adversus dictas pacificationes nulla Jura Canonica vel Civilia, communia vel specialia, Conciliorum Decreta, Privilegia . . . & alia Religiosorum Ordinum regulæ, aut exemptiones, sive præteriti sive futuri temporis protestationes, contradictiones . . . aut Concordata cum Pontificibus . . . absolutiones vel ullæ aliæ quocunque nomine aut prætextu excogitari poterunt, exceptiones unquam allegentur, audiantūr aut admittantur. . .* (*a*). *Quidquid contrarii hactenus vel editum vel promulgatum publicatumve fuerit, irritum esto* (*b*). Qualiscunque enim de Juris Canonici Protestantes quoque obligandi vi a Theologis Catholicis sustineatur, aut a Summis Compaciscentibus etiam Catholicis supponi voluerit sententia, certum tamen est ejus executionem respectu Protestantium vel Constatuum vel subditorum penitus cessare. Sicut enim Jurisdictio Papalis & Episcopalis cum omnibus suis speciebus a Catholicis Principibus intacta quidem in principio suo & radice relinqui, & modestiori tantum suspensionis, licet totalis, phrasi ejus usus posthac perpetuo impediri voluit; ita quoque pariformiter sola

 Juris

(*c*) Sunt hi GRETSERUS & BARONIUS, quorum tamen opinionem rejicit STEPHANUS BALUZ. in Præfat. ad Capit. §. 9.

(*a*) Instr. P. O. Atr. XVII. §. 3.

(*b*) Idem Art. V. §. 50.

Juris Canonici ex ea pendentis executio denegata fuit, ut nec in via Juris am-
plius adversus eosdem hisce in rebus per Pacem conventis, vel ad Augusta-
nam Confessionem eorumque Religionis & conscientiæ libertatem, exercitii &
bonorum Ecclesiasticorum, imo & beneficiorum iisdem addictorum possessio-
nem pertinentibus in rem Catholicorum allegari possit.

XXI.

Quantum vero ad alteram Juris hujus Ecclesiastici particularis Germani-
ci partem attinet, prout vel ex inveteratis Germanicarum Ecclesiarum moribus
& privilegiis, vel ex pressis etiam Legibus aut Provincialibus aut Diœcesanis a
communi licet Jure Canonico universali recedentibus constat, quamvis paucæ
illæ sint, quæ refragantur; & has tamen æque inter Catholicos prævalere de-
bere nulli omnino dubitamus. Quamvis enim principium superius præsup-
positum diversam prorsus conclusionem inferendam exigere videatur, quod vi-
delicet Leges Patriæ Ecclesiasticæ non æque Juri communi Canonico, sicut pro-
fanæ atque politicæ Civili Romano, derogare valeant. Illa tamen illatio tum
modo recte concluderet, si sola in Legislatore authoritas ad actualem legis ob-
ligationem requireretur. Sunt vero ex parte materiæ Legis conditiones quo-
que quam plurimæ necessario requisitæ, quibus deficientibus Leges a legitima
licet authoritate profectæ, atque adeo intrinseca quoscunque huic authoritati
subjectos obligandi virtute haud destitutæ, actu tamen ob defectum extrinseci
cujusdam requisiti eandem obligationem non inferant, si videlicet vel justæ,
vel possibiles, vel secundum naturam, secundum Patriæ consuetudinem, vel
loco temporique convenientes, vel manifestæ, ex defectu promulgationis suffi-
cientis, vel necessariæ aut utiles atque pro communi civium utilitate conscri-
ptæ non essent. Acceptationem singularum Ecclesiarum particularium, aut re-
ceptionem, ut Jus Civile Romanum, aut aliud quodcunque peregrinum exin-
de non requirunt, ante quam jam omnem suam obligandi vim ex authoritate
Legislatoris obtinent; ex uno tamen recensitarum conditionum defectu justis-
sime non recipiuntur. Atque ipsa earundem non receptio in una vel altera Ec-
clesia particulari argumento est, eas in uno vel altero requisito necessario defi-
cere. Ea scilicet est regiminis Ecclesiastici ratio diversitati morum a Salvatore
nostro taliter adaptata, ut ne generalium quidem Conciliorum, quibus nemo
Catholicorum potestatem legislativam denegat, constitutiones æqualem in omni-
bus Ecclesiis particularibus Legis effectum obtineant. Aliis enim in locis ma-
gis observantur, in aliis minus, quia pro differentia Nationum, temporum
atque aliarum circumstantiarum ita vicissitudo morum atque hominum varia
ut quod uni prodest, aut quondam profuit, alibi vel posthac potius nocere
comperiatur. Id quod non tantum Orientalis, sed & diversarum in Occidente
particularium Ecclesiarum exemplo, & Conciliorum non antiquorum modo

sed

maxime Tridentini Oecumenici noviſſimi ſumme cæteroquin venerandi in-
tione vulgo notiſſimum eſt. Si vero executio & obſervantia eſſet neceſſaria
iela ſolius authoritatis, a qua emanarunt, æqualis etiam eadem in omnibus
ibique deberet correſpondere. Quando porro Leges Patriæ particulares
iridi obſervantia vigentes adſunt, aut conſuetudines inveteratæ, novæ certe
es de ſe licet univerſales plerumque non conveniunt, atque majorem po-
turbationem, novitatis cujusque comitem, quam utilitatem afferre præ-
untur; unde mirum non eſt, ſi quandoque veteribus Legibus Patriis inſi-
e Nationes malint, quam receptione novarum commune modo periculum
eriri. Ita ſane antiqui jam zeloſiſſimi diſciplinæ Eccleſiaſticæ Epiſcopi no-
rum præcipue partium crediderunt Ivo Carnotenſis (*a*) & Hincmarus
mensis (*b*). Atque ita Romani quoque ipſimet Pontifices, ſiquidem ra-
e ubique contendere amant, & ſalutem ſubditarum Eccleſiarum particula-
n quarumcunque Legem ſibi ſupremam autumant, non repugnant, quid?
d per ſuas quoque conſtitutiones diſerte ſtatuunt, atque approbant (*c*).

XXII.

Nec tamen & hic dixiſſe ſufficit, aut cuicunque ad Jus Eccleſiaſticum Ger-
iæ provocanti facile credendum. Probatione nimirum æque opus eſt, imo
o magis ex §vo præcedenti XVI. Hæc anne facilior futura ſit, prudenti
que dimetiendum relinquo. Quoad *Antiquius* ſane Jus in Conciliis Provin-
ibus Germaniæ vel Nationalibus conſtitutum major ſaltem, quam in Jure
fano facilitas eſſe poterit, & ubertas producendi iſtos Canones, quibus olim
fuerit Eccleſia noſtra. Majori certe diligentia & fidelitate nobis conſervata
fuere

(*a*) Prior enim idemmet Principium maxime Canonicum elegantiſſime applicat in Epiſt. 180. „Illius ergo Legis prævaricatores non ſumus, cujus auditores „nunquam fuimus, quæ tamen ſi audita eſſet, nihil nobis obeſſe poſſet, Lex enim juſta debet eſſe, & poſſibilis, loco, & tempori congruens.

(*b*) Hic vero, cum de recipiendis Decretalibus ita dictis Iſidorianis a recepta Gallicanæ Eccleſiæ politia diſcrepantibus ageretur, Canones ab iis Eccleſiis jam receptos & probatos præferendos eſſe, nec prætextu hujusmodi epiſtolarum ab Eccleſiaſtico uſu illa, quæ generaliter tenebantur, eſſe removenda prudenter judicavit in Cap. 25. & 43.

(*c*) Bonifac. VIII. Cap. *Licet* 1. De conſtit. in 6. in Verbis: Quia (Romanus Pontifex) locorum ſpecialium *Conſuetudines* & *ſtatuta*, cum ſint facti, & in facto conſiſtant, poteſt probabiliter ignorare; ipſis, dum tamen ſint rationabilia, per conſtitutionem a ſe noviter editam, niſi expreſſe caveatur in ipſa, non intelligitur in aliquo derogare.

Notæ tamen Boehmeri huic Capitulo ſubjectæ nequaquam aſſentimur, dum inde perperam colligit, Jus Pontificium etiam in foris Catholicorum tantum valere in ſubſidium.

fuere hæc Concilia, quam moribus in Speculo vel Suevico vel Saxonico co
ſcriptis confidi queat. Horum enim Speculorum quis fontes novit, ex quib
ſua Collectores deſumpſerint? Collectorum illorum teſtimonia, quis diſcuſſi
Majorem certe fidem merentur collectiones Conciliorum noſtrorum & Capit
larium Regum Francorum ſeries. Imo ipſum quoque Jus Patrium profanu
ex his ipſis oſtendi maxima ex parte poteſt & ſolet; cum plerumque eadem
Comitia & Concilia ſimul fuerint. Verum major hæc certitudo fidei hiſtori
non majorem Legis & obligationis efficaciam aut effectum Juridicum ſola co
ciliat. Ex eo quippe, quod in Conciliis Germaniæ antiquis aliquid ſtatutu
reperiatur, non ſequitur, idcirco nos hodie eodem etiam Jure uti debere. Pa
ticularem ſane Codicem, quo Jus hoc noſtrum comprehenditur, authorita
publica donatum non habemus. Eſt autem ille, quo Jus commune Canonicu
authentice exhibetur, paſſim per Leges etiam publicas Imperii in vim Juris co
munis adoptatus. Unde anteriores Canones Patrii tanquam mera obſervan
æque hodie allegari tantummodo poſſent, ac de Jure profano id aſſertum fu
Quapropter in difficilem ſane conditionem ſe obligare mihi videtur, qui in J
ris Patrii differentia adverſus Jus commune Canonicum ſeu Pontificium ſeſe fu
dat, & illa ſe tueri conatur, niſi ſimul viridem & conſtantem etiamnum obſe
vantiam univerſalem Eccleſiarum Germaniæ aut unius ſaltem alteriusve partic
larem oſtenderit; quæ a Jure moderno univerſali deviet, cum antiquis ve
Conciliis undequaque conſpiret. E tum demum ad hanc illuſtrandam maxi
conducent, & ejus rationabilitatem non tantum evincent, ſed nec exiguam i
ex tot Sæculorum antiquitate, tum eorum, qui conditores quondam fueru
authoritate venerationem conciliabunt.

XXIII.

Medium vero atque *Noviſſimum* Jus Eccleſiaſticum patrium omnium o
liş patet, atque de eo dubitare Germano nefas eſt. Exhibent enim illud pul
cæ Imperii Leges aut Archivia, Concordatum Callixtinum, Decreta Baſileen
Concordato Aſſchaffenburgenſi mitigata ac temperata, Pacificationes quoq
publicæ, quatenus Religionem & Sacrorum ſtatum attingunt. Singulæ quoq
Diœceſes Libros ſuos Synodales, Conſtitutiones Epiſcoporum, Statuta Ecc
ſiarum authoritate vel Pontificia vel Epiſcopali firmata, conſuetudines ratio
biles diuturno uſu & obſervantia roboratas numerant. Conſtitutiones Canoni
univerſales, ſeu antiquæ, adeoque per hæc tanquam poſteriora abrogatæ,
poſteriores, quæ tamen derogare hiſce patriis legibus nec potuerunt, nec
luerunt, dum directe his & e diametro repugnant aut contrarium ſtatuunt, n
ingens negotium faceſſunt, cum ex dictis antea prævalere non poſſint, neq
velint. Si vero per conſequentiam exinde contrarietas quædam, aut inutilit
aut impoſſibilitas Conſtitutionum Eccleſiaſticarum univerſalium argui ve

prop

propter quam aut usu contrario abrogatæ arguantur, aut posthac recipi non posse videantur; rationabilitas ista vel desuetudinis vel inobservantiæ vel non receptionis justam sui probationem semper exigit, quam sæpius aut particularis Ecclesiarum & Beneficiorum Germaniæ indoles, aut Concordata, aut systema tolerantiæ Religionum diversarum necessariæ, aut sola etiam cohabitatio Catholicorum cum Protestantibus postremis hisce temporibus subministrat. Unde frequentissime contingit, quod quæ alibi juste & rationabilissime instituta prosunt, in Germania potius perniciosa & nociva forent, si ad rigorem Legum Ecclesiæ universalium exigi velint (a).

XXIV.

Atque hæc quidem de Jure Patrio totius Germaniæ Ecclesiastico aut etiam particularium Diœcescon anteriori novarum Constitutionum universalium receptionem juste quandoque impediente satis certa sunt. An vero & particulares expressæ Constitutiones Diœcesanæ noviores Juri communi Canonico hactenus vigenti derogare, illiusve partem aliquam in certis Diœcesibus abrogare ac tollere valeant, non æque forsan expeditum. Obstare enim videtur subordinatio secundum Canones debita, & nexus ille Hierarchicus in eo consistens, ut Inferior nihil attentet adversus Legem superiorem, & pars Corporis universo non difformis appareat.

XXV.

Verumtamen nec istud quoque abnuimus, ubi eædem, quæ novum Jus universale recipi vetant, rationes & causæ publicæ bonum spirituale totius Diœceseos aut Nationis respicientes etiam antiquum hactenus quidem receptum Jus immu-

(a) Exemplum unicum instar omnium allegamus. Ex P. W. directe sequitur, Confiscationem bonorum, aliasque pœnas temporales in hæreticos in Concilio Lateran. constitutas locum non habere respectu nostrorum Protestantium. Quod autem pœna inhabilitatis filiorum ad beneficia Ecclesiastica Catholicis addicta, dum ad fidem Catholicam redierint, eos stringere non debeat, discursu exinde modo deducitur, quo rationabilius eos non excludi ostenditur, ut vel hoc modo spe eorum consequendorum ad Religionem Catholicam alliciantur, ad quam pœnis compelli non possunt. Quod matrimonia a Protestantibus secundum principia suæ Religionis, licet contra Leges Ecclesiasticas irritantes, contracta quoad effectus politicos, & Civiles tanquam illegitima haberi non debeant, directe ex eorum tolerantia, ac receptione Legibus publicis constituta sequitur. Quod vero nec reduces ad Ecclesiam separari debeant, eodem discursu impossibilitatis, spectatis omnibus, & sequelarum tristissimarum & Imperii, & Religionis Catholicæ modo infertur. & sic deinceps.

immutari ex parte exposcunt, dummodo nihil exinde adversus publicum Ecc
siæ universæ statum officiatur. Nec enim antedicta Canonica subordinatio, i
primigenia Juris universalis Ecclesiastici authoritas inde offenditur. Leges ce
Imperii nostri Romano-Germanici etiam universales saltem formam ejusdem
statum publicum non afficientes per particulares ac Provinciales Ordinat
nes varias limitationes, derogationes, ac mutationes in singularium Statu
territoriis recipiunt (a), quin tamen vel independentia aut acephalia quædai
conditoribus affectetur, vel illæ respectu posteriorum Jura mere subsidiaria
centur. Imo nec ipsæ Leges Imperii repugnant, sed & probant, atque in
premis Imperii tribunalibus easdem attendi jubent (b). Et quis minus leg
mæ Authoritati legislativæ in Ecclesiasticis quoque tribuat, quam alias cons
tudini & soli etiam uniformi atque constanti populi observantiæ tribuitur? I
testas ligandi atque solvendi Episcopis tanquam Apostolorum successoribus p
pria competit, ad Diœceseos tamen fines restricta in iis, quæ ad bonum I
clesiæ suæ regimen & animarum salutem expedire, præhabito maturo consil
reperiuntur. Et vel ideo Christus singulis Ecclesiis per universum orbem d
persis singulos pastores vicaria sui potestate instructos præesse voluisse censet
ut regimen illud tanto suavius, & pro diversitate Nationum utilitatibus & i
cessitatibus populorum propius perspectis atque cognitis accommodatius est
Eadem divinitus sibi participata Potestate uti & possunt & debent Episcopi, u
in ædificationem, non vero in destructionem ea cedit, & in ea quidem ple
tudine, qua in ipsos derivata fuit. Dissimulandum non est, inquit PETRI
DE MARCA de Concord. Sacerdotii & Imperii Lib. III. Cap. VI. §. VI., ea
quæ de Jure Divino Episcopis quæsita est, Ecclesiæ administrationem no
Decretalibus ablatam non fuisse, quamvis potestatis illius exercendæ mod
variis constitutionibus varie pro temporum ratione præscriptus fuerit. Ae
ficatio ubi deficit, nihil etiam ipsimet Romano Pontifici adversus Canones E
clesiæ universales attentare integrum est; ut agnoverunt omnes suis in prof
sioi

(a) LUDOLPHUS HUGO de Statu Regionum German. Cap. 3. §. 21.
JO. EHRENFRIED. MEYER de potest. Stat. Legislatoria.
THOMAS. de Statuum Imp. potestate legislat. contra Jus commune.
ULRICUS FRID. BECHT. de Legibus ad Statum cujuslibet Reipul
prudenter applicandis & Jure recedendi a Constitutionibus Imperii Statib
competente.

(b) Conf. Policey-Ordnung de A. MDLXXVII. Tit. 20. §. 7.
Recess. I. N. §§. 105. 137. 171.
Hinc probe adnotavit STRYCKIUS Us. mod. ad Tit. de Legibus §.
Vix Provinciam dari in Imperio, ubi non habeantur statuta & Recessi
Provinciales Imperii recessibus adversantes, ejusdemque plura affe
exempla.

sionibus fidei, quas liber diurnus Romanorum Pontificum recenset, & maxime S. CAELESTINUS in Epistola ad Episcopos Illyrici profitetur: *Dominentur nobis regulæ, non regulis dominemur; simus subjecti Canonibus, qui Canonum præcepta servamus.* Neutrubi nimirum nec pro universali Ecclesia, nec pro particularibus suadenda aut ferenda est in regula Legum mutatio. Hæc enim est innata Canonum conditio, quod perpetuo vim suam obtinere debeant (c), nec mutationibus illis subjaceant, quæ in Legibus sæcularibus sunt frequentissimæ, ob rerum mundanarum mobilitatem, ut cum INNOCENTIO I. loquar. Durum quippe est, ab eo Jure, quod diu æquum visum est, recedere, ut dixit ULPIANUS. Quod præcipue locum habet in Legibus Ecclesiasticis, quæ a Spiritu S. conditæ, ac totius mundi reverentia consecratæ dicuntur a LEONE I. Ubi vero Lex aperte damnosa esse incipit, & in destructionem salutis animarum, aut boni publici etiam particularis, cedere animadvertitur, nihil sane adversus illam attentatur, cum quilibet Conciliorum etiam universalium Canones hanc sibi tacite imbibitam habeant clausulam: Nisi aliter evidens Ecclesiæ major utilitas, aut præcisa necessitas fieri exposcat. Verbo: Sicut Canones omnes eatenus intuitu universalis Ecclesiæ Summo Pontifici, Sanctæque Sedi Apostolicæ salvam in omnibus volunt taciteque præservant non voluntatem, sed authoritatem; ita in iis, quæ ad particulare tantum Diœceseon regimen, ejusque prudentem administrationem pertinent, salva censetur & Episcoporum potestas, ad suos tamen limites restricta & supremæ nihilominus Summi Pontificis tanquam Canonum Vindicis, Custodis & Executoris superintendentiæ atque inspectioni subordinata. Hanc fuisse antiquorum Episcoporum mentem FLODOARDUS Hist. Rhemens. L. III. C. 21. testatur. Cum enim Romani quererentur, quod Episcopi Galliæ illis solum Decretalibus Pontificum utantur, quas suæ intentioni conspicerent suffragari, tunc HINCMARUM scripsisse refert Apologeticum, *contra obtrectatores suos, qui calumniabantur eum apud Papam* JOANNEM, *quod nollet authoritatem recipere Decretorum Pontificum Sedis Romanæ; atque & tunc in Synodo Tricassina, & postea hoc in Apologetico respondit, se Decretalia Pontificum Romanorum a sanctis Conciliis recepta & approbata recipere & sequi discrete, prout sunt sequenda.* Et ipsemet NICOLAUS I. in Can. I. Dist. XIX. ad Episcopos Galliæ scribens licet totus ac prolixus in eo sit, ut ea omnia, quæ pro multivariis Ecclesiæ necessitatibus & fidelium moribus diverso tempore Sedes Apostolica scripsit, omni debeant honore præferri, & ab omnibus prorsus in quibuslibet opportunitatibus reverenter assumi; *discre-*

(c) Loca hanc in rem quam plurima notiora sunt, quam ut ea hic conglomerare necesse sit. Conf. GIBERT Corpus Jur. Can. Tom. I. in Proleg. Sect. II. pag. 3. seqq. item pag. 22. & seqq. & pag. demum 185. seqq. Porro Tom. II. pag 14. 15. 16. seqq. NATAL. ALEXANDER Histor. Eccl. Tom. III. pag. 115. seqq. edit. Paris. DE MARCA de C. S. & Im. L. III. C. 7.

discretionem tamen & dispensationem Magistram in omnibus salvam voluit atq
diserte præservavit.

XXVI.

Quæ cum ita sint, concludere omnino liceat, & salva prorsus Ecclesi
nostræ *Germanicæ* Nationalis ad universalem subordinatione, salva, qua S. Bo
NIFACIUS Germanorum Apostolus *sub Jure Canonico* Sedi Apostolicæ subd
tos nos esse voluit, reverentia tueri omnino possumus, suas esse etiam Ecclesi
nostræ Germanicæ libertates, quales a Gallicana toties jactitantur, utpote qu
Franci Occidentales seu Galli alteram Regni Francici partem possidentes, e
exemplum nostræ Germaniæ omnium liberrimæ majori tantum cum sollicitudi
ac virium animorumque sub uno Capite consensione aut modeste non minus qua
cordate defendendo conservarunt, aut etiam voluntate Regis ac Nationis ped
tentim admodum restringi permiserunt. Uti utrumque Regnum Francoru
fuit, uti pares & Orientalibus & Occidentalibus Francis mores, uti eædem E
clesiasticæ olim Leges, uti par fere Pontificis ad utrumque Regnum ob meri
in Ecclesiam Romanam summa respectus, uti in utroque idem ferme olim Re
publicæ directionis per omnia habitus, uti etiam Reges Francici ubilibet secu
do loco esse, & Juribus Nationis Germanicæ eo more pares fieri contenderun
ita primogenita Romanæ Ecclesiæ filia Germanicæ Nationis Ecclesia gemell
sed postgenitæ, velut privigna posthabenda non erit. Et siquidem legislator
potestas Ecclesiastica, non major esse potest in aliis orbis Catholici partibu
quam in Gallia fuerit; hoc intuitu jure affirmabimus, præter ea, quæ Ge
mani (licet & ipsi regnante ALBERTO II. Pragmaticæ Sanctionis Gallicæ, qua
vocamus, conditores fuerint) de Beneficiis Ecclesiasticis per Concordatu
Aschaffenburgense liberalius Sedi Romanæ remiserunt, salvo Germaniæ prim
ordine usque huc etiamnum *gemella* mansisse; quamvis negari non possit, m
lius Galliam Germanicæ libertatis olim æmulam suis rebus recentiori ævo co
suluisse. Quam parum vero Gallia libertatem effrænem aut omnis Juris Eccl
siastici atque Pontificii expertem affectare unquam voluit, sed integram illa
Canonum & Juris communis executione contineri asserit; Juris autem comm
nis nomine non tantum Jus antiquissimum Ecclesiasticum, sed idem recentior
bus Decretalibus Pontificiis usu penes ipsos recepto temperatis constans intell
git; (a) ita libertas eadem Ecclesiæ Germanicæ, præsertim cum usus Juris n

(a) PETRUS DE MARCA *de Concord. Sacerd. & Imp.* Lib. III. Cap. II. §. 1
Ubi LESCHASSERII Curiis supremis Galliæ restitutionem Juris Canoni
antiqui & primitivi concreditam asserentis sententiam rejicit, libertatem ve
Ecclesiæ Gallicanæ Canonum & Juris communis executione contineri asseri
„ Sed jus illud commune, inquit, varie sumi potest. Aliud enim est ju
commune antiquissimum, quod antiquos Canones, & Decreta Pontificu
com

Canonici nihilominus in Germania hactenus liberalior fuerit, antiquæ in Se- n Romanam devotioni haud detrahit (*b*). Germania econtra Catholica posthac ı habebit, cur titulum *Regni obedientiæ*, quem sibi Romæ ad distinctionem lliæ tanquam *Regni libertatis* tribui Protestantes male vertunt, erubescat; dum ipsa Sedes Romana, pia veluti Mater, obsequium hoc nonnisi rationabile oscit.

Animadversiones Editoris.

Ad §. 2. Leges Carolingicas, familia Augusta Carolingorum extincta, brevi oque suppressas esse Auctor exinde videtur colligere, eoquod illico eo tem- e Duces et Comites Germaniae ad plenissimam libertatem aspirarint; hujus- rei vadem praecipue sistit LUDEWIGIUM. Verum etsi majorem tum ab libertatem usurpatam fuisse non negârim, plenissimam tamen mox affectatam rito negandum est post scriptores plures celeberrimos, qui somnia inania JDEWIGII et asseclarum dispulerunt. Sanum omnino de hac lite Ludewigii Gundlingii fertur judicium in der allgemeinen Welt-Historie, Neue Histo- Erster Band f. 78. et seqq. Scripta huc pertinentia sunt NICOL. HIE- ON. GUNDLING Diss. *de Statu Reipubl. German. sub Conrado I. Franciae ientalis Rege*, Halae 1706. JOH. PET. A LUDEWIG Diss. *Germania inceps* post-Carolingica sub Conrado I. ibid. 1710. GUNDLINGII Liber *Henrico Aucupe Franciae Orientalis Saxonumque Rege* 1711. LUDEWIGII *enricus Auceps Historia anceps* 1713. STRUBENS Neben-Stunden P. 4. bhandlung 22.

complectitur; aliud Jus commune, quod illis Canonibus & præterea Decretalibus recentioribus Pontificum constat, prout apud nos usu recepto temperatæ sunt. Hoc ultimo Jure libertatem Ecclesiæ Gallicanæ contineri contendimus, non autem primo. „

IDEM Lib. eod. Cap. VI. §. 5. „Nos, qui veteres laudamus, nostris tamen annis utendum esse censemus, & libertatem in recto antiqui & novi Juris usu constituimus, necessariasque nostro Sæculo Decretalium definitiones, quæ novis negotiis prospexerunt, non absque manifesta ratione existimamus. ... Enim vero in Gallia, quod ad disciplinam attinet, Decretalium constitutis locum damus, cum bona Romanorum Pontificum venia, quæ nostris rebus & utilitati publicæ accommodatæ sunt, id est, omnibus fere, paucissimis exceptis. „

(*b*) LYMNAEUS Notit. Regni Franc. L. III. C. 1. Lit. e. p. 7. ubi MARCELLUM adducit.

Dum vero Auctor p. 100. dicit, jus Germaniae omne ferme *arbitrariis judicum opinionibus* nixum fuisse, an non nimium quidquam asseruisse censendus est? de SELCHOW quidem *loc. cit. Elem. Jur. German. C. 1. Sect. 2.* §. 8. ait: jus eo aevo omne *consuetudinibus* et *rerum judicatarum* authoritate contentum fuisse: hoc vero non est ad arbitrarias judicum opiniones illud oblegare. TACITI jam aetate, Majores nostri plurimum tribuebant moribus atque consuetudinibus passim vigentibus: hae quoque tum carminibus, tum proverbiis, tum usu fidissimo propagatae, jus satis certum effecere. Conf. BOCRIS *de Germania, Jurisprudentia sua domestica nunquam destituta.* Bamb. 1747.

Ad §. 3. Non possum hic assentiri Auctori, dum refert FRIDERICUM III: Doctorum conatibus ad injuriam Juris patrii vergentibus, obviam iri voluisse. Nititur constitutione a GOLDASTO prolata, quam etiam citat. Verum eam constitutionem sublestae esse fidei, atque Fridericum pluribus in occasionibus Doctoribus Juris, procul dubio Romani, favorem suum aperte addixisse; immo ex Juris Romani placitis plura palam constituisse luculente, uti credo, evicit Celeb. EISENHARD *in Orat. de Frider. III. ab odio in Jure-Consultos vindicato.* 1764; recusa in *ejus opusculis* 1771. f 389.

Ad §. 4. Verissime hic inquit Auctor, eam fuisse Nationi nostrae pro Doctoribus etiam utriusque Juris curam, ut et in ipsis Ecclesiis Cathedralibus certa ipsis beneficia destinari voluerit, huicque rei varia occasione, ut effectui quoque daretur, institerit. Sane in CONCORDATIS nationis nostrae *Constantiensibus* sexta pars praebendarum in Ecclesiis etiam Cathedralibus, et Parochiae celebriores, ubi sint ultra duo animarum millia, insigniris gradu Academico destinari jubentur. Plura nunc de hac re non commemoro, quoniam lucubrationem peculiarem BUDERI *de Jure Doctorum ad Canonicatus.* Jenae 1753., si res permiserit, collectioni huic sumus inserturi.

Ad §. 11. Huic Auctoris doctrinae sat quidem pervulgatae de *praesumptione ubicunque Juri Romano favente* non sine exceptione quadam adstipulandum puto. Fac enim rem quandam in universa fere Germania receptam esse, quod ex juribus peculiaribus provinciarum in Germania sit in aprico: fac eam undequaque moribus Majorum nostrorum apprime consentaneam; eam sequi ex principiis, quorum observatio parentibus nostris nunquam non fuerit sanctissima: hic ego quidem pro hujuscemodi juris vigore praesumendum esse potius, atque pro Jure Romano existimem: hoc sane ex capite præsumendum esse in Germania pro *Retractu gentilitio*, quem plerique Juris Romani interpretes, paucis tantum dissidentibus, L. 14. C. de Contrah. Empt. abrogatum esse volunt, statuerunt viri rerum nostrarum peritissimi, ESTOR Deutsche Rechts-Gelehrsamkeit. §. 4259. STRUBEN Nebenstunden *P. 5.*

32. Ab-

32. Abhandlung p. 60; ubi plures alios magni nominis JCtos in hanc rem adducit.

Ad §. 14. Momenta, quae hic Auctor ad evincendam proedriam *Juris Canonici* prae Romano affert, me quoque ad ejus sententiam adducunt. Quae tamen de *Academiis* inquit, exceptionem pati suam elucebit ex iis, quae deinceps ex Praefatione Cl. RIEGGERI huic Tomo paulo post innexa de Academia Viennensi occurrunt. Quoniam inter alia p. 111. not. e. provocat ad Academiam *Heidelbergensem*, in qua scribo, omnino verum de hac esse, Jus Canonicum diu in ea ante civile floruisse, ex domesticis monumentis confirmandum putavi. Dum A. 1413. Professores Universitatis mittebantur in possessionem praebendarum Ecclesiae ad S. Spiritum, cujus erectio in Collegiatam eo anno consummata fuit, atque omnino perfecta, nullus adhuc inter eos erat Juris civilis interpres, tres autem Juris Sacri, qui ita recensentur in *Diplomate* LUDOVICI III. 1413. *in Act. Academ. Mannheim. T. 1. f. 395.* Meister Johanns Noet der ordinarie decretales. . . . item Meister Niclaus Bettenberg der decretum und meister Heinrichs Gulpen der Nuwe rechte lesen. . . . i. e. qui Decretum, Decretales Gregor. IX., et partes Juri Canonico post eas adjectas, procul dubio Librum VI., Clementinas etc. explanant. Anno demum 1452. accessit Cathedra Juris civilis, ut patet *ex Diplomate* FRIDERICI I. *l. c. 420.*, item in *Annalium nostrorum Ms. Tom. 3.* his verbis: Das hinfure in dem collegio das unser Voraltern gestift und wir zu lyhen haben sollen sin sechs personen nemlich meyster die in der facultaet der heiligen schrift studiren lernen. . . . und eyner licentiat oder baccalarius in legibus das ist in weltlichen rechten. . . . . item und so solle in dem obgenant unserm studio nume hinfure sin ein doctor in weltlichen rechten. . . der allen Tag so man lesen solle des morgens ordinarie lese ein letze in legibus und habe die ander pfründe zu S. Endres zu Worms.

Ad p. 113. FRIDERICUM II. in cit. ab Auctore verbis nonnisi tum adhuc *Decretum* GRATIANI intellexisse, verius mihi jam visum fuit in *Instit. mearum Part. I. §. XXXIX.* Uberior locus ad mentem Auctoris est *ex Jure Provinc. Alemann. C. 5.*, ubi non solum *Decreti* et *Decretalium* mentio fit expressa, sed et adjicitur, quod ex his duobus libris jus omne desumatur, der geistlichen und weltlichen Gericht bedarf. Quanquam in *Corpore Juris German. Publici et privati Tom. 2. p. 15.* ex *Bibliotheca Senckenbergiana* a KOENIGIO edito, in not. *lit.* S. dicatur, *vocem* weltlichen, deesse in Codice *Jungiano* et *Uffenbachiano*. Adde ejusdem *Juris Aleman. Cap. CCLVI. §. 9.*, et quae in citata editione ibidem ex iisdem Codicibus supplentur. *lit. D.*

Ad

Ad §. 16. Quam optime inquit Auctor ex Systemate Catholico nequaquam admitti posse, universim liberum esse Ecclesiis particularibus Leges latas ab Ecclesia universa acceptare vel non: inde confirmantur ea, quae contra FEBRONIUM, et LOCHSTEINIUM, jam animadverti *Instit. mearum Part. II.* § *XXXII.* Cur autem aliquae ab una alterave Ecclesia peculiari receptae nihilominus hinc inde non fuerint, unde repetendum sit, exponit Auctor §. 21 Ex his etiam principiis, minime vero *Febronianis*, declarat NATAL. ALEX. *T. VIII. edit. 1714. Paris. f. 667. seqq.*, qua ratione Tridentinum in Gallia non sit receptum. Sane in Declaratione 1625. apud RONCAGLIAM in not ad Nat. Alex. l. cit. inquit. Clerus Gallicanus, se post maturam de publicatione C. Trident. deliberationem unanimi consensu agnovisse et declarasse. . . . se obligari pro suo officio et conscientia ad recipiendum, sicut reipsa receperunt et recipiunt ipsum Concilium, et spondent se illud observaturos, quantum per functionem suam, et authoritatem spiritualem et pastoralem possunt. Plura reperies in Diss. P. ANSELMI MOLITOR *Frisingae 1767. de potestate Ecclesiae Legislativa, coactiva et declarativa*, suo loco inserenda.

III. PAUL

III.

PAULI RIEGGER IC.

Sac. Caes. Reg. Apost. Majest. a Consil. aulicis SS. Canonum in celeberrima Academia Vindobonensi Professoris P. et O. Academiae Literariae Roboretanae Socii

DISSERTATIO
DE
DECRETO GRATIANI

Vindobonae MDCCLX.

§. I.

Lapsi sunt anni tres, & quod excurrit, ex quo dissertationem de *antiqui iuris Ecclesiastici collectionibus* publici iuris fecimus tenuem quendam otii, si quod a quotidianis laboribus academicis nobis superest, fructum, quem auditoribus nostris ad solidiorem iuris ecclesiastici cognitionem adspirantibus debueramus. Ordinis nunc ratio postulat, vt fidem datam liberaturi ad collectiones *iuris ecclesiastici noui*, seu quod idem nobis est, corporis iuris canonici, quo hodie scholae, ac tribunalia vtuntur, progrediamur. (a) Quod vti compluribus voluminibus nec tempore eodem, neque ab iisdem auctoribus compilatis constat, ita pro diuersitate singularum collectionum, in diuersas quoque partes tribuitur.

§. II.

Has inter, vt notum est, primum sibi locum vindicat *Decretum* GRATIANI, alterum *Decretales* GREGORII IX. proximum ab hoc *liber sextus decretalium* BONIFACII VIII. sequentem porro *Liber decretalium* CLEMENTIS V. ab eo *Clementinae* dictae, quintum dein *Extrauagantes* IOANNIS XXII. ac postremum tandem *Extrauagantes communes*. Vides hic partes principes, e quibus conflatum est hodiernum nostrum ecclesiastici iuris corpus, simulque ordi-

(a) His enim peculiarem exercitationem nos reseruaturos recepimus in *Introd. nostr. in Vniuers. ius. eccles. P. I. Sect. I.* §. *XLIII. not. b.*

nem omnem, quem in recensendis eiusdem collectionibus, dissertationes labori huic destinatae habiturae sunt.

§. III.

Itaque a Gratiani Decreto ius ecclesiasticum nouum auspicabimur, nam & temporis & molis ratio istam ei praerogatiuam tribuit; quumque magnam rum vicissitudinem subierit, ac nouam veluti formam induerit iurisprudentia canonica, non immerito isthoc periodi eius punctum tanquam epocham quandam, quod in re historica memoriae subleuandae causa fieri solet, notare licebit. Neque vberrima nos de primaria isthac collectione scribendi sylua deficiet, eamque ipsam ob rem illius vnius ambitu praesentem dissertationem nostram definiemus, ad reliquas opportuniore tempore transituri.

§. IV.

Id quidem minime nos latet non inaccessam esse, quam hic ingredimur viam, atque a compluribus iam rem istam vel paucis tantum, ac velut aliud agendo, vel fusiore etiam calamo fuisse pertractatam. Visum idcirco est vel in limine ipso scriptores latius paulo hunc in campum excurrentes, qui in conficienda hac ipsa dissertatione ad manus nobis fuerant, adducere. Praecipui sunt: GVIDO PANCIROLVS, (a) FRANCIS. FLORENS, (b) CASIM. OVDINVS, (c) IO. DOVIAT, (d) GERH. DE MASTRICHT, (e) CASP. ZIEGLERVS, (f) BVRC. GOTH. STRVVIVS, (g) IVST. HENING. BOEHMERVS, (h) IO. BAPT. BARTOLVS, (i) IO. GEORG. PERTSCHIVS, (k) praetermissis aliis compluribus aut Ius ecclesiasticum, aut historiam pertractantibus. Qui omnes materiam isthanc commentationibus suis propemodum exhausisse videntur. Sed quoniam etiam post tam multifarios

(a) *De clar. L. L. interprett. L. III. c. II.* cum aliis opusculis a CHRIST. GODOF. HOFFMAN edit. Lips. 1721. 4.

(b) *Praefat. de method. & auctorit. Collect. Grat.* inter illius opera iurid. Paris 1679. 4.

(c) *Dissert. de Gratiano in illius comment. de script. eccl. T. II.* Lips. 1722. f.

(d) *Praenot. can. L. IV. C. I. seqq. & dans l'histoire du droit can. P. II. Ch. I.*

(e) *Hist. iur. ecclesiast. p.* 315. ex edit. THOMAS. Hal. 1719. 8.

(f) *Dissert. de orig. & increment. iur. can.* §. 36. praemiss. *Jo. Paul. Lancellot. instit. iur. can. ex edit. Thomas. Hal. Magd.* 1717. 4.

(g) *Hist. iur. can.* §. 17. *seqq. reliq. Hist. iur. adnex. Jen.* 1718. 4.

(h) *Dissert. de var. decret. Grat. fort. Corp. iur. can.* ab se edit. Hal. 1747. T. I. praemiss.

(i) *Inst. iur. can. c.* 53. *Aug.* 1749. 4.

(k) *Kurz. Hist. des Canonisch. Rechts III. Abth. Leipz.* 1753.

rios eruditiſſimorum virorum labores, quaedam reliqua manſere, quae deſiderari poſſe viderentur, noſque praeterea, quemadmodum id a BOEHMERO proteſtantibus praeſtitum eſt, nouam, ſi Deus conatibus noſtris annuerit, corporis iuris Canonici editionem molimur, non magnis forte ſumtibus, magno academiis noſtris, quippe quae talem pridem iam poſtulare videbantur, vſui futuram; ideo minime ſuperuacaneum duximus, ſi habita propoſiti noſtri ratione pluribus fortaſſe quam caeteri eam rem hic perſequeremur. (*l*)

§. V.

Quare de compilationis iſtius auctore omnium primo nobis dicendum erit, quem quidem fuiſſe GRATIANVM e D. Benedicti familia monachum facile inter eruditos conuenit, licet in vetuſtiſſimis codicibus quibusdam, ac editionibus eius nomen praefixum eſſe haud reperiamus (*a*). Natus hic CLVSII non ignobili Tuſciae oppido, ac tandem vbi per aetatem licuiſſet D Benedicti, vt diximus, inſtitutum amplexus, Bononiae in coenobio S. S. Felicis, & Naboris opus iſthoc perfecit A. C. M. C. LI. CONRADO III. Imp. & EVGENIO III. P. M. rerum tum potientibus.

§. VI.

Quae hic attulimus communi plerorumque ſaltem ſcriptorum conſenſu (*a*) recep-

(*l*) Adduximus idcirco in diſſertatione iſthac nonnulla, quae magis ad ipſam operis Gratianei editionem pertinere viderentur. Id vero eo animo factum eſt, vt primis quibusdam eiusdem lineamentis exhibitis oſtenderemus aliquantulum, quibus ſubſidiis indigeremus, & quo in eiusdem editione adornanda, modo eſſemus verſaturi. Id quidem ſolerter operam dedimus, vt complura decreti huius MSS. quo plenius eo negotio defungi liceret nobis, compararemus, aditis hunc in finem diverſorum hic loci monaſteriorum bibliothecis, ſed vt vel temporis ipſius, quo lucubratio haec elaboranda erat, anguſtias accuſemus, fruſtrati ſpe praeter eos codices MSS., quos beneficio viri eruditiſſimi AD. FRANCISCI KOLLARII *Conſil. & Bibl. Auguſt. primi Cuſtodis* (cuius promiſſos nuperna epiſtola literatiſſimos labores auidiſſime praeſtolamur) in Caeſarea Bibliotheca inſpicere licuit, nullum omnino reperiebamus. Imploramus itaque virorum de republica literaria praecipue catholica bene merendi ſtudioſorum humanitatem, vt ſi quod illis id genus MSS. fortaſſe ad manus ſit, eius nobis notitiam quandam impertiri ne grauentur.

(*a*) De codicibus quidem id teſtantur Correctores Romani in *admonit.* Atque egomet vetuſtos huiusmodi codices (de quibus infra pluribus dicetur) in Caeſarea bibliotheca inſpexi. STEPH. BALVZIVS *in praef. n.* 25. *ad not. in* ANT. AVGVST. *Dial. de emend. Grat.* idem ſe in pluribus codicibus MSS. bibliothecae Regiae Pariſienſis obſeruaſſe adfirmat; De antiquiſſimis vero editionibus id oſtendemus ſuo loco.

(*a*) Poſſent hic, ſi opus eſſet, teſtimonia complura adduci: ita Correctores Romani

recepta videntur, neque quidquam istorum omnium est, quod ex eius epitaphio Bononiae in ecclesia S. Petronii extante (*b*) confirmari non possit; in quibusdam tamen, vt fere in re historica euenit, obscura remotorum adeo temporum vetustas aliquid etiam nobis ambigui reliquit.

§. VII.

Sunt enim, qui CLASSA Tusciae ciuitate oriundum asserunt; (*a*) eiu vero nominis oppidum quum in Tuscia nusquam reperiatur, non immerito lo cu

mani adfirmant in vetustissimo Vaticano codice scriptum fuisse: *Decretum Gratiani Monachi S. Felicis Bononiensis ordinis S. Benedicti compilatum in dicto monasterio anno Domini millesimo, centesimo quinquagesimo primo, tempore Eugenii Papae tertii.* Subiunguntque iidem in aliis duobus codicibu in extremo esse haec verba: *Explicit decretum compilatum in monasterio S. Felicis de Bononia.* Huc etiam pertinet CALEND. *Archigymnas. Bononiens* de quo infra. Alii vero in aliis tantum conueniunt, dum scilicet vel eandem illi patriam, vel eundem, quo isthaec collectio prodiit annum, locumue adstruunt.

(*b*) Visum id a se fuisse FERD. VGHELLVS *Ital. Sac. Tom. III. p.* 631. *edit* NIC. COLET. *Venet.* 1718. *fol.* adfirmat, ex quo illud hic adferre libuit *Gratiani Clusini Caesarei iuris & Pontificii enucleatoris prope diuini: qui monachus in martyrum Felicis, & Naboris aede absolutiss. ibidem opus decretorum anno gratiae M. C. LI. compilauit: Monumentum quod illic carie ob sorduerat; hic magnificentius renouatum est. Ioannes Franciscus Aldrouandus Bononiensis IIII. Dictator aere publico instaurauit. Anno saluti M. CCCC. LXXXXVIII. Idibus Iunii Ioanne Bentiuolo II. P. P. remp feliciter gubernante.* Post hunc αυτοπτης etiam huius testis IOAN. MABILLONIVS, (*in itin. Ital. pag.* 199. *Paris* 1687. 4.,) quippe qui priore iam vita functo peregrinationem in Italiam suscepit, paucis mutatis illud exhibet, inter quae id solum hic notari meretur: eum anni M. CCCC LXXXXVIII. loco, annum M. CCCC. LXXXXVIIII. posuisse Eodem omnino modo expressum legitur in ARNOLD. WION *ligno vit P. II. L. V. c.* 82. *edit. Venet.* 1595. 4. Referunt illud etiam PANCIROLVS l. c. VALENT. FORSTER histor. iur. ciuil. Rom. *L. III. C. VII.* DOVIAT l. c. MASTRICHT l. c. sed parum adcurate.

(*a*) Ita quidem in chronico, vt perhibent Correct. Rom. L. C. quod inscribitu *Pomoerium ecclesiae Rauennatis*, qui liber in Bibliotheca Vaticana seruatur haec de Gratiano leguntur; *Anno Christi millesimo centesimo quinquagesimo primo Gratianus monachus de Classa ciuitate Tusciae natus decretum composuit apud Bononiam in monasterio S. Felicis.* Eundem in modum RICOBALDVS FERRARIENSIS *in hist. Impp. p.* 123. *ap.* MVRAT. *T. IX. Gratianus*, inquit, *Classa ciuitate Tusciae natus.* Pari ratione in *vita Gratiani compilatoris decreti*, vt inscriptio sonat, *variis ex auctoribus excerpta*, quae passim antiquioribus editionibus praemittitur, ita habetur: *Gratianus patria, vt quidam volunt Etruscus, aut vt alii asserunt Classensis, vtpote de Classia ciuitate*

eus hic mendofus, ac pro *Clufii* per incuriam *Claffae* pofitum fuiffe exiftimari poteft. Caeterum *Claffenfem*, vel *Claftenfem* monachum qui adpellant (*b*), non id quidem innuere videntur, natum effe Claffae, quae ciuitas prope Rauennam eft, fed quod fimilius vero fortaffe videri poffit, emiffis ibidem votis religiofis Bononiam tandem ad docendi munus euocatum, aut Bononia illuc digreffum ibique tantifper commoratum in monafterio *S. Appollinaris* partem operis fui elaboraffe. (*c*)

R 3 §. VIII.

tate Tufciae oriundus. Huc nonnulli quoque, vt MASTRICHT L. C. MATHAEI WESTMONASTERIENSIS teftimonium adferunt, qui in *flor. hift. ad annum* 1151. *Lond.* 1570. fcribit: *Eodem anno* (1151.) *Gratianus monachus de Guifa ciuitate Tufciae natus decreta compofuit fecundum Hug.* 2. *q.* 6. *c. form.* Sed mendofus ifte locus mihi *Clufium* eodem iure, quo *Claffam* ciuitatem defignare videtur. Mendo quoque laborat locus HERMANNI CORNERI *in chron. p.* 702. *ap.* IOAN. GEORG. ECCARD. *corp. hift. med. aevi T. II. Gratianus*, ait, *monachus de Clufa ciuitate prouinciae Tufciae natus decretum compofuit fecundum Vincentium.* Et locus duplex in biographis EVGENII III. ap. MVRAT. *Script. rer. Ital. T. III. P. I. p.* 438. & *T. eod. P. II. p.* 369. adductis, vbi in vtroque *Gratianus de Clufa ciuitate Tufciae natus* dicitur.

(*b*) S. ANTONINUS *Chronici feu hift. part. III. tit. XVIII. cap. VI. edit. Lugd.* 1512. *fol. Gratianum monachum Claffenfem* dicit. IOAN. TRITHEMIVS *de fcriptor. ecclef. fol.* 85. *edit. Paris.* 1512. 4. id ipfum adfirmat: *Gratianus*, inquit ille, *monachus Bononienfis fiue Claffenfis ord. S. Benedicti patria vt quidam volunt Ethrufcus.* IDEM *de viris illuftribus ord. S. Benedict. L. II. c.* 113. Gratianum monachum *Bononienfem*, five *Claffenfem* rurfum adpellat. IDEM *in chron. Hirfaug. ad A.* 1133. *p.* 399. *Gratianus* inquit, *monachus Claffenfis coenobii in Italia noftri ordinis his temporibus magno apud doctos in pretio fuit.* Io. ANT. a S. GEORGIO PRAEPOSIT. *Mediolanenf. Comment. fupra dict. P. I. prooem.* pariter *monachum Claftenfem* nominat. Vt autem tam luculenta variorum auctorum loca mendi arguamus, adduci non poffumus. Quum praeterea, vt obferuat MAGNOALD. ZIEGELBAVER *hift. rei. lit. ord. S. Bened. P. IV. C. II. §. I. §.* 6. eo tempore inftituti huius monachi nondum tanquam glebae adfcripti perpetuo, quod hodie apud eos receptum eft, eodem in loco permanerent, fed ad alia, atque alia *feu maioris religionis*, *feu doctrinae caufa* commigrarent, non inepta videtur coniectura noftra; Gratianum fcilicet in Claffenfi coenobio aliquo tempore fuiffe commoratum.

(*c*) Huic opinioni patrocinatur DOVIAT. l. c. credibile enim illi vifum eft authorem noftrum licet diutius Bononiae vixerit, aliquamdiu tamen in eo monafterio degiffe, idque vel ex eo coniici poffe; quod GRATIANVS ipfe c. 31. II. q. 6. vbi formulas proponit Apoftolorum, fiue libelli dimifforii, itemque libelli appellatorii, eas adducat fub nomine Capellani S. Apollinaris ab Epifcopo Bononienfi, & Epifcopi Regienfis a Rauennate Archiepifcopo ad fedem Apoftolicam appellantium, manifefto argumento: familiaria haec ipfi loca fuiffe, ideoque facile occurriffe vocabula S. Apollinaris, & Rauennenfis ecclefiae.

§. VIII.

Etiam de legitimis natalibus Gratiano nostro quaestio mouetur, quum PETRI LOMBARDI, & PETRI COMESTORIS, qui eodem saeculo scriptis suis inclaruere, frater ex adulterio, aut stupro conceptus a quibusdam putatur. Sed non est huius fori haec quaestio: superuacaneum enim autumo rem nihil ad scopum nostrum pertinentem altius inuestigare. Commentum tamen id esse, cui aetatis, famae, studiorumque similitudo (a) locum fecisse videtur, non immerito saniores critici arbitrantur. (b)

§. IX.

(a) Tempore quidem non multum inter se se differre triumuiros istos aeui sui eruditissimos expeditum apud omnes est; praetereaque aequalibus fere studiis, licet non in eodem prorsus genere, intentos fuisse vel ipsa eorum opera ostendunt; LOMBARDVS enim *quatuor sententiarum libris* theologiam scholasticam fundauit, a COMESTORE *historia scholastica* edita est; quo factum vt magistri nomen, praecipuum eo tempore id genus literatorum ornamentum, promererentur.

(b) S. ANTONINVS ipse l. c. illud referens falsitatem eius ostendere conatur: *Circa ista tempora*, inquit, *fuerunt tres solennes viri valde studiosi, qui composuerunt libros multum perutiles ecclesiae Dei, scilicet* GRATIANVS *Monachus Classensis, qui composuit decretum, & magister* PETRVS LOMBARDVS *episcopus Parisiensis, qui compilauit librum sententiarum, &* PETRVS *qui dictus est* COMESTOR, *qui fecit historiam scholasticam, & a quibusdam praedicatur in populis, quod fuerint Germani ex adulterio nati. Quorum mater cum in extremis peccatum suum confiteretur, & confessor redargueret crimen perpetratum adulterii, quod valde graue esset, & ideo multum debere dolere, & poenitentiam agere. Respondit illa: Pater scio quod adulterium peccatum magnum est, sed considerans quantum bonum secutum est, cum isti filii mei sint lumina magna in ecclesia, ego non valeo poenitere. Et confessor ad eam: quod tui filii sint notabiles viri, & opera vtilia fecerunt ecclesiae Dei, non ex te, sed ex dono Dei est, ex te autem adulterium crimen magnum, & de hoc doleas & si non habes illum dolorem, quantum exigit tantum peccatum, de hoc tamen doleas, quod non potes dolere. Sed de hoc dici potest id: exempla ponimus, non quae ita sint, sed vt sentiant addiscentes. Non enim reperitur authenticum. Imo nec fuerunt contemporanei, etsi vicini tempore; Gratianus enim fuit ante alios duos, nam ut dicit Hugo in Glos. 2. q. 6. §. Forma appellationis, Gratianus librum decretorum edidit Alexandro III. Papa tunc legente Bononiae in theologia & Iacobo in legibus, qui Alexander creatus fuit Papa Anno Domini MCLIX. Magister autem Petrus Lombardus, qui fecit librum sententiarum, fuit equidem tempore Friderici I. Imp. & eiusdem Alexandri P. sed non germanus eius, nec de more est duos eodem nomine vocari, scilicet Petrus.* Verum ista temporum differentia, quibus haec virorum triga extiterit, tanta non est, vt firma satis S. Antonini argumentatio, hic a nobis allata consistat. Alia vero eaque paulo fortiore vtitur BELLARMINVS *de script. eccles. in Lombard.* Io. CHIFFLET. *apol. diss. de iur. vtr. Archit.* c. V.

§. IX.

Locus ipſe, in quo Bononiae aut commoratus ſit, aut Decretum ſuum ompilauerit in diſceptationem adducitur: Nam & S. Proculi monachi ſuum aſſerentes ſtatuam ei marmoream in coenobio ſuo erexere, (a) quam a ſe viſam d. MONTFAVCONIVS teſtatur. (b) Eam ob rem nonnulli eius biographi, uum nihil certi poſſent ſtatuere, in medio reliquerunt, vtri ex ambobus his onaſteriis adſcribendus videatur. (c) Hanc tamen opinionum diſſenſionem con-

c. V. §. IV. ap. EV. OTT. *in theſ. iur.* PAGIVS *in crit. ad* BARON. A. M. CLI. n. VI. Aliique, deſumta nimirum ex inſigni ſoli natalis diuerſitate, coniectura, quum GRATIANVS Cluſii in Etruſcia, LOMBARDVS apud Nouariam in tractu Mediolanenſi, COMESTOR apud Tricaſſes in Gallia primam lucem aſpexerit. Sed neque hac ratione in apricum deductam quaeſtionem hanc alii arbitrantur, vt ZIEGLERVS l. c. quum nihil repugnet diuerſo tempore in diuerſis locis adulterio editos, adeoque non tergeminos quidem, ut CAVEVS *de ſcript. eccleſ. p.* 578. *edit. Geneu.* 1720. f. a quibusdam creditum eſſe refert, ſed fratres tamen fuiſſe. *Ego*, ſubiungit ille tandem, *cum non conſtet vnde fabula illa primum exorta fuerit, nec tamen ſatisfaciant argumenta, quibus ea confutari ſolet, totum hoc negotium cum pluribus aliis, pontificiis ſcriptoribus ſuo loco relinquo.* At nemo ante CAVEVM, vt obſeruat CASIM. OVDINVS, habitos eos fuiſſe tergeminos affirmat, mirorque maiorem in modum tantam hic dubitationem Zieglero ſubortam, quum omnem ei adimere potuiſſent clariſſima *Antonini* verba dicentis: *a quibusdam praedicatur in populis*, quoniam enim ante illum nemo unus quidquam ea de re attulit, manifeſto colligitur ex incerto populi rumore enatam eſſe hanc opinionem.

(a) ARN. WION l. c. idem cum Gratiani monaſterio, quod olim cum patria Homeri contigiſſe obſeruat, *monachis S. S. Felicis & Naboris ſuum eſſe aſſerentibus, monachis vero S. Proculi contradicentibus, qui Gratianum monachum ſuum fuiſſe affirmant, & pro tali in eorum clauſtro, quod hortum reſpicit ſtatua marmorea cum ſequenti inſcriptione ab eisdem eſt condecoratus, vt mihi relatum eſt: Gratianus monachus S. Proculi vir diuino ingenio praeditus, qui cum aliis ſcriptis ſuis eccleſiam illuſtrauit, tum inſigne decretorum volumen confecit, quod ab* EVGENIO III. *comprobatum ad haec vſque tempora maxima eccleſiae adiumenta miniſtrauit. Floruit circa annum Domini* M. C. L. *& pro maiori confirmatione in hodiernam diem cubiculum ipſius Gratiani oſtendunt, quod eſt ſupra cellam abbatis, vocaturque etiam nunc cubiculum, ſiue cella D. Gratiani, in eoque egregio ſatis opere, licet antiquo, ipſius Gratiani acta depicta videntur.*

(b) *In ſuo diario Italico C. XXVII. p.* 398. Paris 1702. 4.

(c) Omnium loco audire lubet CAR. SIGON. *hiſt. Bononienſ. L. III. T. III.* ad an. 1151. p. 128. *in opp. omn. a* PHIL. ARGELATO *Mediol.* 1733. f. *Poſt triennium Gratianus monachus in coenobio D. Felicis, ſiue vt alii volunt, D. Proculi, Decretorum volumen edidit.*

conciliasse sibi visus est ARNOLD. WION, (d) dum illum monasticam vit
in coenobio S. Proculi professum fuisse, deinde vero maioris commoditatis gi
tia in monasterium S. S. Felicis, & Naboris transiisse, ibique composuisse op
suum ait. Sed neque hac ratione sopita lis est. Obstat illi namque eorum s
tem sententia, qui etiam scripsisse eum in D. Proculi aede asserunt (e); qu
tamen opinio nullo idoneo argumento nititur (f), nisi forte dicere velis, Gi
tianum quasi dispertiturum per plura ordinis sui monasteria tanti laboris g
riam, coeptam in Diui Proculi coenobio lucubrationem in D. D. Felicis & N
boris perfecisse.

§. X.

Nec de tempore, quo in lucem prodierit celeberrima haec decretori
compilatio, concors est auctorum sententia. TRITHEMIVS (a)
M C.XXVII. *Gratianum diligenti studio ordinate quaeque* (in sua collectione) *co
posuisse* scribit, quam tamen sententiam Correctores Romani (b) cum comm
niore conciliare videntur innuendo: inceptum fuisse hunc laborem A. M.C.XXV
anno vero M. C. LI. consummatum. Alii sub INNOCENTIO II. A. M. C. XXX. (

(d) *Loc.* supra *citato.*

(e) Ita quidem PRAEPOSITVS l. c. *Gratianum librum istum, quem in ma
bus tenemus, in monasterio S. Proculi edidisse tradunt historiae.* Conf. PA
CIROL. & MASTRICHT l. l. c. c.

(f) Vt enim supra a nobis allata taceamus, nouum nobis suppeditat argume
tum MABILLONIVS *l. c. p.* 200. & alii illo etiam antiquiores, vbi in co
nobio S. Felicis lapidem quendam, ad Gratiani ostium cubiculi positum,
in sacrarium postea translatum sequentibus versibus insignitum se vidisse fid
nobis facit:

Hanc aulae partem reuerenter lector adito,
Namque loci monachus decretum hic condidit huius
Diuinum Gratianus opus, quantumlibet arto
Contentus septo, quod iam reparando caducum
Et vetus hoc claustrum tolli fuit inde necesse
Id tamen Abbate constructum est Bartholomaeo
Mille trecentis decies septem atque quaternis
Annis a Christo pura de Virgine nato.

(a) *De viris illust. ord. S. Benedict. l. c.*

(b) Qui hunc in modum scribunt: *Trithemius ipsam fortasse operis inceptionem s
ctans compositum fuisse dixit* M. C. XXVII. *Conf.* BELLARM. *de script.
cles.* l. c.

(c) CHRISTOPH. IVSTELLUS *in praefat. ad vet. cod. can. eccles. vniuers. in B
iur. can. vet.* GVIL. VOELLI & HENR. IVSTELLI. *T. I. Denique Gr
tianus monachus Bononiensis omnium collectorum canonum nouissimus sub* INN
OC

& sequentibus circiter annis, (*d*) plerique infra, aut supra A. M. C. L. id praestitum esse contendunt (*e*) atque ita non multum a sententia nostra recedere videntur. E quibus omnibus istud saltem manifesto colligitur: sub Eugenio III. P. M. qui ab A. M. C. XLV. vsque ad A. M. C. LIII. ecclesiae praefuit, collectio-

CENTIO II. *P. M. CXXXI. decretum composuit ex Graecis & Africanis, aliisque canonibus & decretis Pontificum Rom. veterumque patrum sententiis collectum, quod absolute ius canonicum, siue pontificium nuncupatur ab ecclesia romana probatum, & confirmatum, cuius iure omnes controuersiae ecclesiasticae hodie iudicantur.* Quod vltimum profecto obseruatum fuisse temporibus Iustelli vix adfirmauerim.

(*d*) Apud CONRAD. VRSPERGENS. *in chron. p.* 278. *Basil.* 1569. f. legitur: *Huius* (i. e. Lotharii II. 1137. mortui) *temporibus magister Gratianus canones, & decreta, quae variis libris erant dispersa, in vnum opus compilauit, adiungensque eius auctoritates S. S. Patrum secundum conuenientes sententias.* MARTIN. MINORIT. chron. ap. ECCARD. *T. I. p.* 1626. *M. C. XLII. claruit* PETRVS LOMBARDVS, *cuius frater, & Germanus dicitur* GRATIANVS *fuisse, qui & monachus decretum composuit ex dictis Sanctorum & summorum Pontificum.*

(*e*) Teste enim HVGONE *in Gloss. An. Dom. incarnat. M. C. LXI.* c. 31. II. q. 6. Liber Gratiani fuit editus A. M. C. L. *docente Iacobo Bononiensi in legibus & Alexandro in theologia, qui postea fuit Papa Alexander III.* S. ANTONINVS l. c. *Gratianus librum decretorum edidit Alexandro III. P. tunc legente Bononiae in theologia, & Iacobo in legibus, qui Alexander creatus fuit Papa Anno Domini milesimo C. LIX.* PTOLOM. LVCENSIS *hist. eccles.* L. XXI. c. 18. ap. MVRAT. T. XI. In *vita Eugenii III. ex MS.* Bernard. Guidonis ap. MVRAT. *T. III. P. I. p.* 438. dicitur: *Gratianus monachus monasterii S. Felicis Bononiae de Clusa ciuitate Tusciae natus decretum composuit An. Dom. M. C. L sed dicit Hugutio II. q. 6. c. form. In* VITA *Eugenii III. ex cod. Vatic.* apud EVND. *P. II. p.* 369. *Item quod tempore ipsius Eugenii Papae quidam monachus nomine Gratianus monasterii S. Felicis, & de Clusa ciuitate Tusciae natus tunc floruit.* Et ibid: *qui liber* (decretorum) *ab initio fuit compilatus anno a natiuitate Domini M. C. L. secundum eum, & Huguitium sui libri expositorem.* PRAEPOSIT. l. c. IOANNES vero *in chron. L. II. c.* 52. *p.* 150. ap. LVDEWIG. *reliqu. MSS. T. XII. Gratianus monachus compilauit decreta in Bononia, cuius frater Petrus Lombardus librum sententiarum compilauit M. C. LIII.* HERMAN. CORNERIVS l. c. istud ad an. circiter M. C. LIV. & duo CHRONICA apud LEIBNITIVM *script. rer. Brunswic. alterum* S. AEGIDII, *alterum* VERDENSE *T. I. p.* 585. *T. II. p.* 217. ad hos circiter annos referunt. VINCENTIVS BELLOVAC. ignarus quodnam tempus statueret, scribit *specul. hist. LXXV. c. LXXXIV. Venet.* 1494. *f. Porro librum istum, qui nunc vbique in vsu habetur, compilauit Gratianus ut fertur monachus, sed quo tempore ignoro, nisi post Iuonem, vt existimo.*

ctionem hanc prodiisse, qua in re & plurimi, qui certum annum non difiniuere, cum caeteris consentiunt.

§. XI.

Id vero nemo facile negauerit tam diuersissimarum rerum congeriem ordinatamque dispositionem complurium quoque annorum laborem sibi postulasse (a), neque inanis est coniectura ex ipso hoc decreto (b) desumta, Gratianum iam A. M. C. XLI. in compilandis decretis fuisse occupatum. Quare non inepte fortasse tum primam huic operi manum admotam dixeris, quum Bononiae caput attollere ius ciuile, maioribusque in dies incrementis laetius efflorescere coepisset. Circa annum videlicet M. C. XXXVIII. (c)

§. XII.

Aegro nimirum animo ferebat vir ecclesiastici iuris studiosissimus neglectam hanc caliginosorum temporum vitio legum ecclesiasticarum scientiam cum iuris ciuilis prudentia minime in contentionem venire audere, quumque in hoc emendando omnes desudarent, in illa neminem reperiri, qui triste tunc, ac tenebricosum, atque adeo simillimum aetati huic ecclesiasticarum legum studium erigeret, dissipatosque, aut male collectos ecclesiae canones adcuratiorem redigeret in ordinem; hunc enim in prioribus compilationibus omnibus desiderabat; deesse multa, multa redundare, alia etiam inter se pugnare probe aduertebat. Excitauerat ea res, accedente praecipue hortatu S. BERNARDI Abbatis Claraeuallensis (a), cuius summa illis temporibus in ecclesia erat auctoritas,

(a) CALEND. *Archigymnas. Bononiens. Gratiani opus insigne a pluribus retro sub magno labore congestum, & modo* (1151.) *absolutum* dicit.

(b) Ex forma apostolorum, quae habetur c. XXXI. II. q. 6. videtur colligi posse An. M. CLXI. scripsisse adhuc Gratianum, sed est mendum, loco M. CLXI. reponendum est facili mutatione M. CXLI. vt quoque ibidem monent CORRECTORES ROMANI *in notis*, & late ANT. AVGVST. *L. II. Dial.* 9. Id satis confirmat annus indictionis quartus qui an. M. CLXI. est septimus, anno vero M. CXLI. currebat indictio quarta.

(c) Qua de re nihil quidquam inter iuris Romani historicos controuersiae est. Consuli prae caeteris poterit clarissimi, summaque mihi necessitudine iuncti collegae mei CAR. ANT. MARTINI *ord. hist. iur. ciuil. C. VIII. §. XXVII. & seqq.*

(a) Satis id ostendit BOEHMERVS l. c. *Obseruationem hanc* inquit, *debeo* FR. ANGELO MANRIQVIO *in annal: Cisterc. T. II. ad an.* 1151. *c.* 5. *n.* 6. *qui inde gloriam huius compilationis simul ordini Cisterciensi attribuit: tum quod auspiciis, & consilio* BERNARDI: *tum quod sub* EVGENIO *ordini huic adscripto collectum fuerit.* Grauiter enim doluit BERNARDVS frequentissimum iuris ciuilis usum neglectis sacris urbem Romanam occupasse. *Quotidie per-*

stre-

ctoritas, viri pro ea aetate eruditissimi feruorem, neque tulit diutius, vt illa opera, qua futurum sperabat, vt rectiore talo consisteret sacrarum legum systema, in ecclesia Christi desideraretur.

§. XIII.

Itaque ipse priuatis quidem auspiciis, quum idoneis se subsidiis instructum consideret, ei malo medelam allaturus (a) laboriosissimum opus exorditur, nouumque, ac magis ordinatum iuris ecclesiastici codicem ad imitationem corporis iuris Iustinianei molitur anno tandem M.C.LI. superius a nobis recensito consummatum, quo, vt Correctores Romani obseruant, non tantum decretis colligendis (quod superiores fecerunt) operam dedit, sed IVONIS fortasse praefatione excitatus eo potissimum incubuit, vt certis quaestionibus propositis, quid in vtramque partem ex canonibus, qui inter se nonnunquam pugnare videbantur, dici posset, ipse & afferret, & explicaret, omnemque eorum varietatem, quae speciem dissensionis habebat, ad concordiam reuocaret, idque eo praecipue fine, vt liber idoneus prae manibus esset, qui studiosae legum ecclesiasticarum iuuentuti in scholis praelegeretur. Hunc enim suscepti laboris praecipuum fuisse scopum vel ipsa libri huius forma ostendit, vbique enim, id quod docendi ratio postulat, principia praemittit, Gratiani dicta vulgo appellata, haecque vt diximus subiunctis variis canonibus confirmat, quam compilandi rationem ante illum secutus est nemo.

S 2 §. XIV.

strepunt (alloquitur Eugenium Papam) *in tuo palatio leges: sed Iustiniani, non Domini. Rectius etiam istud tu videris. Nam lex Domini immaculata, conuertens animas: eae autem non tam leges, quam lites sunt, & cauillationes.*

(a) Recte igitur celeb. MVRATORIVS *antiquit. Italic. med. aev. differt. XLIV. T. III. Col.* 399. *Hanc ergo laudem primam sibi procurauit Bononiensis ciuitas saeculo XI. nempe scholam Romani iuris illustrem aperire, qualem caeterae antea nunquam habuerant. An aliud quidquam discipulis illuc ea de causa confluentibus tunc explicaretur, ex monumentorum inopia decernere nemo possit. Anonymus Poëta Nouocomensis tantummodo ob restauratum legum studium doctam, & celebrem Bononiam appellat, & hoc quidem a Bononiensibus multa cum laude saeculo XI. peractum. Sed altero saeculo, hoc est XII. eadem ciuitas nouum decus sibi procurauit, cuius nunc nobis ingerenda est mentio. Hactenus ad iuris ciuilis scientiam incubuerat Bononiensium cura, ac industria e publica re, post aliquot annos visum est excollendum quoque in scholis proponere ius canonicum.* Conf. IDEM *in Annal. Ital. ad ann.* 1151. *T. VI. Con gran concorso di scholari si spiegauano in questi tempi in Bologna le leggi Romane risuscitate circa il principio di questo secolo. Cadde in pensiero a Graziano monaco Benedittino Toscano di patria, perche nato in Chiusi abitante allora nel monistero di San Felice di Pologna di compilare ancora il Gius canonico, per metterlo nelle scuole, e nelle mani della Giouentù studiosa.*

§. XIV.

Ex quo ipso ratio repeti potest, cur opus suum *concordiam*, siue *concor dantiam discordantium canonum* inscripsisse videatur; (*a*) vt indicaret nimirun quo consilio, propositoque collectionem isthanc adornandam susceperit. (*b* Atque haec ipsa inscriptio in vetustissimis quibusque codicibus, ac editionibu omisso auctoris nomine reperitur. (*c*)

§. XV

(*a*) ARCHIDIAC. *comment. in decret. Grat. Tractaturus Gratianus de iure ca nonico legum ecclesiasticarum confusam materiam, siue dissonantiam in lucu lentam consonantiam redigere intendit, in hoc opere, quod ex ipsa rubrica ap paret, dum dicit sic: incipit* CONCORDANTIA DISCORDANTIVM CA NONVM. PRAEPOSIT. l. c. *Huic autem libro titulum Gratianus inscrip sit per rubricam generalem: incipit concordia siue compilatio, & in vnum re ductio discordantium canonum, vel propter contrarietatem, vel propter vari tatem, vel propter obscuritatem, & multiplicitatem.* S. ANTONINVS l. *Composuit decretum Gratianus monachus in ciuitate Bononiae ut dicitur, qua librum intitulauit* CONCORDIAM DISCORDANTIVM CANONVM. TRITHEMIV *de vir. illust. ord. S. Bened.* l. c. *Nobile opus decretorum composuit, quod con cordiam discordantium canonum appellauit.*

(*b*) Pluribus id exponit ANT. AVGVST. *L. I. Dial. I. p.* 5. inquiens: *Sed ad Gratianum redeamus, in eius libris veteribus illa inscriptio est, quam as disti* CANONVM CONCORDIA DISCORDANTIVM, *similem legi Romae in vete libro Cresconii concordia canonum, & ipsi Canones.* C. *Quid est, quod h verbis significare voluerunt? an putandum est canones conciliorum ita esse inte se contrarios, ut egeant concordia?* A. *Quantum ego potui ex Cresconii libr elicere, concordiam vocat collectionem similium sententiarum, & qui scripturc sacrae verba collegerunt concordantias Bibliae appellarunt, quibus verbis, pa vestra dicere liceat, nihil excogitari potest ineptius.* C. *Gratianus igitur concordiam dicit, quasi collectionem similium canonum. Cur vero addit voce discordantium, quae sola refugit hanc interpretationem?* A. *Vere tu quide ais, nam si inscripsisset concordiam canonum, vt Cresconius fecit, aut concor diam concordantium & discordantium canonum hanc reciperet interpretationem nunc vero significare videtur concordiam inter discordes versari.*

(*c*) Testantur id CORRECT. ROMANI in *admonit.* in plerisque vetustis huiu collectionis exemplaribus hanc tanquam inscriptionem rubris literis positam esse: CONCORDIA DISCORDANTIVM CANONVM. STEPH. BALVZ. *in praef. not. ad* ANT. AVG. *dial. praemiss.* §. 25. dicit, se in antiquum bibliotheca regiae codicem incidisse, titulumque ibi vt in caeteris veteribus libris hunc esse: INCIPIT CONCORDIA DISCORDANTIVM CANONVM. Ipse ego istud in Caes. codd. MSS. obseruaui. Pleraeque etiam veteres editt. hanc praesefe runt inscriptionem vt infra pluribus. Et licet praefixa esset in nonnullis in scriptio decreti, non raro tamen haec ipsa adiungitur, ita: *Decretum Gra tiani in, quo est concordia siue concordantia discordantium canonum.*

§. XV.

Postea tamen nescio quo fato quasi κατ' ἐξοχὴν Decreti (a) compellatio inualuit hodie communi in scholis vsu recepta, eum forte in modum, quo in iure Romano innumerorum edictorum collectio, quam sub Hadriano Saluius Iulianus coordinauerat, edicti perpetui nomen sortita est. Hanc tamen inscriptionem pluribus reprehendit ANTON. AVGVSTINUS (b) rectius multitudinis voce

S 3

(a) Ita passim in recentioribus, ac nonnullis etiam antiquioribus editionibus. BALVZIVS l. c. p. 656. *Decretum* Gratiani simpliciter scriptum esse tradit in pagina, quae antecedit initium operis in recentiori codice Victorino. Pertinent etiam huc S. ANTONIN. l. c. HENR. DE GANDAVO *de script. ecclesiast. c.* 49. CALEND. *Archigymn. Bonon.* opus Gratiani concordiae discordantium canonum vulgo *decretum* appellatum fuisse memorat.

(b) *Sed quid est, quod dixisti, falso hunc librum Gratiani Decretum dici? an non ita dicitur, vt Burchardi, & Iuonis decretum? aut librarii nos suis titulis decipiunt, aut ipsi scriptores sic scribi voluerunt, a quorum scriptura hanc etiam emanasse verisimile est.* B. *Antequam* C. *nostro respondeas, ego dicam, quod ab illis selectis viris accepi; in nullo fere veteri libro Gratiani eam inscriptionem exstare: sed hanc; Concordia discordantium Canonum. Sic etiam in melioribus editionibus Antonii Democharis, & Antonii Contii, vox illa Decretum, vtpote inepta, in multitudinis vocem mutata est. Quod in librorum inscriptionibus aptius esse, vel Cicero testis est; quippe qui noluit de officio, aut de fine scribere, sed de finibus, & de officiis. Itaque Decretorum collectanea* DEMOCHARIS, *Decretorum canonicorum collectanea* CONTIVS *inscripserunt. Decretorum vero collectionem esse hanc nemo negauerit non vnius decreti explanationem. Sic etiam dicimus Decretorum Doctorem, non Decreti, iuris pontificii consultum.* C. *Non equidem nego Decreta Pontificum aptius dici, vt Magistratuum decreta in iure ciuili, vnde etiam decretalium epistolarum appellatio manauit, cum decerni aliquid in singulis epistolis videamus. Sed putabam Gratianum eam vocem a Burchardo, & Iuone accepisse.* B. *Ne hoc quidem in veteribus libris affirmant inueniri.* A. *Recte tu de Gratiani, & Burchardi inscriptione. Neque enim in veteribus libris ea vox Decretum est. Gratiani quidem possum vobis multos ostendere; sed & Burchardi, & Iuonis aliquot sine hac inscriptione. Et vt video, Iuoni Carnotensi magis placuit excerptiones appellare, sic etiam scribendum est, non exceptiones. Eius verba tam in Panormia, & in Decretorum grandiori volumine, quam quod caput est, in epistolarum libro haec sunt: Excerptiones ecclesiasticarum regularum, partim ex epistolis Romanorum Pontificum, partim ex gestis conciliorum catholicorum Episcoporum &c. in vnum corpus adunare curaui. Panormiae titulus in veteri libro hic est: Incipit liber sacrorum canonum. In eodem libro nulla est praefatio, nullumque scriptoris nomen. Hildeberti quoque Cenomanensis Episcopi, & postea Furonensis, qui Nannetensi concilio non edito praefuit ab Honorio Minore confirmato, qui fuit Callisti Minoris Successor, epistola quadragesima nona edita est, cuius initium: plerumque fit. In ea Epistola haec verba leguntur: Exceptiones Decretorum (vel potius Excerptiones) quas in vnum volu-* men

voce *Decreta*, (*c*) quam *decretum* dici potuisse existimans, quemadmodum Ciceroni non *de lege*, sed *de legibus*, non *de fine*, sed *de finibus*, non *de officio*, sed *de officiis* opera sua inscribere visum est. Dicta est etiam collectio haec *Corpus decretorum*, (*d*) ab aliis *Apparatus decretorum*, (*e*) quidam *codicem*, (*f*) *librum*, (*g*) *Volumen decretorum* (*h*) nuncupant. Ab aliis etiam *collectionem*, *siue compilationem*, (*i*) aut *collectanea decretorum* (*k*) inscriptam reperies.

§. XVI.

men ordinare disponimus, ad suum finem nondum perductae sunt. Mendose autem huius Hildeberti epistolis adscripta sunt illa ipsa Iuonis verba: Excerptiones ecclesiasticarum regularum &c. Burchardi vero libri veteres carent inscriptione. Sed in edito non Decretum, sed Decretorum libri XX. appellantur. Collectiones Burchardi Vormaciensis appellat Iuo in quadam epistola. Anselmi Lucensis voluminis inscriptionem sine nomine eiusdem in tribus libris legi. Vnius eorum haec est. Incipit autentica & compendiosa collectio regularum & sententiarum Sanctorum Patrum, & auctorabilium conciliorum.

(*c*) Balvz l. c. p. 655. *In Victorino autem antiquo in pagina, quae antecedit initium operis, scriptum est manu antiqua: Liber dictus decreta Gratiani.* Vincent. l. c. & Math. Westmonast. *librum Gratiani* Decreta *vocant.*

(*d*) Innocent. III. *in epist. ad Archiepiscop. Compostel. Corpus decretorum* dicit, vt monent Correctores Romani. Vincentivs Hispanvs vetus decretalium interpres, ex quo hunc locum descripsit Avgvst. *in ipso ferme princip. not. ad primam antiq. collect. Decret. p.* 431. *Paris* 1609. *f. quia non omnia*, inquit Vincentius, *poterant deprehendi in decretorum corpore, ideo magister B. Papiensis Praepositus hoc opus compilauit.*

(*e*) In codice Sangermanensi (teste Balvzio l. c.) in quo ad marginem textus posita est a manu recentiore Glossa Bartholomaei Brixiensis, haec scripta sunt manu antiqua. *Explicit apparatus decretorum.* Eodem modo in Barthol. Brixiens. *init. Gloss. legitur.*

(*f*) Ita in antiquis quibusdam edit de quibus infra.

(*g*) S. Antoninvs l. c. *Gratianus librum decretorum edidit.* Caepol. *tract. de recognit. libr. iur. can. in prooem.*

(*h*) Archidiacon. super decretorum volumen scripsisse in titulo dicitur. Trithem, *de script. eccles. l. c.* Arn. Wion. l. c.

(*i*) Vid. Balvz. l. c. p. 655. *Respexisse videtur Vincentius ad verba Tancredi relata ab illustrissimo Episcopo Monspeliensi Francisco Bosqueto in notis ad epistolas Innocentii III. p.* 48. *Haec sunt verba Tancredi. Post compilationem decretorum factam a Gratiano multae a Romana curia decretales epistolae emanauerunt, quas magister Bernardus tunc Praepositus, postmodum Episcopus Papiensis ad studentium vtilitatem sub competentibus titulis compilauit. Denique* pergit vir eruditissimus, Iacobvs Cviacivs *ad cap. penult. & vlt. de sentent. & re iud. ita omnino loquitur de Gratiano: Collectio autem decretorum facta a Gratiano fuit prima, quae praecessit sex collectiones decretalium. Hunc secutus est* Franc. Florens. cuius haec sunt verba *ex praef. tract. in nouem prior. tit. lib. I. Decretal. p.* 3. *Secundo de collectione decretorum Gratiani tractauimus.*

(*k*) Vt Ant. DemocHares, & Ant. Contivs dixere. Vid. not. b.

ad

§. XVI.

Hanc tandem collectionem, quaecunque demum eius tibi nomenclatio arrideat, perfectam, elaboratamque industria Bononiensibus iurium interpretibus recognoscendam exhibuit, eum in finem, vt examinatam probatamque sibi Eugenio Pontifici offerrent, (a) a quo etiam confirmata, eamque consecuta auctoritatem est, vt in schola Bononiensi, cui primo iam proposito destinata fuisset, publice praelegeretur. (b)

§. XVII.

ad h. §. Ad rem omnem isthanc, de diuersis inscriptionibus Gratianeae collectionis conferri poterunt infra a nobis de editionibus adnotanda.

(a) Calend. *Archigymn. Bonon.* ap. *Alexand. Machiavel, in notis ad* Sigon. *hist. Bonon. l. c. Ad diem XXI. Mart. S. Benedicti Abbatis, & monach. occidental. patris, ad quem venerandum in ecclesia S. Proculi tanquam eor. patron. atque protect. accedunt de mane ex eccles. cathed. praeeunt. suis publ. prof. omnes monachi illius regulae, qui sunt Bononiae ad studium. Deinde accedent cum suis cap. nat. omnes scholar. prouinc. Neapolit. ad d. ecc. s. Proc. & ibi facient de more oblat. VI. cereor. ad suum altare ob eandem causam. Hac die* Gratianus *monachus celeber. S. Felicis cognomento magister decretorum, & a plur. annis sac. canon. in hoc Lycaeo. pub. prof. obtulit de a. MCLI. vniu. I. consultis pub. nostris interp. & schol. dantibus hic operam legibus, insigne opus suum a plur. annis retro sub magno labore congestum & modo absolutum concordiae discord. canonum, quod appell. est decretum, rogans eos demisse, vt sibi compatiendo dignarentur illud examinare, & corrigere & postea offerre D. Apostolico Eugenio III. vt de sua venia posset publice legi, & explicari, prout laudato solertiss. authore R. D. Archid. nomine academiae spopondit facere, & onus assumpsit, ac porro etiam obtinuit cum magna satisfactione d. D. Papae de A. M. C. LII.* .

(b) *Idem* Calend. *Nouembris IV. SS. Martyr. Vital. & Agricolae ciuium Bononiensium, ad quos veneran. in sua eccl. super vet. arena hoc mane accedent D. D. Rect. scholar. vltra & citra mont. cum omnibus cap. nation. in gratiam magnif. & potent. pop. Bonon. de cuius thesaurar. maior. manibus accipient VI. Cereos pro solita oblatione facienda. Hac die de anno M. CLII. R. D. Archid. Bonon. tanquam maior huius stud. gen. Cancell. conuocatis omn. pub. iur. interp. & cap. nat. scholarium legist. in S. Petri promulgauit literas apost. D. Eugenii Papae III. ad ipsum dat. Romae XXI. Oct. praeteriti per quas dabat suum placet super hoc, quod compilat. magistri Gratiani superiori A. per eum huic Lycaeo oblata, & a D. D. Archid. Romam missa, vt sana, & canonica pub. posset legi & explicari commendans insuper summopere, & maxime clericis hoc studium sacrorum canonum, spem denique dando, fore se magnis honor. atque dignit. cumulaturum eos, qui proficiscent in hac facultate. Et ad diem VIII. Iulii in* eodem legitur : *Funus beati Eugenii III. Papae, quod accidit hac die A. S. MCLIII. sepulto Romae non sine praecipuis miraculis eius corpore, cui debet nostrum Lycaeum facultatem publice legendi & explicandi decretum mag. Gratiani, vt supra in Nouembri ad diem IV. &c.* Et licet

Tri-

§. XVII.

Itaque hoc quasi Pegaso in sublimius fastigium eluctatum, euectu est iuris ecclesiastici studium, magis longe, feruentiusque ex eo tempore coeptum, ad cuius auctoritatem amplificandam trini etiam honorum acad corum gradus, baccalaureatus, licentiatus, & magisterii, seu doctoratus ex iure ciuili, & philosophia, ita quoque ex hoc decreto nouo iuuentutis tamento merentibus tribuebantur. (a) Inde *magistri Decretorum* seu doct

TRITHEMIVS *de script. ecclesiast. & in chron. Hirsaug.* ALIIQVE res idem tradant, AVGVSTINVS tamen L. I. Dial. III. p. 27. id non no verum agnouisse videtur. Ita enim ibidem legitur: A. *At si credas quae Gratianus scripsit, apostolica esse auctoritate confirmata, multiplex ror tuus, & omnia complectetur hoc volumine conscripta.* C. *Nunc pla telligo, sed quo pacto probas non esse confirmata.* A. *Tu qui ais, redige moriam. Vidistine vnquam Eugenii confirmationem?* C. *Minime gen* A. *Habesne aliquem dicere, qui se dicat vidisse, aut qui partem aliquam rat?* C. *Ne hoc quidem, sed sunt qui asserunt eum confirmasse.* A. *Sunt qui id negant.* Eadem ratione quoque FRANC. FLORENS l. c. de c matione ista dubitat. *Obseruandum vero*, ait ille, *falsum esse - - - col nem Gratiani Eugenio III. oblatam fuisse, & ab eo confirmatam. Non huiusmodi confirmatio.* (quasi vero omnia propositis publicis edictis con re, aut consignata perennitatem consequi necesse sit) *Quare recte ni huiusmodi confirmatione Gratiani in editione Romana, sub Gregorio edita.* Verum non satis isti fortasse confirmationem, quae vim legis de huic tribuisset, ab ea, quae auctoritatem eidem, vt in scholis praelegi sit, impertita est, discreuisse videntur. Nobis vero hic de eius aucto scholastica solum quaestio instituitur; legalem an consecutum sit, paul ferius disquiremus.

(a) *Calend. Archigymn. Bonon. Hac die* (id est VII. Martii) *de A. MCLI Gen. conuentu pub. iur. interp. & scholar. dantium operam legibus in vi iure habito de ordine R. D. Archid. tanquam mai. cancell. huius stud. G S. Petri edita est constitutio D. apostolici Eugenii Papae III. dat Laterani Febr. huius anni, & per eum transmiss. ad D. R. Archid. super faculta collata constituendi baccalaureos, & licentiatos, atque eosdem creandi dist a gradu vel censura in iure ciuili, doctores siue magistros in iure canonic iisdem honor. dignit. praerogatiuis &c. quibus fruuntur baccal. & licenti creati Doctores Bonon. in iure caesar. & artibus per d. D. Archid. ita in omnibus, & per omnia, qui creati erunt Doctores, siue magistri in iu non. posthac Bononiae per D. D. Archidiacon. sint, habeantur ad insta aequiparentur sine vllo discrimine Doct. ita creatis vel in iure caes. vel in bus; imo hi tanquam digniores propter diuinum ius, quod pertractant, ferri debeant, & praecedant in quacunque alia facultate doctoratos. Bac reus vero constitui nullus poterit, nisi postquam bene studuerit per tres & pub. disputauerit cum schol. in iure hoc, item neque postea poterit qui baccalau. licentiari, nisi bene studuerit altero anno a baccalaureatu, &*

& *decretiſtae legiſtis*, ſiue iuris ciuilis doctoribus oppoſiti, originem traxere. Delata eſt in ſchola Bononienſi explicandi huius decreti prouincia ipſi GRATIANO, & RAYNERIO BELLAPECORA; (*b*) neminem enim ad declarandum ſermonibus academicis opus iſthoc aptiorem credebant, quam qui feciſſet; ſed nondum exacto in hoc munere ſexennio continuare volentem mors prohibuit. (*c*)

§. XVIII.

Ex quo profecto elucefcit alienam a vero eſſe eorum ſententiam, qui Gratianum in remunerationem ſuſcepti huius laboris patriae eccleſiae Cluſinae ab Eugenio praefectum putant. (*a*) Inſignis quoque ALBERICI (*b*) error eſt, a

diſput. cum aliis baccalaureis in hoc iure, & demum Doctor nullus creari in iure canonico poterit, niſi qui altero rurſus anno, poſtquam fuit licentiatus in d. hoc iure optime in eo ſe habuerit, atque rigoroſum ſubierit ſub aliis Doctoribus examen ſub poena nullitatis actus. Et *ad VIII. Iulii* teſtatur IDEM CALEND. ab Eugenio datum *ius creandi baccal. licentiatos, et doctores ſiue magiſtros in iure can.*

(*b*) IDEM: *Et proinde hac eadem die* (IV. Nouembris M. CLII.) *fuerant aſſumti duo pub. iur. interp. qui d. Decretum legere inceperunt, & fuerunt idem mag.* GRATIANVS *mon. S. Bened. & mag.* RAYNERIUS BELLAPECORA *ex canon. regular. vſque ad exitum vitae ſuae.*

(*c*) IDEM: *Septembris XIX. funus cl. Gratiani cognomento magiſtri decretorum, monachi S. Benedicti ad S. Felicem Bononiae, vbi per plurimos annos fuit pub. ſac. canon. interpres, & congeſſit ſuam concordant. diſcord. canonum vulgo appellat. decretum, quod opus huic archigymnas. obtulit, vt ſupra ad diem XXI. Martii, & de venia B. Eugenii III. coepit publice legi & exponi delectis eodem mag.* GRATIANO, *& mag.* RAYNERIO BELLAPECORA *vt ſupra ſub die IV. Nouembris cum incomparab. decore & honorif. ſtud. gen. Bonon. in quo ob id quoque inſtituti ſunt baccalaurei, licentiati & Doctores, ſiue magiſtri etiam in iure canonico, vt fiebat in iure ciuili, & artibus, Quare memoria tanti viri erit apud nos in laude perpetua, & ſancta benedictione. Obiit autem ipſe hac die A. S. MCLVIII. & ſepultus eſt in S. Felice.*

(*a*) RICORDATI *hiſt. monaſt. die IV. ap. Veghel. l. c.* PANCIROL. *l. c.*

(*b*) In *chron. ad ann. M. C. LVI.* ap. LEIBNIT. *in acceſſ. hiſt. Script. rer. German. T. II. p.* 328. quo etiam loco aliud commentum attulit, anno Friderici Imp. quinto ſcilicet magiſtrum quendam egregium OMNIBONVM dictum librum de concordia diſcordantium canonum diligentiſſime ordinaſſe in duas partes, primam partem in XXVI. diſtinctiones, ſecundam in cauſas XXXVII. per quaeſtiones diuerſas vbique immixtas, & hunc ſecutum eſſe tempore Alexandri P. Gratianum multa addentem atque de XXVI. diſtinctionibus C. facientem. Qua in narratione illud tantum veritatis ſpeciem habet iudicante BOEHMERO: Omnibonum non ante Gratianum, ſed poſt eum A. M.C.LVI. forte ad imitationem illius ſuam concordiam compoſuiſſe.

a nonnullis poſtea etiam adoptatus, qui eum Cardinalem fuiſſe contendit; *licet enim nullus tantus honor ſit*, vt putat IO. CHIFLETIVS (*c*) *qui in Gratianum collatus, non ſit ei, qui contulerit magnam iudicii laudem allaturus, hunc tamen illi aſſerere non auſim, quod fraudi fuiſſe videatur Alberico nominum ſimilitudo. Alexander enim P. III. Piſanum quendam, cui Gratiano nomen fuit, ex ſubdiacono, & ſcriptore Apoſtolico cardinalem creauit, & ſuorum omnium conſiliorum participem, atque adiutorem eſſe voluit* A. M. C. LXXVII.

§. XVIIII.

Atque haec quidem de auctore decreti, eiusque, vt ita dicam, ſuperficie hactenus dicta ſint. Ad interiorem iam operis ipſius ſtructuram veniendum eſt, quod non eſſe meram quandam Canonum collectionem, ſed integrum ordinatumque aliquod iuris eccleſiaſtici ſyſtema ſupra iam (§. XIII.) adnotauimus. Id quod vel ex ipſo ſuſcepti laboris huius fine manifeſto eruitur. Neque enim compilatoris duntaxat officio defungi Gratianus voluit, ſed quum librum hunc ſcholae vſibus deſtinaſſet, id praecipue operam dedit, vt certa quaedam cognitionum genera praemitteret, ac ſtabiliret, idque in vna cognitione poneret, aut ad pauciores ſaltem reuocaret, quod priores ignoratione docendi neglectuque principiorum in infinita diſpertiebantur: verbo: vt ea vteretur methodo, quam ſcientiae, docendique ratio poſtulare videretur, quod an praeſtiterit, quidue hac in methodo deſiderari forte queat, paulo poſt diſputabimus.

§. XX.

Praemiſſas ea ratione cognitiones generales ſubiectis S. Scripturae locis, Conciliorum canonibus, S. S. Patrum dictis, Pontificum decretis aliisque id genus momentis, quae paſſim, vbi pugnare inter ſe ſpeciemque diſſenſionis habere videbantur, conciliare ſtuduit, quaeque adeo, vt infra dicemus, operis huius materiam conſtituunt, confirmauit eodem prorſus modo, quo, ſi cui hodie aliquod iuris ſyſtema concinnandum foret, totius ſententiae rationes, ac firmamenta ex ſubiunctis legibus aliisque argumentis idoneis repetere oporteret.

§. XXI.

Sed plerique, quod ſciam, penitus inſuper habita methodo hunc Gratiani laborem tanquam nudam duntaxat Canonum collectionem reſpexerunt. Quicunque enim eundem ſub cenſuram vocauerunt, in eo fere omnes elaborarunt, vt canones explanarent, decreta ſpuria a genuinis, a veris interpolata diſcernerent, menda corrigerent, aliaque id genus plura ſolerter adcurarent; tractandi rationem ipſam nemo attigit. Eam ob rem etiam minuſculo tantum caractere

(*c*) *Loco iam ſupra citato.*

ractere Gratiani verba in non paucis exemplaribus expressa inuenies; vt adeo mirandum sit, eos neglecta penitus principiorum formaeque consideratione cogitationem omnem ad materiam solam transtulisse.

§. XXII.

Est autem materia haec non vno ex fonte hausta, sed multifariis ex locis diuersissimisque veluti riuulis deriuata, quam si ad summa quaedam genera, tanquam ad suas scaturigines reuocare velis, desumtam aduertes ex legibus siue diuinis, siue ecclesiasticis, siue ciuilibus, ex sententiis S. S. Patrum, ecclesiae doctorum, aliorumque virorum clarissimorum, ac demum ex historia ecclesiastica. Suppeditarunt enim illam I. *Vtriusque testamenti tabulae*, ex quibus varia loca, ad maius robur dictis suis conciliandum per se adduxit, praeter ea, quae per caetera omnia capita dispersa occurrunt. II. *Canones Apostolis* falso tributi. III. *Concilia generalia* orientis omnia Quinisexto etiam inter illa imputato, & duo occidentis in Laterano sub Callisto II. & Innocentio II. celebrata; praeterea *Synodi particulares* Asiae, Africae, Germaniae, Italiae, Galliae, Hispaniae, aliarumque prouinciarum. IV. *Decreta*, siue *decretales epistolae* Romanorum Pontificum, vsque ad Innocentium II. siue probatae, siue dubiae fidei, nullo nimirum genuinorum, aut spuriorum discrimine, selectuque habito. V. *Scripta* tum *Graecorum* cum *Latinorum* ecclesiae patrum, doctorumque. VI. Libri III. sic dicti *poenitentiales*. VII. *Alaricianum*, siue *Anianum* breuiarium, quod Gratianus nomine *Codicis Theodosiani* intelligit. VIII. *Iustinianei iuris corpus*. IX. *Regum Francorum capitularia*. X. *Constitutiones*, & rescripta quaedam Imperatorum, regumque Germaniae. XI. *Pontificale Romanum* gestaque summorum Pontificum. XII. *Liber diurnus*. XIII. *Ordo Romanus* & tandem XIV. *Historia ecclesiastica*. (*a*) Ex horum igitur auctorum librorumque centonibus noster ille Gratiani codex coaluit, vt non immerito illum ANT. AVGVST. Corniculae alienis plumis nitenti comparasse videatur.

§. XXIII.

In quibus omnibus compilandis egregie antecessorum suorum labore ad opus suum perficiendum vsus est Gratianus; nimia sane fiducia secutus iam ante

 se

(*a*) Vid. hac de re BOETIVS EPO *de iur. sac. L. II.* MASTRICHT & DOVIAT ll. cc. Ita quoque PETRVS GVENOIS sub finem corp. iur. can. edit. Paris A. 1618. omnes canones quoad potuit ad suos retulit auctores; *sed vt verum fatear*, verba sunt DOVIATII, *haec res, si quis eam accurate implere velit, longe maioris est, ac difficilioris operae, nec cuiusuis est eam aut adhibere, aut etiam aestimare.* Interim tamen non paucis editionibus varios indices vel canonum ex conciliis & ex epistolis decretalibus SS. Pontificum vel sententiarum ex Ecclesiae Doctoribus, &c. desumtarum annexum videmus.

se hac in via hallucinantium vestigia, quasi nefas duxisset paulo sagaciore oculo inspicere, num quid iis humani in adornandis suis collectionibus interuenisset; duo factum est, vt, quum operae compendium facere studebat, eorum simul, quos adierat, errores in opus suum transferret, vel ideo etiam reprehensus a plerisque, quod riuulos hos neglectis fontibus consuluerit, quippe quam praecipuam tot errorum in hoc decretorum corpore occurrentium caussam esse non immerito arbitrantur, id quod loco suo pluribus etiam ostendemus.

§. XXIV.

At vero magna criminationis istius pars in ipsam, qua Gratianus vixerat, aetatem recidit. Quum enim sub illud tempus Italia omnis intestinis discordiis, turbisque miserum in modum diuexaretur, mirum haud est grauissimae huic reipublicae procellae literarum bonarumque artium studia tantisper succubuisse, nullam antiquitatum ecclesiasticarum curam habitam, nullos integros conciliorum codices, caeterosque id genus fontes reperiri potuisse, neque si forte reperti fuissent, naeuis suis carituros, e quibus suam opus isthoc firmitatem, soliditatemque consequeretur. Quae omnia si etiam impedimento non fuisse vltro daremus, Gratiano tamen ipsi in hac tanta temporum illorum caligine linguae Graecae, antiquitatum ecclesiasticarum, aliarumque id genus rerum notitiam, vsumque defuisse, nemo est, qui nesciat, vt adeo quidcunque hic vitii admissum sit, tempori potius, quam auctori tribuendum videatur.

§. XXV.

Iuuabit nunc collectiones illas, quas potissimum in compilando decreto suo secutus est, percurrere. Praecipuae sunt: Dionysii Exigui, Martini Braccarensis, Isidori Hispalensis, Isidori Mercatoris, Burchardi Wormatiensis, & Iuonis Carnotensis (a). Graecas enim collectiones omnino ab eo neglectas fuisse, vel inde eruitur, quod in antiquissimis decreti codicibus MSS aut etiam editionibus nusquam Graeci textus quidquam legatur. Quae enim hodie in vulgatis editionibus Graeca habentur, recentiorum temporum additamenta sunt, neque credibile est compilati decreti tempore quenquam adeo degeneris extitisse animi, qui auderet Graecae linguae studio saeculi sui ruditatem dehonestare.

§. XXVI.

Haec antiquiorum opera Gratiano vsui fuisse eruditissimorum virorum multi iam ostendere, quorum cura doctique labores in eo potissimum versabantur, vt collata cum vetustis illis collectionibus authoris nostri compilatione sedulo loco singula, ex quibus sua quaeque Gratianus prompsisse videretur, adiectis notis indica-

(a) Harum collectionum, vt ideam quandam habeamus, adeunda est Differt. nostra de collect. iur. antiq.

indicarent, quas in vulgatis etiam editionibus vbique reperimus. Maiore tamen, quam caeteri adcuratione iuncto simul cum insigni labore sanioris critices studio id executi sunt Viri doctissimi ZEG. BERN. VAN ESPEN (a) & IO. PET. GIBERT (b) ad quos idcirco studiosum purioris eruditionis lectorem remittimus, nos istud argumenti summo saltem digito ex ordine hic attingemus.

§. XXVII.

Ad DIONYSII EXIGVI collectiones quod attinet, eas quidem Gratianus nusquam aperte laudat, desumsisse tamen ex earum priore videtur canones Apostolorum, hic illic in opere suo, iisdem vt plurimum verbis, quibus apud Dionysium ipsum concepti leguntur, adductos. Nullum praeterea canonem ex Ephesino concilio (quod etiam Concilium a Dionysio praetermissum est) adducit, quum tamen eorum complures ex aliis conciliis quinque priorum saeculorum adferat, idque non raro secundum ipsius Dionysii versionem. Ex altera vero, quae scilicet summorum Pontificum decreta a Dionysio collecta sunt, non pauca quoque mutasse Gratianum ostendunt epistolae Pontificum, eodem, quem apud Dionysium obtinent, ordine relatae, vt adeo argumenta haec satis luculenta vix dubio locum relinquant, vtramque hanc collectionem auctoris nostri vsibus inseruiisse.

§. XXVIII.

Collectionem vero MARTINI BRACCARENSIS crebro etiam a Gratiano laudatam leges, modo sub nomine Martini Papae, modo sub titulo concilii, Martini Braccarensis, aliquando sub titulo Martini in capitibus Graecarum synodorum. (a) adeo quidem, vt ANT. AVGVSTINVS integris tribus dialogis de mendis Gratiani circa laudationes collationis Martini Braccarensis tractarit (b).

§. XXIX.

Ex vtriusque ISIDORI collectionibus, Isidori scilicet *Hispalensis*, ac Isidori *mercatoris*, quem *peccatorem* alii vocant, non pauca quoque in rem suam vertisse

(a) In Tract. Hist. Can. in Canones Concil. &c. variis in locis per tot. in illius Opp. P. V. Louan. 1732. fol.

(b) Corp. iur. can. proleg. *P. I. Tit. XXIV. C. IV.*

(a) Nempe *quemadmodum*, ut obseruat idem GIBERT., *collectio canonum conciliorum Ecclesiae Africanae dictum fuit concilium Africanum, sic quoque concilium nuncupatur collectio a Martino Braccarensi facta. Martinus vocatur Papa, quoniam erat Episcopus, omnibusque Episcopis commune tunc erat Papae cognomen. Forte etiam hi canones adscripti sunt summo Pontifici Martino I. qui concilium aduersus Monothelitas celebrauit, putatumque fuit, hos in illo concilio canones fuisse confectos.*

(b) Nimirum L. I. Dial. X. XI. XII.

vertisse obseruatus est Gratianus; Canones enim Conciliorum, quos ex Isidoro allegat, ex Isidori Hispalensis collectione petiti esse videntur, quae contra e spuriis decretalibus inseruit, alteri Isidoro, mercatori siue peccatori cognominato accepta feruntur, a quo illa siue immediate, vt aimus, siue mediate mutuauit, aditis nimirum aliis collectionibus post Isidorum istum primum compilatis, in quas falsae hae decretales coeca transcriptione deriuatae sunt.

§. XXX.

Magnum pariter canonum copiam ex BVRCHARDO in auctoris nostri opus manasse a viris eruditione insignibus iam obseruatum est, qui vel BVRCHARDVM ipsum, vel certe *Iuonem* solertem eius, industriumque descriptorem consuluisse non vane creditur. Confirmant id crebra exempla ab ANT. AVGVSTINO in suis *de emendatione Gratiani dialogis* allata. Neque tamen (crisis est Giberti) aut Burchardum vsquam, aut Iuonem, e quo postremo multa sane excerpserat, a Gratiano audias nominatum, idcirco fortasse, ut ex fontibus ipsis petita viderentur, quae tamen ille ne mutata quidem, quam ab illis auctoribus sortitae fuerant, inscriptione in collectionem suam retulit. Vt alias collectiones, veluti Anselmi, Deus dedit, & collectionem Gregorii presbyteri Polycarpum dictam silentio praetereamus.

§. XXXI.

Num etiam REGINONIS collectione vsus sit Gratianus, dubitatur a multis, sed magis est, vt id negemus. Etsi namque diuersos canones attulerit Gratianus, qui & in Reginonis collectione continentur dispari tamen verborum apparatu id praestitum est (a), qui si etiam simillimus inueniatur in aliis quibusdam, nihil tamen firmitatis coniecturae isti tribuit, quum in comperto sit Burchardum DC. & amplius canones ex Reginone in suam transtulisse collectionem, descriptos deinde ab Iuone, qui adeo similitudinis istius causa fuisse videntur. Atque haec de locis, e quibus materiam collectionis suae congessisse videtur Gratianus, perstrinxisse sufficiat.

§. XXXII.

Haec itaque tam vasta tot diuersissimarum materiarum congeries in partes tres tribuitur. Quarum prima illa omnia complectitur, quae ad personas, altera quae ad causas, seu iudicia, tertia demum quae ad res ecclesiasticas pertinere videbantur; qua in re satis apte summa iuris Pontificii genera constituisse Gratianum intelligimus, imitatum credo Iustinianum, qui pariter in suis institutioni-

(a) *Vid.* BALVZIVS *in marginalibus ad Regionem ad Libr. I. Can.* 11. 243. *&* 443. *ad Libr. II. c.* 49. 167. *&* 268.

tutionibus Ius ciuile ad triplex hoc obiectum, *personas* nimirum, *res*, & *actiones* reuocauit.

§. XXXIII.

Partis primae, ac tertiae sectiones *distinctionum* compellatione insigniuntur, eo fortassis fine, vt praemissa theoria, quod videtur, praxi in ista praecipue parte discordia inter varios Canones apparenter saltem se se exerens adhibitis distinctionibus componeretur; secundae vero partis membra *Causae* nominantur, quod in ea Causae sub iurisdictionem ecclesiasticam cadentes disputarentur, subiectisque Canonibus deciderentur. Cui etiam parti integrum tractatum *de poenitentia*, qui VII. Distinctionibus constituitur, insertum videmus.

§. XXXIV.

Distinctionum, causarumque numerum triti hi versus nobis exhibent:

Vna cum centum distinctio sit tibi prima,
Sex ac triginta causae sunt parte secunda,
Tertia consecrat ac finit distinctio quinta.

Distinctionem quamque in Canones, aliis etiam capitula dictos, causam contra in quaestiones, quaestiones vero ipsas pari ratione in canones siue capitula distribui obseruamus; in recentioribus vero editionibus omnia haec rursus in §§phos diuisa reperiuntur.

§. XXXV.

Intrinsecam hanc vt ita dicam pertractati operis rationem exempla clariorem efficient. Ita distinctione I quae a plurimis vapulat, *de iure diuino ac humano* differturus sequenti methodo vtitur: *Humanum genus*, inquit, *duobus regitur: naturali videlicet iure, & moribus. Ius naturale est, quod in lege, & Euangelio continetur, quo quisque iubetur alii facere, quod sibi vult fieri & prohibetur alii inferre, quod sibi nolit fieri. Vnde Christus in Euangelio: omnia, quaecunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis, haec est enim lex, & prophetae, hinc Isidorus &c.* (CAN. I.) allatis deinde Isidori verbis subiungit: *Ex verbis huius auctoritatis euidenter datur intelligi, in quo differant inter se lex diuina, & humana, cum omne, quod fas est, nomine diuinae, vel naturalis legis accipiatur, nomine vero legis humanae, mores, iure conscripti intelligantur. §. I. Est autem ius generale nomen multas sub se continens species*, vbi deinde ad ea quae dixerat stabilienda plures adfert canones. Persequitur tandem: *Cum itaque dicitur: non differt, vtrum consuetudo scriptura, vel ratione consistat; apparet, quod consuetudo est partim redacta in scriptis, partim in moribus tantum vtentium est reseruata. Quae in scriptis redacta est constitutio, siue ius vocatur, quae vero in scriptis redacta non est, generali nomine consuetudo videlicet appellatur. §. I. Est autem & alia diuisio iuris, vt*

in

in eod. lib. 5. c. 4. testatur Isidorus, ita dicens (CAN. VI.) Atque ita subiectis porro variis canonibus prima haec distinctio terminatur, quae vniuersim XII. constat canonibus. Ad alteram deinde progreditur distinctionem: *Constat autem ius Quiritum ex legibus, & plebiscitis, & senatus consultis & constitutionibus Principum, & edictis siue responsis prudentum.* Quod VIII. Canonibus, qui locis ex Isidoro petitis constituuntur, deducit.

§. XXXVI.

In causis vero pertractandis hunc in modum versatur: E. g. in Caus. XXIV. *Quidam Episcopus in haeresim lapsus aliquot de sacerdotibus suis officio priuauit, & sententia excommunicationis notauit. Post mortem de haeresi accusatus damnatur & sequaces eius cum omni familia sua. Hic PRIMVM quaeritur, an lapsus in haeresim possit aliquos officio priuare vel sententia notare. SECVNDO an post mortem aliquis possit excommunicari. TERTIO an pro peccato alicuius tota familia sit excommunicanda.* Quaestionem igitur primam hoc modo soluit. *Quod autem ab haeretico aliquis deponi, aut excommunicari non possit, facile probatur. Omnis enim haereticus aut iam damnatam haeresim sequitur, aut nouam confingit. Qui vero haeresim damnatam sequitur, eius damnationis se participem facit. Vnde cum Achatius absque synodali authoritate ab Apostolico se damnatum quereretur contra* GELASIVS *scribit dicens* (CAN. I.) hic denuo tres subsequuntur canones, dum Gratianus ita rem isthanc prosequitur: *Sin autem ex corde suo nouam haeresim confinxerit, ex quo talia praedicare coepit, neminem damnare potuit: quia nec potest deiicere quenquam iam prostratus. Ligandi namque vel soluendi potestas veris non falsis Sacerdotibus a Domino tradita est. Apostolis enim dicturus: quorum remiseritis peccata &c. praemisit: accipite Spiritum Sanctum, vt euidenter cunctis ostenderet, eum qui Spiritum Sanctum non habet, peccata non posse tenere vel remittere. Porro Spiritum Sanctum nemo, nisi intra ecclesiam accipit; quia & ipsam vnitatem per gratiam facit &c.* Eodem prorsus modo & in hac & aliis omnibus causis versatur.

§. XXXVII.

Externam vero formam, ac quasi totius compilationis figuram aliquam sequentibus tabulis exhibere placuit, vt ita totius operis oeconomia compendio quodam ab oculos posita viam nobis sterneret ad nouam Corporis iuris Canonici editionem, cui dissertationem isthanc veluti εισαγωγην quandam praemittendam duximus.

DECRE-

DECRETVM GRATIANI DISTRIBVITVR IN PARTES TRES, CVIVS PRIMA PARS CONSTAT DISTINCTIONIBVS CI.

Distinctio.	Obiectum.	Canones.
I	De iure diuino & humano.	XII
II	De partibus iuris ciuilis.	VIII
III	De Constitutionibus earumque diuisione.	IV
IV	De causa & qua tate legis.	VI
V	De iuris Naturalis origine.	IV
VI	De nocturnis illusionibus.	III
VII	De variis legum auctoribus.	II
VIII	De differentia Iuris Naturalis, constitutionis & consuetudinis.	IX
IX	Ius Naturale praeponitur legi, ac constitutionibus.	IX
X	Constitutiones seculares Ecclesiasticis subsunt.	XIII
XI	Consuetudo legibus cedit.	XI
XII	Contra consuetudines & traditiones vniuersales non est agendum.	XIV
XIII	Ius Naturale est indispensabile.	II
XIV	Ius Naturale est indispensabile, sed non consuetudo, aut lex.	II
XV	De origine & auctoritate canonum.	III
XVI	De auctoritate & numero canonum Apostolorum.	XIV
XVII	Papae est concilia generalia congregare.	VII
XVIII	Episcoporum concilia sunt vtilia, & celebranda singulis annis.	XVII
XIX	De auctoritate epistolarum decretalium Papae.	X
XX	In definiendis decreta Pontificum dictis interpretum praeferuntur	III
XXI	De Ecclesiasticorum ministrorum origine & institutione.	IX
XXII	De Patriarcharum Ordine.	VII
XXIII	De Ecclesiasticorum ordinatione.	XXXIII
XXIV	Ordinandi prius examinetur.	VII
XXV	De Ecclesiasticorum officiis.	VI
XXVI	Ordinandus n Episcopum sit vnius vxoris vir.	V
XXVII	Episcopi, & ordinati sacris matrimonio non gaudeant.	IX

Distinctio.	*Obiectum.*	*Canones.*
XXVIII	Ordinandi ſacris continentiam profiteantur.	XVII
XXIX	Multa ex circumſtantiis conſiderantur.	III
XXX	Multa ex cauſa conſtituuntur.	XVII
XXXI	Multa ex temporis circumſtantia conſtituuntur.	XIV
XXXII	Eccleſiaſtici, etiam ſubdiaconi continentes ſint.	XIX
XXXIII	Bigamus, & qui praeter vxorem habuit concubinam non ordinetur.	VII
XXXIV	Epiſcopus mulierum conſortia vitet: Bigamus, & qui praeter vxorem habuit concubinam, non ordinetur.	XX
XXXV	Epiſcopi & Eccleſiaſtici ſint ſobrii.	IX
XXXVI	Epiſcopi & Eccleſiaſtici ſint prudentes.	III
XXXVII	Epiſcopi & Eccleſiaſtici literas ſeculares ſciant ad neceſſitatem.	XVI
XXXVIII	Epiſcopi & Eccleſiaſtici ſacras literas ſciant.	XVI
XXXIX	Epiſcopi & Eccleſiaſtici negotia ſecularia ſciant.	I
XL	Epiſcopi & Eccleſiaſtici ſint ornati interius.	XII
XLI	Epiſcopi & Eccleſiaſtici ſint ornati exterius.	VIII
XLII	Epiſcopi & Eccleſiaſtici ſint hoſpitales.	VII
XLIII	Epiſcopi & Eccleſiaſtici pudici ſint, & doctores.	V
XLIV	Epiſcopi & Eccleſiaſtici non ſint vinolenti.	XII
XLV	Epiſcopi & Eccleſiaſtici non ſint percuſſores, ſed modeſti.	XVIII
XLVI	Epiſcopi & Eccleſiaſtici non ſint litigoſi.	X
XLVII	Epiſcopi & Eccleſiaſtici non ſint auari, nec vſurarii.	X
XLVIII	Epiſcopi ordinandi, & Eccleſiaſtici non ſint neophyti.	I
XLIX	Epiſcopi ordinandi, & Eccleſiaſtici ſint virtutibus praediti.	II
L	Eccleſiaſtici criminoſi deponendi ſunt ab ordinibus.	LXIX
LI	Curiales, milites, forenſes non ordinentur.	V
LII	Nemo per ſaltum ordinetur.	I
LIII	Curiales, milites, forenſes, cur non ordinentur.	I
LIV	Serui ſine dominorum conſenſu & libertate non ordinentur.	XXIV
LV	Corpore vitiati ſponte, non ordinentur.	XIII
LVI	Presbyterorum filii incontinentes non ordinentur.	XIV
LVII	Baptizati in aegritudine non ordinentur.	I
LVIII	Monachi ſine conſenſu Abbatis non ordinentur.	II
LIX	Rudes & idiotae non ordinentur.	IV
LX	Ex ordine diaconorum Archidiaconus, presbyterorum Archipresbyter, Epiſcoporum Archiepiſcopus aſſumatur.	IV
LXI	Laici in Epiſcopos non eligantur.	XIX
LXII	Epiſcopi ab Eccleſiaſticis eligantur.	III
LXIII	Laici etiam principes magni Epiſcopos non eligant.	XXXVI
LXIV	Epiſcopos a tribus Epiſcopis, conſentiente Metropolitano, ordinetur.	VIII

Conſen-

Distinctio.	*Objectum.*	*Canones.*
LXV	Consensus Episcoporum maior in Episcopi ordinatione seruetur consentiente Primate.	IX
LXVI	Archiepiscopus a suis Episcopis ordinetur.	II
LXVII	Presbyteri ab vno Episcopo ordinantur.	II
LXVIII	Non Episcopi ordinare Presbyteros, nec Chorepiscopi possunt.	VI
LXIX	Ordines inferiores a quibus conferantur.	II
LXX	Nullus sine titulo ordinetur.	II
LXXI	Episcopus alterius clericos sine eius consensu non ordinet.	IX
LXXII	Episcopus dimissorias nisi rogatus non tribuat.	III
LXXIII	Literae dimissoriae quomodo fiant.	II
LXXIV	Inuitus nemo ordinetur.	IX
LXXV	De tempore ordinnum conferendorum.	VII
LXXVI	Quibus temporibus ieiunia sint seruanda.	XII
LXXVII	Ordines sacri per interualla conferantur.	IX
LXXVIII	In qua aetate Ecclesiastici sint ordinandi.	V
LXXIX	A quibus summus Pontifex sit eligendus.	XI
LXXX	Quibus locis Praelati Ecclesiae praeficiantur.	VI
LXXXI	Criminosi non ordinentur: ordinati deponantur.	XXXIV
LXXXII	Episcopus viduis & pauperibus subuenire debet.	V
LXXXIII	Consentientes & peccatis fauentes non ordinentur.	VI
LXXXIV	Episcopi & Ecclesiastici sint vigilantes.	VI
LXXXV	Episcopi sint hospitales.	I
LXXXVI	Episcopi doceant & corripiant, & liberales sint.	XXVI
LXXXVII	Episcopi sint viduarum, Orphanorum, Pauperum protectores.	IX
LXXXVIII	Episcopi & Ecclesiastici secularia negotia non curent.	XIV
LXXXIX	Episcopi nulli duo officia tradant, nec secularibus Ecclesiastica.	VII
XC	Episcopi non sint litigiosi, & discordes concordent.	XII
XCI	Ecclesiastici ita laborent, vt cultum Diuinum non deferant.	V
XCII	Ecclesiastici quomodo & quid cantare debeant.	IX
XCIII	Summo Pontifici omnes obediant, & superioribus inferiores.	XXVI
XCIV	Inferiores nonnunquam ex priuilegio superioribus praeferuntur.	III
XCV	An liceat Presbyteris chrismate & oleo sancto linire.	XII
XCVI	Nulli laici quidpiam de rebus Ecclesiasticis statuant.	XVI
XCVII	Imperatorum constitutiones de rebus Ecclesiasticis, nisi a Papa confirmentur, irritae sint.	III
XCVIII	Peregrinum nullus ordinet sine multis chirographis.	IV
XCIX	Patriarchis & Primatibus Archiepiscopi obediant.	V
C	Pallium Archiepiscopis necessarium.	XI
CI	In vna prouincia duo non sint Metropolitani.	I

PARS II.

CONSTAT

CAVSIS XXXVI.

quarum quaelibet plures ſub ſe quaeſtiones continet.

CAVSA I.

Quaeſtio.	Obiectum.	Canones.
I	Spiritualia emere non licet, nec vendere.	CXXX
II	Pro religionis ingreſſu non eſt exigenda pecunia, & exacta non perſoluenda.	X
III	Spiritualia & his annexa emere eſt ſimonia.	XV
IV	Filius criminis, quod eo ignorante pater commiſit, reus non eſt.	XIII
V	Filio de rigore iuris in Eccleſia permanere, & ordinatione gaudere non licet, quam pater emit.	III
VI	Pro electione quidpiam dare eſt ſimoniacum.	III
VII	Renuntians ſuae haereſi de rigore accipiendus non eſt in Epiſcopali dignitate;	XXV

CAVSA II.

Quaeſtio.	Obiectum.	Canones.
I	Iudiciarius ordo vbique eſt requirendus, niſi ſint manifeſta.	XXI
II	Exſpoliatus in aliquo iudicandus non eſt, niſi ante reſtitutionem.	VI
III	Poena talionis ſunt feriendi, qui in accuſatione vel teſtificatione defecerunt.	VIII
IV	Deficientibus accuſatoribus reus non eſt cogendus ad purgandum, niſi infamia publica laboret.	XXVI
V	Duorum teſtimonio Epiſcopus eſt condemnandus.	III
VI	Remedium dandum ei non eſt qui cauſa dilationis, vocem appellationis exhibuit.	XLI
VII	Laici vel quilibet inferiorum ordinum in accuſatione Maiorum audiendi non ſunt.	LX
VIII	Accuſatio debet fieri in ſcriptis.	V

CAVSA III.

CAVSA III.

Quaestio.	*Obiectum.*	*Canones.*
I	Restitutio danda est quibuslibet expoliatis, nisi in certis casibus.	VI
II	Induciae vel post restitutionem vel post vocationem ad causam quibuslibet pro arbitrio iudicis concedi possunt.	IX
III	Idem de spatio mensium quo concedi possint, dicendum.	IV
IV	Infames & non legitime coniuncti ad accusationem admittendi non sunt.	XII
V	Testes de domo accusatorum producendi non sunt.	XV
VI	Extra prouinciam reus producendus non est.	XVIII
VII	Eius sententia audienda non est, quem cum reo par inficit malitia.	VII
VIII	Ab vno tantum Episcopus iudicandus non est.	II
IX	Accusatores vel testes in absentem vocem accusationis vel testificationis exhibere non valent.	XXI
X	Deficientes in primo capitulo admittendi ad sequentia non sunt.	III
XI	Accusato accusationem in accusatorem vertere non licet, nisi in maiori crimine.	IV

CAVSA IV.

Quaestio.	*Obiectum.*	*Canones.*
I	Excommunicatus alium accusare non valet.	II
II & III	Infra decimum quartum annum in criminali causa aliquis testari & ab accusatione prohibitus personam testificantis assumere non potest.	III
IV	Idem accusator & testis esse non potest.	III
V	Die constituta non occurrens a communione est remouendus, nisi rationem absentiae reddere valeat.	I
VI	Si Episcoporum iudicio accusatoris persona culpabilis inuenta fuerit, ad assertionem tamen propriae causae nisi criminalis est admittendus.	IV

CAVSA V.

Quaestio.	*Obiectum.*	*Canones.*
I	Anathemate est feriendus, qui famosum libellum clanculo scribens, probare negligit, quae literis mandauit.	III
II	Bis etiam & tertio vocandus est ad causam reus, antequam sententiam damnationis accipiat.	IV

Per

Quaestio.	Obiectum.	Canones.
III	Per procuratorem aliquis causam suam ciuilem agere potest, non autem criminalem nisi persona illustris.	III
IV	Absque synodali audientia reus damnandus non est.	III
V	Ideo statim aliquis habendus inimicus non est, quia crimen alterius indicat.	V
VI	Poena talionis plectendus est, qui quod intulit, probare non valet.	VIII

CAVSA VI.

Quaestio.	Obiectum.	Canones.
I	Crimine irretiti vel infamia notati ad accusationem admittendi non sunt	XXIII
II	Si Episcopus in accusatorem accusationem vertere voluerit, simplici eius assertioni fides adhibenda non est.	III
III	Non licet sibi expetere iudicium Archiepiscopi alterius prouinciae,	V
IV	Si circa sententiam Episcopos prouinciae discordare, contigerit, vicinorum Episcoporum iudicium expetendum.	VII
V	Si in probatione deficit accusator, reus cogendus non est ad probationem suae innocentiae, sed bene ad purgationem, si laboret infamia.	II

CAVSA VII.

Quaestio.	Obiectum.	Canones.
I	Viuente Episcopo, alius in eadem Ecclesia ordinari non potest, nisi cedat episcopatu	XLIX
II	Iste tamen non valet reposcere cathedram, quam sua intercessione alter accepit.	II

CAVSA VIII.

Quaestio.	Obiectum.	Canones.
I	Episcopo, sibi successorem instituere non licet.	XXIV
II	Amicorum patrocinia in electione conualescere non debent.	II
III	Habendus est simoniacus, qui post electionem huiusmodi iuramentum canonicis praestat.	II
IV	Clericis ante sententiae tempus, condemnationem scilicet ab Episcopo suo discedere non licet.	I
V	Sine literis Apostolicis Episcopus redire non debet ad propriam Ecclesiam.	I

CAVSA IX.

CAVSA IX.

Quaestio.	Obiectum.	Canones.
I	Ordinatio, quae ab excommunicatis facta eſt, aliquo modo poteſt rata haberi, ſi iſtud ignotum fuerit.	VI
II	Epiſcopo, Archiepiſcopo, Primati vel Patriarchae Clericos alterius prouinciæ ſine literis propriis Epiſcopi ordinare non licet.	X
III	Archiepiſcopus Clericos ſuffraganei ſui, illo inconſulto, damnare non valet, vel damnatos abſoluere, niſi data negligentia & appellatione.	XXI

CAVSA X.

Quaestio.	Obiectum.	Canones.
I	Baſilica cum omni dote ſua ad Epiſcopi ordinationem pertinet.	XV
II	Res Eccleſiarum Epiſcopis diſtrahere non licet, niſi in certis caſibus.	VIII
III	Nomine Cathedratici a ſacerdotibus ſuis Epiſcopus exigere poteſt duos ſolidos.	X

CAVSA XI.

Quaestio.	Obiectum.	Canones.
I	Clericus ante ciuilem iudicem producendus non eſt.	L
II	Quum clericus producendus non ſit, hæc culpa digna eſt ſuſpenſione.	
III	Contemptorem ſententiae ſui Epiſcopi irreparabiliter oportet deponi.	CX

CAVSA XII.

Quaestio.	Obiectum.	Canones.
I	Clericis regularibus proprium habere non licet.	XXVIII
II	Res Eccleſiae, quae a Clericis datae ſunt, non poſſunt conſtare aliqua firmitate his, qui eas acceperunt, niſi in certis caſibus.	LXXV
III	Illi, qui ante tempus ordinationis ſuae nihil habere videbantur, & poſt ordinationem aliqua inueniſſe noſcuntur, non poſſunt ea relinquere, quibus voluerint, ſed eccleſiae.	IV
IV	Ii qui de ſuis & Eccleſiae rebus aliqua acquiſiuiſſe noſcuntur, poſſunt illa relinquere partim heredibus, partim Eccleſiae.	III
V	Teſtamenta Clericis licet conficere de propriis rebus.	VII

CAVSA XIII.

Quaeſtio.	*Obiectum.*	*Canones.*
I	Illi, quorum domicilia ſunt in dioeceſi alicuius baptiſmalis Eccleſiae, debent perſoluere decimas eidem Eccleſiae; & celebrare ſuas exequias apud eam Eccleſiam, in qua quondam haec fiebant a parentibus eorum.	I
II	Praeſcriptione temporis ius percipiendi decimas, & funerandi tollitur.	XXXII

CAVSA XIV.

Quaeſtio.	*Obiectum.*	*Canones.*
I	Licet canonicis ſua repetere.	III
II	Canonici de ſuis fratribus teſtes producere poſſunt.	II
III	Praeter ſummam emolumenta ſectari, eſt vſuras exigere.	IV
IV	Non licet clericis vel laicis vſuras expetere.	XII
V	Eleemoſynae ex vſuris fieri non poſſint.	XV
VI	Vſurarii poenitentiam agere non valent, niſi, quod mala acceperunt reſtituant.	IV

CAVSA XV.

Quaeſtio.	*Obiectum.*	*Canones.*
I	Ea, quae mente alienata fiunt, imputanda non ſunt.	XIII
II	Pro impenſis patrocinii licet clericis munera exigere.	I
III	Ex mulieris confeſſione ſacerdos damnandus non eſt.	V
IV	Die Dominico cauſa ventilanda non eſt.	III
V	Neganti purgatio eſt deferenda.	II
VI	Confeſſio cruciatibus extorquenda non eſt.	V
VII	Abſque ſynodali audientia Epiſcopus non valet ſacerdotem damnare.	VII
VIII	Sponte confeſſo, aut ab aliis conuicto, quod ante ordinationem peccauerit, ſuſcepti ordinis officium exequi non licet.	V

CAVSA XVI.

Quaeſtio.	*Obiectum.*	*Canones.*
I	Monachis licet populis officia celebrare, poenitentiam dare, & baptizare ſi habent licentiam.	LXVIII
II	Si contigerit eos capellas habere Epiſcopali beneficio, in eis ſacerdotes poſſunt inſtitui.	VII

Epiſco

Quaestio.	*Obiectum.*	*Canones.*
III	Epiſcopus & Abbas capellam in ſuo territorio aedificatam iure territorii ſibi vendicare non valet.	III
IV	Iura Eccleſiarum præſcriptione tolluntur.	XV
V	Si Eccleſia adverſus Eccleſiam praeſcribit, etiam monaſterium aduerſus Eccleſiam.	III
VI	Si Archipresbyter vel Epiſcopus ſua auctoritate, non iudiciaria ſententia, in capellam irrepſerit; ita non cadit a cauſa, vt Eccleſia, cui praeſidet, non vltra habeat ius repoſcendi, quod ſuus paſtor illicite vſurpauit.	VIII
VII	Si laici capellam teneant de illorum manibus nec Abbati nec alii eam accipere licet.	XLIII

CAVSA XVII.

Quaeſtio.	*Obiectum.*	*Canones.*
I	Reus voti non tenetur, qui a propoſito ſui cordis & etiam oris recedit, niſi ſubſequenti obligatione ſe voti reum reddiderit.	VIII
II	Eccleſia etiam & beneficium ei reddenda ſunt, quae prius refutauit.	III
III	Si contingat aliquem ſe & ſua monaſterio tradidiſſe, etiam cum licentia Abbatis ei ad propria redire non licet.	
IV	Qui ſine licentia Abbatis de monaſterio abierit, ſua ſibi ab Abbate vindicare non poteſt.	XLIII

• CAVSA XVIII.

Quaeſtio.	*Obiectum.*	*Canones.*
I	Monachus factus Epiſcopus illa quae vt Monachus acquiſiuit, Monaſterio relinquere debet, quae autem vt Epiſcopus, ad eccleſiam pertinent.	I
II	Ab Epiſcopo Abbas eſt ordinandus, & a propriis fratribus eligendus.	XXXI

CAVSA XIX.

Quaeſtio.	*Obiectum.*	*Canones.*
I	Epiſcopus debet permittere, vt relicta propria Eccleſia clericus monaſterium ingrediatur.	I
II	Si Epiſcopus licentiam dare noluerit, eo inuito monaſterium poteſt adire.	II
III	Si contigerit ipſos regulares canonicos fuiſſe, non licet illis monaſterium ingredi, niſi cum licentia praelati.	X

CAVSA XX.

Quaestio.	*Obiectum.*	*Canones.*
I	Pueri primis aetatis suae annis monasterio traditi non coguntur religionis propositum tenere, nisi venerint ad annos discretionis	XVI
II	Si quis praeter voluntatem parentum tonsuram vel religionis vestem in pueritia accipiat, potest ea detrahi, & quidem puellis infra annum & diem.	IV
III	Si quis praeter propriam voluntatem cucullam induerit, non cogitur eam retinere, nisi post consenserit.	V
IV	Ab vno monasterio in aliud districtius licet alicui transire.	III

CAVSA XXI.

Quaestio.	*Obiectum.*	*Canones.*
I	Clericus in duabus Ecclesiis inscribi non potest.	VI
II	Si vnam voluerit relinquere, non licet ei ad aliam transire, nisi cum licentia sui praelati.	V
III	Procurationes secularium negotiorum clericis non licet suscipere.	VII
IV	Non licet clericis fulgidis vestibus ornari.	V
V	Ab Episcopo correptis, suum officium relinquere, & ad secularem iudicem confugere non licet.	VI

CAVSA XXII.

Quaestio.	*Obiectum.*	*Canones.*
I	Iuramentum potest praestari exigente id necessitate.	XVII
II	Periurus non est, qui iurat falsum, quod putabat verum.	XXII
III	Non licet Clericis denegare Episcopo consuetam obedientiam, ante condemnationem.	
IV	Si constiterit esse illicitum, quod iuratum, seruandum non est,	XXIII
V	Si constiterit iuramentum seruandum esse, Episcopus reus est periurii, qui contra iuramentum Clericum suum agere compellit.	XXIII

CAVSA XXIII.

Quaestio.	*Obiectum.*	*Canones.*
I	Militare non est peccatum, si rite fiat.	VII
II	Bellum iustum est, quod fit aut iniuriae propulsandae aut reparationis petendae ergo.	III
III	Iniuria sociorum armis propulsari potest.	XI

Vindi-

Quaestio.	Obiectum.	Canones.
IV	Vindicta inferenda ab eo, cuius interest.	LIV
V	Peccatum non est iudici vel ministro reos occidere, iustitiae causa.	XLIX
VI	Mali cogendi sunt ad bonum.	IV
VII	Haeretici suis & Ecclesiae rebus sunt exspoliandi.	IV
VIII	Episcopis vel quibuslibet clericis non licet, arma movere, nisi in casu necessitatis.	XXXIV

CAVSA XXIV.

Quaestio.	Obiectum.	Canones.
I	Lapsus in haeresim non potest aliquos officio priuare, vel sententia notare.	XLII
II	Post mortem aliquis non potest excommunicari nisi ob haeresin.	VI
III	Familia excommunicanda non est, sed interdicto supponenda.	XL

CAVSA XXV.

Quaestio.	Obiectum.	Canones.
I	Clerici baptismalis Ecclesiae, auctoritate priuilegii, decimas suae dioecesis ex integro sibi valent vindicare.	XVI
II	Subsequenti priuilegio monachorum derogatur antiquioribus priuilegiis baptismalium Ecclesiarum.	XXV

CAVSA XXVI.

Quaestio.	Obiectum.	Canones.
I	Illi sint sortilegi, qui sub fictae religionis nomine futura promittunt.	I
II	Peccatum est esse sortilegum.	XI
III & IV	A Persis diuinatio sumpsit exordium: sunt autem quatuor genera diuinationis secundum numerum, duo secundum formam.	III
V	Sortilegi sunt excommunicandi, si cessare noluerint.	XIV
VI	Excommunicatus ab Episcopo non potest reconciliari a Presbytero, illo inconsulto, nisi in articulo necessitatis.	XIV
VII	Morientibus indicenda non est quantitas poenitentiae sed innotescenda.	XVIII

CAVSA XXVII.

Quaestio.	Obiectum.	Canones.
I	Coniugium non potest esse inter vouentes, si votum sit solemne.	XLIII
II	Non licet sponsae a sponso recedere, & alii nubere. si desponsatio sit de praesenti.	LI

CAVSA XXVIII.

Quaestio.	Obiectum.	Canones.
I	Coniugium est inter infideles.	XVII
II	Licet huic ad fidem conuerso aliam ducere priore viuente, si ab illa sit separatus.	II
III	Digamus reputandus est, qui ante baptismum habuit vnam, & post baptismum alteram.	II

CAVSA XXIX.

Quaestio.	Obiectum.	Canones.
I	Est coniugium inter seruum & ingenuam, nisi error interuenerit personae.	
II	Si mulier prius putabat aliquem esse liberum, & postea deprehenderit illum esse seruum, licet ei ab illo discedere.	VIII

CAVSA XXX.

Quaestio.	Obiectum.	Canones.
I	Vxori suae debitum reddere non valet, qui proprium filium de sacro baptismate suscepit.	X
II	Sponsalia inter infantes non contrahuntur.	I
III	Spirituales vel adoptiui filii naturalibus copulari non valent.	VII
IV	Commatrem vxoris suae alicui ducere non licet.	VI
V	Clandestina desponsatio manifestae non praeiudicat.	XI

CAVSA XXXI.

Quaestio.	Obiectum.	Canones.
I	Potest regulariter duci in coniugium, quae prius est polluta per adulterium.	XIII
II	Filia inuita tradenda alicui non est in vxorem.	IV
III	Post patris sponsionem, illa potest nubere alteri, nisi consenserit.	I

CAVSA

CAVSA XXXII.

Quaestio.	Obiectum.	Canones.
I	Meretrix licite ducitur in vxorem.	XIV
II	Illa, quae caufa incontinentiae ducitur, coniux appellanda non eft.	XVI
III	Neptis arbitrium fequatur liberi aui, non patris ferui.	I
IV	Viuente vxore non licet alicui filios ex ancilla quaerere.	XV
V	Ea, quae vim patitur, pudicitiam amittere non comprobatur.	XXIII
VI	Adulter adulteram dimittere non poteft.	V
VII	Viuente dimiffa aliam accipere non poteft.	XXVIII
VIII	Infidelem etiam fub praemiffa conditione non licet alicui fidelium in coniugem ducere.	I

CAVSA XXXIII.

Quaestio.	Obiectum.	Canones.
I	Propter impoffibilitatem coeundi a viro fuo aliqua feparanda eft.	IV
II	Peracta poenitentia poft feparationem ei nubere valet, cum quo prius fornicata eft.	XIX

TRACTATUS
DE
POENITENTIA
DIVISVS IN
DISTINCTIONES VII.

QVAESTIO III.

Diftinctio.	Obiectum.	Canones.
I	Sola confeffione cordis, fi confitendi occafio defit, crimen poteft deleri.	XC
II	Charitas habita amitti poteft.	XLV
III	Poenitentia eft reiteranda.	XLIX
IV	Peccata dimiffa non fimpliciter redeunt.	XXIV
V	In poenitentia peccatorem varia confiderare oportet.	VIII
VI	Sacerdoti proprio regulariter debet fieri confeffio.	III
VII	Tempus poenitentiae eft vsque ad vltimum articulum vitae.	VI
IV	Tempore orationis aliquis non valet reddere coniugii debitum.	XIII
V	Vir fine confenfu vxoris & viee verfa continentiam vouere non poteft.	XX

CAVSA XXXIV.

Quaestio.	Obiectum.	Canones.
I & II	Rea adulterii non est, quae viuente viro suo, quem putabat mortuum, alteri nupsit: sed redeunte primo cogenda est redire ad eum.	X

CAVSA XXXV.

Quaestio.	Obiectum.	Canones.
I	Non licet aliquam ex propria cognatione ducere in vxorem.	I
II & III	Ex consanguinitate vxoris aliqua non potest in coniugem duci: & vsque ad VII. olim (hodie IV.) gradum debet quisque abstinere, siue a propriis, siue ab vxoris consanguineis.	XXII
IV	Ad instar VII. aetatum mundi vsque ad septimum gradum consanguinitatis, coniunctio prohibetur.	I
V	De modo gradus consanguinitatis computandi.	VI
VI	Propingui & vicini iureiurando propinquitatem firmare debent.	XI
VII	Illi, qui de incestuosis nati sunt, filii non reputantur.	I
VIII	Si ignoranter de consanguinitate vel affinitate aliqua in vxorem ducta est, ex dispensatione in quinto gradu vel supra potest viro suo adhaerere.	III
IX	Si contigerit Ecclesiam decipi, & causa consanguinitatis aliquam a viro suo separari, quae post quadriennium nuptiis hinc inde celebratis deprehenditur non fuisse consanguinea prioris, nuptiae priores sunt redintegrandae.	IX
X	Si relicta alicuius ad secundas nuptias transierit, proles ex eis suscepta non potest pertingere ad consortium alicuius de cognatione prioris viri.	V

CAVSA XXXVI.

Quaestio.	Obiectum.	Canones.
I	Raptum commisit, qui virginem oppressit.	III
II	Raptori rapta nubere potest, patre assensum praebente.	XI

PARS

PARS TERTIA
DE
CONSECRATIONE,
QVAE
DISTINCTIONES V.
COMPLECTITVR.

Distinctio.	Obiectum.	Canones.
I	De Ecclesiarum consecratione & Missarum celebratione.	LXXIII
II	Panis & vinum aqua permixtum inter Missarum solemnia offerantur.	XCVII
III	De festis & Ecclesiasticis cerimoniis promulgandis & obseruandis.	XXX
IV	De baptismi sacramento.	CLVI
V	De sacramento confirmationis, & ieiuniis Ecclesiae.	XL

§. XXXVIII.

Ex hactenus allatis luculentius iam perspicere licet, quam docendi rationem secutus sit Gratianus, nouam scilicet ante eum vsitatam nemini, libroque huic, ex quo iuris ecclesiastici scientiam commodissime cupida legum iuuentus haustura esset, vt ipse quidem opinabatur, vel maxime congruam. Sed saepe parum fortunate votis successus responderat, vt ideo hodie probetur paucissimis, quin potius in multis tanquam inepta ab eruditis reiiciatur. ANT. AVGVSTINI (a) iudicium non magnopere hercle Gratiano fauere videtur. *Si artem,* inquit de eo, *requiras, & ordinem docendi, frustra laborabis.*

§. XXXIX.

Quare minime ineptum putaui, si methodi Gratianeae crisim hic, atque examen adferrem, secutus CAROL. SEBAST. BERARDI (a) qui summo eandem & rigore & adcuratione, FR. FLORENTIS vestigiis insistens, discussit; *Primum* enim, vt viri eruditissimi sententia est, *quid diuisione sua sibi voluerit GRATIANVS, nemo sanus intelligit. Nam quae ratio eum mouere poterat, vt postremas distinctiones separaret a primis, quae rursus ratio, vt varias quaestiones modo sub causarum, modo sub distinctionum titulo discuteret? Vnicam quod video, inter causas & distinctiones, diuersitatem obseruandam nobis exhibet, in distinctionibus ab vna ad aliam materiem quasi more praeceptoris progredi, & in causis ad instar recen-*

(a) L. I. Dial. I. p. 9.

(a) *In Gratiano emendato T. I. Prooem. Obseruat. IX.*

recentium casuistarum quandam facti speciem proponere, pluribus deinde quaestionibus ex facto emergentibus satisfaciendo. Verum vnus aut alter ordo vel distinctionum vel causarum satis erat operi integro elucubrando, nec erat, cur Distinctionibus Causae intersererentur.

§. XL.

Praeterquam, pergit idem sequentibus, quod eaedem ferme materiae tam in causis quam in Distinctionibus discutiuntur, vt videatur auctor in causis eorum immemor, quae in Distinctionibus pertractauerat. E. g. *In I. part. Dist. 22. & seq.* expendit quid seruandum sit in *ordinationibus Clericorum*, & rursus id ipsum explicat *in II. part. Can. I. qu. 1.* vbi de *simoniacis ordinationibus reprobandis* sermonem instituit. In *Causa 27. 31. 32.* & seqq. *de coniugiis* agit, de quibus iam *dist. 30.* differuerat. In III. tantum collectionis parte videbatur expendere voluisse, quae ad *consecrationes Ecclesiarum, baptizandorum, confirmandorum & ordinandorum pertinebant*; sed iam de his sermonem fecerat in *distinctione* 33. 48. 50. 64. & 65.

§. XLI.

Quodsi peculiariter ad singulas distinctiones & causas descendere velimus, eo clarius constabit, nullum omnino ordinem rerum fuisse seruatum. Initio quidem GRATIANVS generatim *de legibus* orationem instituit, recto sane ordine, nisi diuisionibus suis rem ita confudisset, vt saepe digressus fuerit a proposito suo, opusque habuerit lectores, quos secum alio abstraxerat, ad praescriptam materiem identidem reuocare. Hinc monet initio *dist.* 5. *Nunc ad differentiam naturalis iuris, & ceterorum reuertamur.* Putaret quispiam Gratianum in hac distinctione 5. aliquid de *Iurium differentia* tradidisse. Sed expectationi non satisfecit Gratianus, qui leui occasione arrepta totus fuit in explicando munere recens enixae mulieris, sed amplius in *dist. 6.* ita exorditur: *quia vero de naturae superfluitate sermo coepit haberi, quaeritur, an post illusionem quae per somnium solet accidere, vel corpus domini quilibet accipere valeat, vel si sacerdos sit, sacra Mysteria celebrare?* Ad rem tandem venit in *dist. 7. 8. 9. & 10.* In *dist. 11.* repetit eadem, de quibus iam abunde egerat in *dist. 8. de consuetudinibus inducendis.* In *dist. 12.* de *consuetudine* differit, rursus vero in duabus sequentibus distinctionibus remeat ad iuris naturalis scientiam, tradens nullam in eo dispensationem admitti posse. In *dist. 15.* profitetur se de *iure naturali, constitutione*, & *consuetudine* satis differuisse, pergere autem ad leges Ecclesiasticas, quasi de illis nondum disputasset; recenset propterea canonicas Scripturas, & codices authenticos ab apocryphis secernere studet.

§. XLII.

Optandum esset, vt huius distinctionis materiem solertius inuestigasset, antequam collectioni suae adornandae manum admoueret. Postquam vero de

Conci-

Conciliis fiue generalibus, fiue prouincialibus, nec non fummorum Pontificum decretalibus pluribus diftinctionibus multa complexus fuerit, in *dift. 20. & feqq.* de Ecclefiafticarum perfonarum ftatu, gradibus & ordinatione difputat: fed interea more fuo digreditur; nam cum ante *Canonem 3. dift. 25.* peculiariter concluderet Epifcopum ab omni etiam, vt aiunt, veniali labe effe debere purgatum, in Canone 4. (cui ab auctore paleae ad eandem rem additus eft quintus) agit de igne purgatorio, rurfus cum dixiffet Epifcopum bigamum ordinari non poffe, data occafione quaerit, an bigamiae labes per baptifmum tollatur in *dift. 26.* deinde in *dift. 27. & 28. de continentia Sacerdotum, Diaconorum & Subdiaconorum* agens intermifcet difputationem, num qui continentiam vouit, matrimonium contrahere valeat? In *dift. 29.* en rurfus Gratianum quasdam pofitiui iuris differentias expendentem; ait enim pofitiuum ius ex caufis, loco, tempore, & perfona confiderandum effe; atque in hac re valde perfpicua in tota *dift.* 30. 31. & 32. propofitis exemplis immoratur, plura ibidem congerens praefertim de Manichaeorum fuperftitionibus, & continentia Clericorum, de qua iam fuperius egerat *dift.* 27 & 28., eaque occafione in *dift.* 23. illud fufcipit difputandum, vtrum facerdos ordinari poffit, qui primum & vxorem & concubinam habuerit, quod potius pertinebat ad *dift.* 25. & 26. Sed quid hoc memoro, cum in *dift.* 34. & *fequentibus* vsque *ad* 49. caeteras perfequatur ordinandorum facerdotum qualitates, de quibus iam in dicta *dift.* 25. tractauerat?

§. XLIII.

Singularis eft ratio in *dift.* 50. vbi Gratianus allatis in vtramque partem fanctorum Patrum fententiis difputat prolixius, num clerici grauiorum criminum confcii poft peractam poenitentiam ad priores gradus reftituendi fint? At poftquam plura adduxiffet ad concilianda, quae attulit fragmenta, rem integram ita flectit & obfcurat, vt interpres egeat interprete; etenim nunc vno nunc altero modo diftinguit, quafi neutrum probet, vt videre eft ad calcem *Canonum* 28. 34. 35. 51. 52. & 61. ac poftremo re paulifper explicata quaedam fibi rurfus obiicit, quin tamen propofitam difficultatem diffoluat. In *dift.* 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. & 61. enumerat varia perfonarum genera ex iis, qui nequeunt ad facros ordines promoueri, atque inter caeteros recenfens filios presbyterorum, occafionem arripuit difputandi, num paterna vitia filiis noceant. Praeterquam quod repetit ibidem, quae iam demonftrauerat in *Dift.* 36. 37. 38. & 39.

§. XLIV.

Pergit in *Dift.* 62. & 63. ad perfonas quibus ius eligendi tribuendum eft, vbi tamen variis in contrarium argumentis oppofitis congrue non fatisfacit, vt in hac re *concordia difcordantium canonum* ipfi defuiffe videatur. Ab electione

recte ad consecrationem perrexisset in *Dist.* 64. & 65. nisi plura ibidem de Cathedrarum praerogatiua intermiscuisset. Descendit ad ordinationes, inferiorum Clericorum in *Dist.* 66. 67. 68. 69. 70. 71. & 72. vbi cum aliqua dixisset de non ordinandis extraneis, nisi a proprio Episcopo commendatis, de literis commendatitiis sermonem instituit in *Dist.* 23. Subdit in sequentibus de persona ordinandorum, & de temporibus ordinationis in *Dist.* 74. & 75. sed ea occasione tempora ieiuniorum expendit in *Dist.* 76. subiiciens deinde in *Dist.* 77. & 78. quam plurima confusa atque permixta, vt videatur ibidem adiecisse quae in superioribus forte oblitus fuerat. Reuertitur in *Dist.* 29. ad ordinationes Episcoporum, & in *Dist.* 80. loca illa Episcopis adsignat, quae sunt frequentatiora. His absolutis ad alia prorsus se manum admouere profitetur GRATIANVS in *Dist.* 81. ita exordiens: *Haec de ordinandis & ordinatoribus atque de singulorum graduum distinctionibus, & officiis dixisse nos sufficiat. Verum quia aliquantulum in his immorati sumus, quaedam praecedentibus cohaerentia sub epilogo ad memoriam subiiciamus. Debet ordinandus in Episcopum (vt Apostolus scribit) esse sine crimine, id est, sine peccato mortali, quod non solum de Episcopo, sed etiam in quolibet electo ad aliquam praeposituram Ecclesiae oportet intelligi.* Quae deinde longa distictione probat, & Patrum sententiis confirmat; cum vero in canone vltimo adduxisset quoddam Concilii Carthaginensis Decretum, quo praecipitur viduis, quae alimenta ecclesiastica percipiunt, vt Ecclesiam precibus & orationibus adiuuent, hac occasione in *Dist.* 82. quaesiuit, num Episcopi viduas & pauperes alere teneantur, & in canonibus sequentibus ad alia omnino diuertens de Clericis lapsis restituendis rursum agit, quae erat prolixa materies *dist.* 50. subdit rursus de qualitatibus caeteris Episcoporum vsque ad *dist.* 91. post quae in *dist.* 92. ita concludit: *Cum autem ad Ecclesiam venerint corde magis, quam voce cantandum meminerint;* proinde in tota ferme distinctione de cantu & canendi officio loquitur, non omittens tamen quaedam more suo intermiscere ad Episcopos & Presbyteros pertinentia, quos sua Parochia non recepit. Nullo autem modo superioribus nectitur *dist.* 93. vbi agitur de obedientia, quam inferiores superioribus exhibere tenentur. Vbi tamen obseruamus alia quamplura de muneribus Sacerdotum, de improbando despectu sanioris doctrinae, & alia passim. Longe etiam distat materies *dist.* 94. cui est haec praelectio: *Subdiacono etiam summus Patriarcha vices suas committere valet.* Et quod magis est, sub hoc themate tria capita subiiciuntur, singula fere alium ad finem spectantia; primum quidem ad rem propositam pertinet; secundo decernitur excommunicandos illos esse, qui legatos sedis Apostolicae turbant; tertio cohibentur Archidiaconi, qui supra Presbyteros iurisdictionem exercere praesumunt.

§. XLV.

Non minus longe abscedit Gratianus a superioribus in *dist.* 95. vbi quae

rit, num Presbyteri poſſint baptizare, confirmare, & conſecrare, adductis autem contrariis Patrum ſuffragiis, nullam interpretationem adiicit, nec memor eſt ſui propoſiti, quod in ipſa operis inſcriptione exhibuerat. In *diſt. 96.* meminit ſe in Can. 8. *diſt. 79.* quaedam retuliſſe de Honorio Auguſto, ideoque, quod ibi deeſſe videbatur, ſupplet hoc loco, ſicut etiam in *ſequenti diſtinctione*, vbi tamen can. vlt. demonſtrandum aggreditur, Eccleſiam Romanam non conſueuiſſe ſuſcipere legationem ſine ſignatis apicibus. Rurſum ad alia ſe gradum facere profitetur Gratianus in *diſt. 98.* ibi: *Quae circa ordinandos ſint obſeruanda, multorum auctoritatibus monſtrata ſunt. Sed quia veritas rei nonnunquam obſcuratur mutatione prouinciae, decretum eſt ſacris canonibus, vt peregrini, niſi quinque, vel eo amplius ſuorum Epiſcoporum fuerint commendati chirographis, non ordinentur.* Credideris certe in ſequentibus hanc, aut ſimilem materiem pertractari: ſed caetera non reſpondent, nam ſtatim in longinqua abit Gratianus ita praefatus in *Diſt. 99.* *De primatibus autem, quorum ſupra mentionem fecimus, quaeritur, quem gradum in Eccleſia obtineant* &c. Dein in *diſt. 100.* totus eſt, vt concludat Epiſcopis non licere ante acceptum pallium ſacras Ordinationes celebrare. Demum in *diſt. 101.* priorem hanc ſui codicis partem abſoluit, aiendo duos in vna prouincia Metropolitanos eſſe non poſſe. Quis non miretur tantam rerum confuſionem?

§. XLVI.

Hactenus de electione & ordinatione Clericorum tractauimus: Nunc ad ſimoniacorum ordinationes tranſeamus. Ita Gratianus *partem* II. ſui decreti incepturus. Iam autem his fere verbis profeſſus fuerat initio *diſt.* 81. monens ſe ſatis de Clericorum ordinatione fuiſſe loquutum, quanquam deinde & de eadem plura ſubiecerit. Hoc autem in loco idem ferme peragit; nam eo ipſo, quo profitetur ſe de ordinationibus tractaſſe, praeparat ſe ad nouam de iisdem ordinationibus, per ſimoniam ſcilicet celebratis, diſputationem. Num ſaltem a digreſſionibus abſtinebit? Minime gentium; nam in ipſa *Cauſa* I. vbi caeteroqui de *ſimoniacis ordinationibus* ſibi agendum proponit, quaerit, num ſimoniacus haereſi renuncians ſit ad Epiſcopalem gradum recipiendus, eaque occaſione plura diſputat de baptiſmo Haereticorum, de iis qui a falſis Epiſcopis ordinantur, de charactere baptiſmatis, de illis qui cum haereticis orant, aut ab ipſis eulogias accipiunt, de remiſſione peccatorum, quae non ex hominum merito, ſed ex Dei virtute dependet, de alimentis pauperibus ſuppeditandis, de crimine paterno, num illud filiis obſit, de conſecratione Eccleſiarum, de diſpenſatione Sacrorum Canonum, & aliis ſimilibus a ſimoniacis cauſis valde diſcretis.

§. XLVII.

Tranſit poſt haec Gratianus ad 2. *cauſam*, vbi plura diſcutit de *iudiciis*, teſti-

testibus, accusationibus, appellationibus, vno verbo, de *re iudiciaria*, atque vt a simonia ad hoc gradum faceret, ita exorsus est: *His breuiter praemissis ad ea veniamus, quae Ecclesia seueritate disciplinae parata est vlcisci, ostendentes, quibus accusantibus* &c. Arbitratus est, vt videtur, Gratianus iudiciarias res ita a causis simoniacis dependere, vt de simoniacis causis praemittenda foret exacta disputatio. *Causa tertia & quarta* potius secundae cohaeret, agitur enim in illis de accusationibus, & restitutione spoliatorum, quemadmodum etiam in causa quinta, vbi tamen plura permista sunt de conciliis, & eorundem celebratione. Eadem iudiciorum materies pertractatur in *causa sexta:* ad *septimam* vero sine ordine pergit, vt inquirat materiam de coadiutoribus Clericorum aegrotantium, aut senio confectorum, de translationibus Episcoporum. In *causa octaua* en rursus Gratianum reuertentem ad simoniacas ordinationes, atque eas, quae fiunt viuente adhuc Episcopo per designationem successoris. In Causa 9. persequitur tractatum de ordinationibus Clericorum, quem toties se absoluisse iam professus fuerat. In *causa 10.* alia omnino materies sine ordine subiicitur, videlicet de rerum Ecclesiasticarum administratione, quae Episcoporum vigilantiae & sobrietati committitur. Sed in *causa 11.* rursus arripuit Gratianus caussas iudiciarias, quod praesertim attinet ad forum competens Clericorum, in qua tamen re non satis moratus est; nam statim in *causa 12.* denuo regressus est ad bona Ecclesiastica, & ad expendendam potestatem, quam in illis siue viuentes, siue morientes exercere possunt Ecclesiastici administri. In *Causa 13.* complexus est Gratianus iura quaedam Ecclesiastica decimarum, & sepulcrorum, nec non eorundem iurium praescriptiones. In *Causa 14.* damnantur Clerici ad vsuras intenti, eaque occasione discutitur, num de vsurarum lucris possit quis eleemosynam elargiri?

§. XLVIII.

Mirum autem est, quam varia & longe dissita simul congerat Gratianus in *Causa 15.* Quaerit enim 1. num crimina sine voluntate commissa sint imputanda? 2. an pro impensis patrociniis liceat Clericis munera exigere? 3. an ex mulieris confessione quis sit condemnandus? 4. an die dominico debeat causa ventilari? 5. an accusato neganti sit purgatio deferenda? 6. an confessio cruciatibus sit extorquenda? 7. an sine Synodo Episcopus valeat sacerdotem damnare? 8. an sponte confessus se ante ordinationem peccasse, possit suscepti ordinis officium exequi? Quae sane omnia mentem in varias distrahunt partes, & quemadmodum ad iudiciorum materiem spectant, commodius in superioribus a Gratiano pertractata fuissent. In *Causa* 16. 17. 18. 19. & 20. de *Monasteriis, & rebus ad Monasteria pertinentibus* differit auctor noster; identidem tamen varias quaestiones interserit de praescriptionibus, de alienationibus rerum Ecclesiasticarum, aliasque huiusmodi controuersias; cum autem in *Causa* 20. egisset de *Mo-*

nachis

nachis de vno in aliud Monasterium, siue *regulam transeuntibus*, occasionem sibi exhiberi commodam arbitratus est, vt in sequente *Causa* 21. de *Clericis de vna ad aliam Ecclesiam transeuntibus* differeret; immo quia de Clericis agere ibidem coepit, prosequutus est quaedam de eorundem moribus, indumentis, negotiationibus, & iudiciis. In *Causa* 22. totus est in iurisiurandi, periuriique materia quae an superioribus cohaereat, facile vnus quisque iudicauerit.

§. XLIX.

Abs iureiurando transit ad militiam in *Causa* 23. quaerens *a*., an militare sit peccatum, & a similibus gradum ad alia ibidem faciens, quinto quaerit, an iudex vel minister peccet reos occidens? 6., an mali ad bonum cogi possint? 7., num haeretici bonis propriis sint spoliandi? & 8., num Episcopis ac Clericis arma sumere liceat? Quoniam vero quaedam attigerat de haereticis, quaerit in *Causa* 24. num Episcopus in haeresim lapsus iudicare possit, atque alios excommunicare, arreptaque occasione sermonis de excommunicatione instituti, quaerit statim, num excommunicationis poena vita functis possit infligi, &, num ex causa peccati vnius de familia possit tota familia excommunicari? In quaestionibus autem huiusmodi tradit Haeresum & Schismatum discrimina, et praecipuas Haereticorum sectas recenset. *Causa* 25. integra pertinet ad priuilegia Romanorum Pontificum auctoritate concessa, qua occasione in fine causae quaerit, num priuilegio Episcopalis sedis priuari debeat ciuitas illa, quae suum Antistitem interfecerit? His expeditis sequitur *Causa* 26. de *sortilegiis*, & quidem fusa oratione; inter quaestiones tamen in ea materie propositas hae insertae sunt num. 6., et 7., an excommunicatus ab Episcopo reconciliari per Presbyterum possit eodem Episcopo inconsulto, et num morientibus poenitentia indicenda sit sub temporis quantitate? Ab hac postrema quaestione de poenitentia morientium ad nuptias gradum facit Gratianus, quaerens in *Causa* 27., an nuptiae inter vouentes iniri possint, an sponsa possit a sponso recedere, & alteri nubere? & alia similia, quae fuse prosequutus est in *Causa* 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. & 36. Hoc tamen in loco obseruandum est, in media *Causa* 33. id est, inter mediam coniugiorum materiem insertum esse tractatum de poenitentia in septem distinctiones distributum, occasione arrepta ex quaestione 2. vbi a viro coniugem adulteram post septem annorum poenitentiam dimitti posse adfirmat, & illico subnectit quaestionem quare sacris canonibus institutum sit, vt post septem annos poenitentes in pristinum statum reuocentur, atque ita ad fusiorem de poenitentia pertractationem transitum facit.

§. L.

Tertiam decreti sui partem, vt diximus, in quinque distinctiones partitus est Gratianus, adiecto titulo *de Consecratione*, sed quae ibidem subiecit, titulo

ipsi non vndequaque respondent. In *Dist.* I. exorditur a *Consecrationibus Ecclesiarum*, pergit deinde ad Missarum celebrationes, translationes sanctorum Corporum, sacra vestimenta, vasa & ligna diuinis dedicata. Rursus de Missarum solemnitatibus, & Eucharistia agit in *Dist.* 2., sed in *Dist.* 3. postquam aliqua disseruit de diebus feriatis, plura adnectit de sanctorum imaginibus, de diebus ieiuniorum, nec non de fide sanctae Trinitatis sine ordine ac nexu. In *Dist.* 4. agitur de Sacramento Baptismatis, in *quinta* demum de Sacramento Confirmationis, eaque occasione de Neophitis: cum vero Gratianus Canonem attulisset, quo Neophiti a lautioribus epulis abstinere iubentur, quaedam subdere non dubitauit de ieiuniis, de spectaculis, mulierum ornamentis. Demum duobus fragmentis opus suum absoluit, quibus probaret Spiritum Sanctum a Patre simul ac Filio procedere. Post haec ita discussa, quaeque clarius Gratianeum opus vniuersum accurate euoluentibus constare possunt, facile nouerit vnusquisque Gratianeum codicem vndequaque inordinatum, nihilque aliud continere nisi quamdam confusam, & sine discrimine cumulatam sacrorum Canonum & sententiarum farraginem.

§. LI.

Atque hoc laudati BERARDI de methodo Gratianea iudicium est, ideo hic a nobis allatum, quod eius librum non in omnium manibus versari posse existimauerimus. Maluimus idcirco aliena hunc in locum aptissima coronato fonte suppeditare, quam mutatis paulo verbis, quod multis vsuuenit, literario plagio ea nobis arrogare.

§. LII.

Hanc Gratiani methodum tot vitiis laborantem praeclarissimo conatu emendandam, ac reformandam suscepit S. R. E. Cardinalis Episcopus IO. a TVRRECREMATA, quum enim probe aduertisset tum in ordine connectendi, cum etiam in ipsius materiae dispositione non raro a Gratiano peccatum esse, eo curam omnem conuertit, vt retentis quidem collectaneis omnibus, e quibus opus isthoc conflatum erat, sed alio longe ordine digestis tanquam ex ruderibus nouum Ecclesiastici iuris systema suscitaret. Qua in re decretalium ordinem, modumque sibi proposuit, quem in reformanda, aptiusque disponenda decreti Gratianei materia imitaretur, quasi ad arctiorem similitudinem decretum, ac decretales reducturus, e quarum tamen methodo non ita totus pendere voluit, quin etiam sicubi visum esset in multis ab ea recederet. Itaque ea methodo vsus est, quae licet non ita ab omni vitio immunis esset, vt nihil omnino in ea posset desiderari, nouam tamen formam multo priore meliorem decreto induxit. Mansit nihilominus nescio quo fato codex ille multo tempore in Barberina bibliotheca reclusus, dum tandem auctoritate BENE-

DICTI

DICTI XIII. P. inde protractus adcurante Archiepiſcopo Ancyrano IVST. FONTANINO in publicum ederetur (a).

§. LIII.

Quibus omnibus illud quidem palam eſt: multa in iſto Gratiani labore, eiusque methodo inueniri, quae minime cenſuram effugiant. *Verum opere in longo fas eſt obrepere ſomnum*, illamque ſemper ego viri aequi vocem eſſe oportere arbitratus ſum: *Vbi plura nitent in carmine non ego paucis offendar maculis.*

§. LIV.

Non deerunt igitur Gratiani defenſoribus, ſi qui eius cauſam ſuſcipere voluerint, rationes vberrimae, quibus admiſſos nonnunquam errores poſſint excuſare, qui aetatis potius, quam auctoris vitio irrepſiſſe videntur, quippe qua neglecta penitus, ac triſti quadam barbarie conſepulta iacebant bonarum artium ſtudia, vbi nulla verae philoſophiae, ſolidaeque dialecticae cura habita omnes velatis, vt ita dicam, oculis Mineruae penetralia ingrediebantur.

§. LV.

His deſtitutum ſubſidiis quum primam in illa temporum caligine glaciem perfregiſſe, atque immenſum pene legum eccleſiaſticarum complexum, immanem longiſſimi laboris materiem, noua prorſus methodo diſpoſuiſſe, ordinaſſeque conſiderauerimus, tum profecto magno negotio defunctum, illamque nominis celebritatem, quam aeuo ſuo conſecutus erat, iure ſuo promeruiſſe intelligimus. Vt adeo nonnulla etiam methodi vitia nihil fere merito illius detraxiſſe videantur: maxime quum omnium rerum initia eſſe rudiora paulo, ac poſterorum emendationi locum relinquentia, neceſſe ſit. Accedit praeterea: frequentiſſimas illas interpolationes, mutilationes, acceſſionesque multifarias ab imperitis plerumque factas, de quibus illico nunc acturi ſumus ſaepe criminibus non ſuis auctorem noſtrum damnauiſſe.

§. LVI.

Conſideratum adhuc a nobis eſt Gratiani opus, methoduſque eo habitu, quo nunc quidem reperitur. At alia profecto quam hodie ſit, compilationi huic facies quondam fuiſſe videtur. Quum enim eam, vtpote ſcholarum vſui dicatam,

(a) Hac inſcriptione: GRATIANI *Decretorum libri quinque ſecundum Gregorianos decretalium libros titulosque diſtincti per Ioannem a* TVRRECREMATA *ord. praedicat. S. R. E. Epiſcopum, Cardinalem Sabinum.* Romae. Anno, vt habet BOEHMERVS MDCCXXVII. quum tamen in Bibl. Iurid. LIPENII ex edit. emendat. Lipſ. 1757. Annus MDCCXXXVI. adſignetur, in quo cui adſentiamur dubitamus, quoniam librum hunc hic loci fruſtra quaeſitum, neque etiam nunc Roma nobis tranſcriptum inſpicere nondum licuit.

catam, saepe transscribere necesse fuerit, adcommodatam, vt fieri solet, docentis cuiusque genio, mutandique libidini, ideo non poterat non additis multis, aliis demtis, quibusdam etiam interiectis tota interpolari, ineptissimisque illis commentationibus, quas *Glossas* vulgo dicunt, quasi fato quodam ad dehonestanda semper corpora iuris, quae illustrare debuerant, adiectis, insigniter obscurari: quin & ab aliis fortasse melior, nitidiorque in non paucis reddi. Quibus omnibus hoc opus nouam penitus formam & adeo a pristina alienam induit, vt necesse fore existimem auctori suo, si ad vitam esset rediturus, de partu agnoscendo actionem intentari.

§. LVII.

Et vero mutatio haec ipsius quasi temporis necessitate quadam inducta non internam solum verum etiam externam libri huius formam corripuit. Ad externam quod attinet, nemo, qui vel tenui medii aeui cognitione imbutus sit, scribendi morem ea aetate vsitatum ignorabit, cui etiam Gratianus compilandi rationem attemperans nullis libri sui partibus discretis, nullis canonibus distinctis, omnia continuo, vt ita dicam, nec vnquam fere interrupto sermone proposuisse videtur, quo etiam modo omnes istius aetatis codices conscriptos esse reperimus, a qua proponendi ratione recte nunc, ac fortasse etiam nimium recedunt auctores hodierni.

§. LVIII.

Expressere dein canonum numeros omnium primi ANT. CONTIVS (*a*) cuius partitionem plerique hodie sequuntur, et ANT. AVGVSTINVS. (*b*) Rubri-

(*a*) Ampliores, vt iudicat laud. BERARDI reddendae essent grates CONTIO, si praeter hoc commodum, quod studiosis attulit, solertiam maiorem in distinctione capitum affabre facienda impendisset; verum modo dicta, & sententias Gratiani, ipsas praeterea canonum praefationes canonis nomine donauit, vt in can. XXI. Can. II. qu. 5. modo idem sancti alicuius Doctoris, aut Pontificis testimonium ex eodem libro, ipsa etiam pagella depromptum in duos veluti canones diuisit, modo diuersas plurium patrum sententias, aut eiusdem quidem doctoris, sed ex diuersis eiusdem operibus erutas vno eodem capite dissimili quadam textura complexus est, modo plura ecclesiastica monumenta ita Gratiani verbis alio charactere editis inuoluta reliquit, vt eadem peculiari canonum nomine vti caetera decorare neglexerit. Non indigent haec exemplis, sufficit enim Gratianeum codicem aperire, vt in vnaquaque fere pagina huiusmodi geniales, & pro lubitu elucubratae rerum distinctiones palam vnicuique exhibeantur.

(*b*) Quod ille in suis dialogis ipse de se adfirmat. *Ego* ait, *numeros addidi ante illam editionem* (scilicet Contii) *neque diuinare potui, quid in ea scripturus esset Contius; varietatis causa est, quod ille caput secundum appellat, quod ego pri-*

Rubricas pariter, ac summaria sic dicta, quae in isthoc decreto inueniuntur, non a Gratiano profecta, sed siue a Glossatoribus, siue ab iis, qui vel transcribenda, (c) vel edenda huius operis exemplaria adcurauerant, adiecta esse constat.

§. LIX.

Sed nec intrinseca forma, materiaque ipsa vicissitudinem omnem effugere potuit. Sunt, qui duos illos de *poenitentia* & *consecratione* tractatus ab alio quodam insertos fuisse Gratiani decreto arbitrantur, quae opinio vel ex eo fortasse probari possit cuiquam, quod parum apte facturus fuisse videretur Gratianus, si operis sui partem primam in distinctiones, in causas alteram, cuius causae XXXIII. quaestionem III. denuo in distinctiones resoluit, ac tertiam demum rursum in distinctiones dispescuisset, vt adeo duae hae partes, quae minus apte locis suis conuenire videntur, aliena manu, quasi in supplementum adiectae existimari possent. (a)

§. LX.

At non firmo satis talo haec sententia consistit, praeterquam enim, quod Gratianus ipse in causis non vno loco tractatuum istorum mentionem ingerat, stylus quoque modusque ordinandi apprime cum reliquis decreti huius partibus congruit. Quibus & illud accedit; in nullo codicum MSS. vt eruditi obseruant, ne antiquissimorum quidem illos desiderari, non leui argumento eos non esse additamenta quaedam ab alio serius adiecta, sed primi iam laboris, operisque ipsius partes constituisse, qua in re etiam inspecti Augustae Bibliothecae codices MSS. omnes nos confirmarunt. (a)

§. LXI.

primum esse puto; principium enim quaestionis primum caput appellare nolui, quotiens verbis Gratiani constat. Est etiam alia varietatis causa in capitibus paleae nomine adscriptis, quae ab eo nonnunquam omittuntur, aliquando numerum augent. L. I. Dial. XVIII.

(c) Ita quidem in codicibus MSS. Caesareis minio ea pereleganter expressa obseruaui.

(a) Dici fortasse possit, si cui excusare Gratianum lubeat, prioribus tractatibus iam perfectis ac vulgatis nouas istas accessiones appendicum instar ab ipso auctore fuisse adiectas, id quod hodie non adeo est infrequens, vbi nouis editionibus procuratis noua plerumque augmenta solent accedere.

(a) TRITHEMIVS ipse in *Chron. Hirsaug.* aliquod nobis argumentum suppeditat, ex quo coniectura quadam eruere liceat, etiam ab illo hunc tractatum Gratiano fuisse attributum; dicit enim: *Gratianus quatuor decretorum libros composuit*, videri ergo posset, quum vulgo tres tantum numerentur Trithemium his verbis etiam huius tractatus de poenitentia mentionem facere voluisse, secus enim quartum illum Decreti librum frustra requiremus.

§. LXI.

Est quidem apud AVGVSTINVM locus, (a) qui aliquid nobis negotii facessere videtur, quo in dialogis suis de hoc tractatu hunc in modum colloquentes inducit: A. *sed quid Romani selecti viri* (correctores Romanos intelligit) *de hac prima distinctione statuunt.* B. *Haec verba in scheda inueni: tractatus hic de poenitentia non videtur esse Gratiani, sed alicuius paulo antiquioris, & totus hu videtur translatus, deestque in exemplaribus antiquis.* Sed antiquiorem ipso Gratiano vt credat, profecto adduci non poterit, qui considerauerit multa in illo tum ex digestis, cum ex aliis iuris ciuilis libris adferri, quae omnia Gratiani primum tempore quasi postliminio sunt restituta. Deesse vero illum in exemplaribus antiquis nemo quod sciam eruditorum obseruauit, in quo vel ad ipsos correctores Romanos (b) prouocare licebit, qui in adnotatione ad hunc tractatum aperte Gratianum eius fuisse auctorem innuunt, illudque solum adnectunt: distinctiones, siue numeros, ac separationes distinctionum in vetustis exemplaribus aut omissas penitus, aut in margine duntaxat fuisse appositas, quod ipsum, vt perspicacissimus BERARDI obseruat (c), occasionem huic opinioni praebuisse videtur.

§. LXII.

Quanquam igitur integros tractatus quasi falso partu supposito accessisse haud existimamus; illud tamen nemo inficias iuerit, canones plurimos, aliaque ad materiam ipsius decreti pertinentia non raro interpolata, diuersique generis mutationibus atque accessionibus iam tum a Saeculo XIII. magna ex parte, ac etiam secutis inde temporibus obnoxium, sensimque sine sensu auctum fuisse Gratiani decretum: e quorum additamentorum numero & illa sunt aliqua, sane attentione digna, quae palearum nomine hodie nota sunt, varieque per omnes decreti huius partes sparsa reperiuntur, de quorum & origine, & inscriptione in diuersissimas sententias abeuntes maiori contentione, quam necessitate disputant eruditi, solertissime, quasi de re non leuis momenti quaestio haberetur, voculam hanc in omnem partem versantes, ac perscrutantes, hocque ipso fortasse produnt commune illud multorum eruditorum vitium, quo missis granis misero saepe labore circa paleas occupantur, quas tamen & nos, gallinarum laborem imitati

(a) L. I. Dial. XVIII. p. 299.

(b) In not. ad C. XXXIII. q. 3. ab init.

(c) L. c. *Videant*, inquit, *qui ita senserunt, ne in eo decepti fuerint, quod in codicibus, quos forte viderint. non adsit distinctionum de poenitentia distributio; Etenim fateor in antiquis Gratiani exemplaribus distinctionum diuisionem non apparuisse, fuisse autem appositam posteriori manu claritatis ergo; at vero exinde non colligitur a Gratiano, quae in hoc tractatu laudantur capita non fuisse collecta.*

imitati paucis perquiremus, ne rem ab omnibus tritam prorſus non attigiſſe videamur.

§. LXIII.

Plurimorum hac de re opiniones, ad quarum vnam, alteramue vix riſum teneas, collegere correctores Romani, quas tamen, vti & caeteras poſtea adducendas aptius a nobis diiudicatum iri exiſtimo, ſi obſeruationes quasdam in hac noſtra Auguſta bibliotheca ex dictis quatuor codicibus MSS. ſatis antiquis, quippe quorum recentiſſimus circa ſaeculi XIV. finem exaratus videtur, factas hic praemiſerimus, ex quibus & quid proprie ſint hae paleae, & qua ratione ortae videantur, diſtinctius, luculentiusque intelligamus.

§. LXIV.

Perluſtrantes itaque attentiore oculo haec MSS. aduertebamus Canonum illorum, qui in vulgatis editionibus palearum nomine inſigniti ſunt paucos admodum reperiri, vel ſi reperiantur, notam paleae non habere adiectam, praetereaque non eodem in ſingulis his MSS. numero, ſed plures in alio, in alio pauciores extare, atque in tribus primis quidem, (duobus nempe Caeſareis vnoque Vniuerſitatis) vtpote vetuſtioribus quam pauciſſimae inueniuntur; in Eugeniano contra, qui recentior eſt reliquis, paulo maior iam illarum ſeges conſpicitur. Omnes tamen hae, de quibus nunc quidem loquimur, nullo quantum obſeruare potuimus, neque characteris, neque atramenti diſcrimine in ipſo folii contextu caeteris canonibus non interrupta ſerie immixtae ſunt, manifeſto argumento, eas iam antiquioribus temporibus, ac proinde vel ab ipſo Gratiano fortaſſe, vel certe non multo poſt factas, eademque cum ipſo codice opera fuiſſe deſcriptas.

§. LXV.

Quamuis autem in ipſo codicum iſtorum contextu perpaucae vt diximus adſint paleae, notaeque nullae, extra hunc tamen alia id genus additamenta, recentioribus, vt apparet, manibus adiuncta reperiuntur, quibus marginalia paſſim ſpatia repleta ſunt diſpari etiam in diuerſis exemplaribus numero: nimirum *Cod. Caeſ. 2.* earum plurimas continet in margine, quin tales etiam, quae neque hodiedum in vulgatis editionibus leguntur, id quod pluribus ex ipſa Decreti Gratianei editione palam fiet, vbi iſta ſolerter adnotabimus. *Cod. Vniu.* in ipſo contextu, quod §. praeced. notauimus, pauciſſimas habet, in fine vero peculiare quoddam folium recentiore manu his impletum conſpicitur. Omnium vero pauciſſimas exhibet *Cod. Caeſ. 1.* negligentiores, vt videtur, lectores nactus. Denique in *Cod. Eugen.* pleraeque fere contextui ipſi ſunt inſertae proindeque nullae extrinſecus adiectae.

§. LXVI.

His ergo accessionibus, vel ab iisdem qui illas conscripserunt, vel ab aliena rursum manu appositae inueniuntur notae palearum aut vnica litera *.p.*, aut duabus *pa*, aut etiam quod tamen rarius est, integro vocabulo *palea* expressae. Imo in *Cod. Vniu.* frequenter ad ostendendum locum vacuum, vbi nimirum in aliis tale additamentum legebatur, haec verba posita sunt: *hic iacet palea; hic debet esse palea;* vbi vero scripta est palea, haec saepe verba praemissa leguntur: *hic est palea, hoc est cap. paleatum.* Atque huiusmodi palearum notae noua manu adiectae in *Cod. Caes.* 2. omnium frequentissime deprehenduntur.

§. LXVII.

Lubet hic quoque adducere, quid in collatis exemplaribus a Correctoribus Romanis fuerit obseruatum, quo facilius coniectura elici aliquid possit: *In tribus*, aiunt illi, *quae sunt antiquissima, & videntur scripta paulo post Gratiani aetatem, paucissima ex huiusmodi capitibus habentur. In vno valde emendato sunt apposita in margine sine vlla nota, sed non omnia quae in his nunc habentur. In alio literis perantiquis descripto Paleae ipsae recentiori scriptura toti volumini praeponuntur In caeteris habentur aut omnes, aut pleraeque: & partim quidem cum paleae nomine partim sine vllo a caeteris capitibus discrimine.*

§. LXVIII.

E quibus omnibus diligentius consideratis illud demum coniectura haud inani licebit eruere: capita isthaec palearum nomine deinceps cognita, non esse nisi additamenta quaedam, id quod etiam Correctores Romani cum plerisque eruditis obseruarunt, non posteriorum tantum temporum, sed eorum aliqua ab ipso fortasse Gratiano, aut non multo post ab eiusdem discipulis facta, alia secutis postea temporibus pedetentim ab iis, qui decretum siue explicando, siue saepius legendo tererent, adiecta, eo prorsus modo, quo hodie videmus literatorum adnotationes libris, quorum familiarior illis vsus est, in margine saepe additas. Has deinde accessiones fortasse librariorum quidam omiserint, quidam in contextu posuerint, interdum coniunctim cum prioribus capitibus, interdum cum aliquo discrimine.

§. LXIX.

Ipsum autem fortassis palearum nomen, non aeque antiquum videri posset, sed potius vno, alteroue post Gratianum saeculo primum inualuisse; quid enim alias causae subesse putem, cur notae hae in antiquissimis codd. minime reperiantur? in quibus si quando fuissent expressae, prorsus non dubito futurum fuisse, vt in recentiores etiam transcriberentur. Quo minus tamen

longe

longe serius innotuisse existimemus, scriptores quidam proxime ad hoc aeuum accedentes, ac iam tum palearum mentionem ingerentes nos prohibent (*a*). Itaque primo circiter post Gratianum saeculo, aut quod excurrit, enatum fuisse palearum nomen dici haud sine ratione posset, licet etiam huius saeculi codices quidam notis his careant, sed istud ideo fortasse, quod ex vetustissimis exemplaribus, in quibus illae vtique deficiebant, nulla siue mutatione, siue additione facta descripti sint, quo etiam modo cum vetustissimis editionibus (*b*) factum esse verosimile foret.

§. LXX.

Esse autem paleas additamenta quaedam, quorum pauca admodum ab ipso Gratiano, pleraque vero post eum ab aliis adiecta sunt; ex eo porro conficitur, quod plurimae illarum parum apte locis suis insertae videantur, saepeque non interrumpant modo, sed destruant etiam sententiam, quam Gratianus capitibus prioribus, & posterioribus persequitur, quemadmodum id compluribus exemplis ostendit IO. BAPT. BARTHOLVS, (*a*) ideo etiam consulendus. *Si quis*, inquit ille, *Gratiani decretum euoluerit, is perspiciet, omnes fere paleas inepte fuisse insertas, & praeter rem, & causam: vt, nisi Gratianus stolidus fuerit, eas, vbi extant, intrudere non posset.* Quibus omnibus permotus negat Gratianum esse palearum auctorem (*b*), cui etiam sententiae ANT. AVGVSTINVS (*c*) fauere videtur. Vtcunque ea res se habeat, illud tamen ex hactenus adductis satis est manifestum, si non omnes, plerasque certe decreto iam confecto per varia temporum interualla fuisse appositas.

§. LXXI.

Atque ex hoc ipso satis elucescit non prorsus ineptam esse coniecturam, de vocis huius origine ab eodem BARTHOLO allatam, quae etiam, si quidem

 aliqua

(*a*) Quorum aliquos illico adducemus, vbi diuersorum auctorum sententias de vocis huius origine recensebimus.

(*b*) Ita in editione Argentina omnium prima, & Moguntina 1472, & Basileensi 1482. & 1486. nullae palearum notae.

(*a*) L. c. Cap. LVII.

(*b*) Ita enim, postquam hac de re pluribus egisset, concludit L. c. §. VII. *Quae profecto satis aperte demonstrant capita, quae paleae nomen praeferunt, non a Gratiano fuisse descripta, sed ab aliis addita.*

(*c*) Deducit hoc DOVIATIVS ex his AVGVSTINI verbis: *Sed & video in veteribus Gratiani libris illa capita desiderari, & in Joannis Teutonici scholiis raro ad verba eorum capitum aliquid adscribi, itaque existimo illa capita postea adiecta fuisse. Huc accedit, quod Bernardus Papiensis nonnulla ex his in librum suum retulit, quod de Gratiani capitibus non facile inuenies.* L. I. Dial. II. p. 24.

aliqua ex paleis elici aut possit, aut mereatur, vero non omnino absimilis videtur. Putat is nimirum additionibus his a quibuscunque demum factis praemissa fuisse haec verba: *post alia*, quibus indicarent, credo, post alia capita in ipso decreto allata etiam haec ad materiam, de qua ageretur, potuisse adiici; aut, vt ille putat, post alia Capita, id est in calce cuiusque tractationis scribenda esse, quae ipsi hic adnotanda duxissent. Quumque voculam *post* breuitatis causa per *p.* addito puncto expressissent, vt ita legeretur: *p. alia*, deinde librariorum, qui capita haec vbi inuenta contextui ipsi interiiciebant, incuria, ac imperitia factum forte fuisse, vt omisso puncto in vnam vocem coalescerent hae literae, quae pro capitum istorum inscriptione forsan habita in latinam vocem *palea* deinde abierit. Huius etiam modi illorum est sententia, qui palearum nomen a graeca voce παλιν, id est, rursum deducunt, quasi hi canones sint additiones, & repetita quaedam opera, quod quidem satis etiam indoli palearum, obseruationibusque supra a nobis praemissis congruit, maxime quum vocem istam latinis quoque eo tempore vsitatam fuisse quidam obseruarint (*a*).

§. LXXII.

Quae opiniones licet solidis rationibus firmatae non sint, multo tamen nobis verosimiliores videntur leuissimis multorum aliorum sententiis, quorum aliqui paleas quasi purgamentum tritici dictas contendunt, quod putent res leues, nulliusque momenti in illis pertractari (*a*). Sed hos profecto sacrorum canonum

(*a*) Ita CORRECT. ROM. *Alii quasi additiones quasdam deriuata aut potius deprauata voce παλιν, id est rursum, quo scriptores etiam latini tempore Gratiani vterentur.* Idem sensisse videtur ANT. CONTIVS in not. ad c. 2. Dist. 5. *Ego autem paleam inscribi hoc caput existimo, & caetera similia, quia addititia sunt, nec a Gratiano primitus huic libro inserta, sed ab interpretibus, prout cuique commodum videbatur ad marginem Gratiani adscripta, & pleramque in emendationibus & antiquioribus exemplaribus prorsus omissa. Cui rei fidem facit antiquum Gratiani exemplar, quo in hoc emendando vsus sum, in quo pleraeque eiusdem paleae desunt.* Addit etiam IO. FRID. BOECKELMANN. *tract. posthum. de different. Iur. Can. & Ciu. Cura Cornel. van Eck cum not. Euerard. Ott. &c.* Traiect. ad Rhen. 1737. 8. edit. C. IV. p. 12. *Quod ferri potest* (scilicet haec sententia) *cum plerique hi canones additi sint in margine antiquorum exemplarium recentiori tamen scriptura. Incerta tamen est illa denominationis ratio.*

(*a*) CORRECT. ROM. *Multi ea capita, in quibus res inanes, ac leues continerentur, hoc nomine appellari censuerunt.* AND. ALCIAT. Parerg. L. XII., c. 2. *ego compertum habeo veteres vulgari ioco paleam appellasse res tenues & modicae vtilitatis, vel nullius momenti.* IAC. CVIAC ad tit. de desponsat. impub. c. 1. x. inter illius opera Neap. 1722. T. VI. Col. 1078. *Quo nomine* (paleae) *quidam significari putant, quod cassum est & irritum. Vt cassa palearum dixit Solinus in India. Itaque paleam dici per contemptum canonem nullarum*

nonum insolentes, atque ignaros esse oportet, deque paleis aliud nihil prae· auditum habuisse, secus enim aduertissent horum capitum permulta esse ısmodi, vt grauitate, vtilitateque sua nullis aliis canonibus cedant, quin gra- ſima nonnunquam sanctissimaque esse, quae in iis continentur (*b*). Longam vocis huius natalibus historiam (fabulam rectius dixeris) CAEPOLLA (*c*) :it, qui refert Gratianum a Pontifice accersitum Cardinali cuidam intermixtis ı-canonibus confecti Decreti gloriam sibi arroganti respondisse: has paleas n esse de suo grano; indeque additamentis his nomen haesisse putat. Alii ab so hoc Pontifice Eugenio III. capitulis, quae sibi minus probarentur, notam nc additam fuisse ferunt (*d*). Rursum alii ipsum capitulorum istorum interpola-

nullarum virium, nullius fidei & auctoritatis, vt apud Ioannem Cremonensem Abbatem Vrspergensem Imperator Fridericus, qui Alexandro III. valde infensus erat post Alexandriam conditam in Liguria de nomine Alexandri III. eam paleam vocat, quasi factam ex cassis palearum, ex stramine.

b) Talis profecto est lex illa de *Subdiaconorum continentia*, quam S. Gregorius M. commendauit *Ep.* 36. *Lib.* 4. attamen hanc S. Pontificis epistolam paleae nomine inscriptam legimus apud Gratianum *c.* 2. *Dist.* 32. Eiusdem S. Gregorii M. decretum *de Simonia* in sacris ordinationibus vitanda extat paleae titulo *c.* 3. *I. q.* 2. Tria quoque capita, videlicet 7, 8, & 9. *Dist.* 44. quae paleae inscribuntur, sunt canones Nannetensis concilii, minimeque de rebus leuibus scripti, quum ad parochorum honestatem pertineant &c. Quid quod capita nonnulla, quae apud Gratianum paleae nomine praeferuntur, Gregorius IX. in Decretalium libros transtulit? Conf. BARTHOL. l. c.

c) *De cognit. Lib. iur. can.* in prooem. sequentem in modum illam recenset. *Hunc librum* inquit, *cum Romam detulisset, vt a summo Pontifice probaretur, Cardinali cuidam doctissimo primum tradidit, vt Pontifici probandum praesentaret. Cardinalis alienae laudis, & gloriae cupidus operis nobilitatem intelligens, se authorem eius ostendere in animo instituit, vnde multa sanctorum Patrum, & Pontificum dicta Gratiani ordinem sequutus addidit. Orta deinde apud Pontificem quaestione, quis eorum author illius operis extiterit, offert se Gratianus, vt ipse scriptor fuisse ab omnibus intelligi posset, ordinem libri, & partes, ac singula eius capitula ad sensum, non ad verba memorialiter relaturum. Cardinalis assentit, putans se authorem futurum, cum multa de suo addita essent, quae Gratiano certe ignota esse sciebat. Dum Gratianus omnia singulariter, vt statutum erat, perfecte referret, praetermittebat quaeque capitula, quae Cardinalis addiderat, quorum penitus erat ignarus. A Cardinali quam primum opponitur, quod librum nesciat, & nec ideo composuerit, Monachus ea, quae praetermiserat, sui operis non esse cognoscens, sed Cardinalis additiones, respondit: vbi huiusmodi capitula reperiuntur, palea est, nec de grano meo. Hinc postea dicta capitula palea appellata sunt, etsi quidam alia ratione paleas dici affirmare velint.*

d) GILBERTVS REG. L. I. Conciliat. Legg. Conf. MATH. STEPH. de iurisdict. L. III. praef. Francof. 1611. 4. & OSWALD. HILLIGER in Donell. enucl. P. II. L. XXVI. c. 2. p. 1395. Gen. 1613. 4.

polatorem, vt credunt, quem iam *Paleam*, iam *Procopaleam*, *Pocapaleam*, *Quotopaleam* vocant, quemque Cardinalem quidam, quidam etiam Gratiani discipulum fuisse adfirmant, nomen paleis fecisse volunt (*e*). Quae omnia si ita se haberent, nescirem ego profecto, cur non primis etiam codicibus, aut editionibus notas has appositas inueniremus. Sed variatio ipsa falsitatis argumentum est, faciliusque existimo fabulas inuenire, quam persuadere. Quidam vocem hanc Graeco παλαιος deriuant, quod vel *antiquum*, vel vt obseruat AND. ALCIATVS (*f*) etiam res fabulosas, fatuas, leues, quales sunt, quae nimia vetustate obsoletae, significat, ideoque non *palea*, sed *palaea* scribendum putant (*g*). Horum vero coniecturam vel istud solum euertit, quod permulta sint

(*e*) Ita ANT. AVGVST. L. I. Dial. II. c. C. *Cur nomen hoc palea adscriptum est huic, & aliis quibusdam capitibus, sunt enim qui putant in inutilibus id adiectum, sed tu discipuli Gratiani nomen esse dixisti. A. Ego duorum ICtorum testimonium habeo.* IOANN. ANDREAE (*in addit. ad* SPECVL. *de disputat. & allegat. in fin.*) & CATELIANI COTTAE (*in memoralib. tit. de iurisperit.*) PANCIROL. l. c. *Alii paleas a Cardinali* POCAPALEA *nuncupato, quo nomine etiam hodie oppidum in subalpinis, & familia vocatur, dictas fuisse censent. Nonnulli a* PALEA *Gratiani discipulo, qui diuersas eius libri inscriptiones quandoque etiam improbatas fecit, paleas nominatas fuisse autumant.* CAR. MOLIN. *Consuetud. Paris.* tit. I. n. 77. Paris. 1576. f. IO. IMOL. *in D. de verb. obligat. col. 1. & post eum Ludouicus Romanus dicit quod impostor ille vocabatur* POCAPALEA *& testatur, quod libri antiqui magni quos vidit non habeant illas nisi superadditas margini, sed quod libri nouissime scripti habeant paleas illas incorporatus cum superscriptione palea. Alexand. Imol. Ioannis Imolensis discipulus in rubr. de action. in instit. col. 3. n. 12. (quem commentarium Iason a Vidua Alexandri redemtum sibi attribuit) dicit quod impostor ille vocabatur* QVOTAPALEA, *& quod erat Cardinalis, quem non puto fuisse discipulum, sed Zoilum Gratiani* ANT. *autem Episcopus Alexandrinus in prooem. Decret. col. 2. dicit quod vocabatur* PROCOPALEAS, *qui textus quondam inseruit, quos paleas appellamus.*

(*f*) *Parerg.* L. XII. c. 3.

(*g*) CVIAC. l. c. *Equidem,* inquit *verius puto hoc nomen paleae praeponi antiquioribus canonibus, & decretis, & scribi debere cum diphtongo paleae, quia & in Basilicis saepe video παλαιον nominari simpliciter antiquum interpretem, & ita hanc constitutionem cum sit Hormisdae, qui est ex antiquioribus Pontificibus recte palaeam appellari.* Caeteris ergo canonibus, quibus licet recentioribus, eandem notam adiectam inuenimus, aliud nomen excogitasset Cuiacius? MOLIN. l. c. *Ait audaculus ille* (Volzius quidam) *in dictis palearum superscriptionibus legendum non palea nominatiuo singulari sine diphtongo, sicuti perpetuo & vniformiter etiam a quadringentis annis habent omnes libri, sed legendum παλαια, Graeco, & obsoleto plurali nominatiuo, vel accusatiuo cum diphtongo, quasi adulterinae illae additiones essent veri & antiqui canones, & pedibus sequitur alter Papisticus Iacob Spiegel in Lex. Iur. Verb. pal. sed somnia*

ſint capita antiqua minime nomine paleae inſcripta, contra recentiora multa, quibus notam hanc nihilominus appoſitam reperimus (*b*).

§. LXXIII.

Quibus omnibus multo plura ſane opponi poſſent, ſi iſtud nobis eſſet propoſiti. Sed quin iam excutimus inanes has paleas, in quibus tot auctorum ventilationes nihil iam granorum nobis reliquere. Caeterum quae hic de auctoritate palearum inſtitui quaeſtio poſſet, aptius a nobis diſputabitur, vbi non de palearum modo, ſed de totius Decreti auctoritate acturi ſumus.

§. LXXIV.

His ergo vt vidimus ſimilibusque aliis additamentis, ac interpolationibus varie mutatum, auctumque eſt decretorum corpus, quas etiam idcirco ſagaciores critici erudito labore diſquirendas, diſcutiendasque ſibi propoſuere. Quod argumentum omnium praeſtantiſſime perſecutus eſt DIOMEDES BRAVA patricius Tranenſ. *in diſquiſit. crit. de interpolat. Grat.* Bon. M.DC.XCIV. quam ideo BOEHMERVS vna cum ſuis adnotationibus ex codicibus MSS. (*a*) deſumtis

ſomnia ſunt vigilantium, vt ait Plato, haec autem nouitiorum huiuſmodi ſciolorum ſomnia facile refelluntur ſcriptis, & teſtimoniis antiquorum doctorum, qui aetati Gratiani ſatis vicini fuerunt. Tantopere crimini mutatae vel vnius literae iraſcitur MOLINAEVS, vt etiam religionem in partem contentionis ridiculo feruore aduocet, quum Papiſticos, audaculoſque vocat, mitior fortaſſe in illos futurus, niſi ſacris iis eſſent addicti, a quibus ipſe deſciuit.

(*h*) Ita quidem capita in Decreto Gratiani ex canonibus concilii Nicaeni, & aliorum conciliorum ſaeculi quarti, ac ex epiſtolis Romanorum Pontificum, qui multum ante S. Hormisdam vixerunt, deſumpta, licet antiqua omnino ſint, paleae tamen nomine nequaquam inſcribuntur. Contra autem nomen iſtud praeſeferunt canones non pauci, qui S. Hormisdae aetate multo recentiores ſunt, vt c. 6. Diſt. 37. c. 3. I. q. 7. &c.

(*a*) Vſus eſt BOEHMERVS, vt ipſe teſtatur, tum in ſuis adnotationibus ad Brauam, cum in caeteris omnibus ad decretum Gratiani factis quatuor optimae notae codicibus Mſſ. tribus regiis nimirum ex bibliotheca Berolinenſi, & quarto Io. Pet. a Ludewig. Regiorum codicum primus eſt ſaeculi XIII. alter ſaeculi XIV. tertius probabiliter ad ſaeculum XIII. refertur; quartus ille Ludewigianus pariter ſaeculo XIV. ſcriptus eſt. Praeter hos editionem quoque Fontanini adhibuit. Vt vero qua ratione codices hos alleget intelligas ſigna quibus vtitur notanda erunt. Nam in quo conueniunt omnes quatuor codices poſitum inuenies C. O. in reliquis hac v. g. expreſſione vſus eſt C. R. 1. & 3. cum L. h. e. codex regus primus, & tertius cum Ludewigiano. Decretum a Io. Turrecremata adornatum ſub *editione Fontan.* vel *edit. Rom.* adducit.

ſumtis ob raritatem diſſertationi ſuae inſeruit. Hanc proinde diſquiſitionem quum elaboratiſſima ſit, ſatisque breuis, vt commode interiiciatur, hic quoque adiungere placuit inſtructam ſimul propriis noſtris adnotationibus ex Codicibus MSS. Bibliothecae Caeſ. deductis; (*b*) ſequitur ergo

§. LXXV.

DIOMED. BRAVAE DISQVISIT. CRIT. DE INTERPOLAT. GRATIANI.

Nemo eſt adeo vſque in canonum ſcientia hoſpes, qui non animaduerterit, quam multis naeuis collectio Canonum GRATIANO tributa ſcateat, ac praeſertim, vt alia vitia diſſimulem quam multis ſuperfluis, & a propoſito alienis redundent, quae ſummam indiligentiam & oſcitantiam ſcriptoris accuſare videntur, ac tot eximias laudes illi ab anteceſſoribus noſtris tributas retundere. Quod mecum ipſe perpendens, dum opus ipſum attentius examinarem, non leuia interpolationis argumenta viſus mihi ſum in ipſo deprehendere, quibus primarium auctorem abſoluere, atque omnem culpam in illorum licentiam refundere poſſimus, qui vetuſtiſſimos decreti codices, adiectionibus variis ad arbitrium factis corruperunt. Quod tamen non de induſtria fuiſſe ab illis tentatum conceſſerim, ſed innocuo labore primum ad marginem decreti, vel ad calcem ſingularum quaeſtionum aut capitum nonnullorum, illos adnotaſſe, puto, loca quaedam parallela ex iure ciuili, vel etiam ex aliis canonum collectionibus, deducta, quae ſcilicet eandem aut affines materias illuſtrare poſſent: tum amanuenſes, qui certatim in vſum eorum, qui ſacris canonibus operam darent, hiſce codicibus exſcribendis incubuerunt, omnia haec additamenta indiſcriminatim expreſſiſſe, ac locis, quibus nunc leguntur, inſertos imprudenter, inſciteque reliquiſſe. Neque vero cogitandum eſt, vno vel altero duntaxat ſaeculo interpolationem hanc aetati noſtrae praeceſſiſſe; cum vetuſtiſſima etiam exemplaria hiſce vitiis inquinata aut omnibus, aut aliquibus deprehenderim; imo ex XX. MSS. codicibus quos conſului, vt maturum hac de re iudicium ferrem, vnus vetuſtiſſimus mihi occurrit, bibliothecae Barchionenſis cuiusdam coenobii quondam addictus, iam inde ab anno MCCLVI. (niſi nobis imponat ſcriptor, qui ad calcem libri eodem charactere id monitum voluit) exaratus, adeoque vix vno

(*b*) Codices hos ſpectata temporis, quo exarati videntur ratione hunc in modum allegabimus: C. C. 1. i. e. *Codex Caeſareus primus.* C. C. 2. *Codex Caeſareus ſecundus.* C. V. *Codex Vniuerſitatis.* C. E. *Codex Eugenianus* & C. C. O. *Codices Caeſarei omnes.* Vtque notae noſtrae a Boehmerianis diſcerni poſſent, aliis eas literis excudi curauimus.

vno saeculo, postquam Gratianus opus illud ediderat, in membranis descriptus, iisdem tamen additamentis infartus, quae in vulgatis impressis GRATIANI exemplaribus leguntur. Idem in XII. aliis recentioribus MSCt. codicibus, saeculo XIV. compactis, obseruaui. Verum in aliis quinque exemplaribus, illo priori minus antiquis, nunc haec nunc illa passim desideraui; summamque lectionum varietatem in illis occurrere deprehendi. In duobus autem vetustissimis, incertae licet aetatis, omnia ferme additamenta illa abesse notaui, quae ab auctoris instituto nimis aliena conieceram: imo et nonnulla quaedam, quae ipsius GRATIANI esse antea non dubitaueram; atque haec demum exemplaria magis sincera, & GRATIANI autographo primo vnice conformia censeri debere, conclusi. Horum vnum in bibliotheca monasterii S. Blasii apud Vesontionem diu seruatum, nunc in suburbano amici praesulis musaeo positum, liberius & diligentius versare licuit, cuius sola inspectio, et cum vulgatis GRATIANI decretis comparatio, decisiuum, vt aiunt, pro ipsius operis interpolatione, suffragium ferre videtur; itaque codicem hunc describere hoc loco sufficiet, eiusque tenorem exponere, atque ab impressis discrimen notare, ad intentum nostrum euincendum. Si enim vel mille vetusta exemplaria vulgatis consona proferantur, vno duntaxat ab his dissentiente, ac proposito ipsius GRATIANI magis respondente praesumptio semper pro interpolatione stabit, quam in multa exemplaria librarii induxerint, non pro mutatione, tam apposite & ad rem facta amanuensibus in vno aut altero exemplari: cum id genus artifices proliziorem operam plerumque affectent prae breuiori, vt multiplicata foliorum scriptura laboris sui pretium augeatur. Membranis constat praelaudatus codex laeuigatissimis sed prae vetustate subpallidis; quadrata forma compactus est, ac ligneis bullatisque repagulis defensus. Chartarum non vtraque facies, sed prima cuiusuis paginae frons numero arabico distinguitur ad vsque 340. excurrente; verum recentiori atramento eiusmodi numeratio, posterius facta videtur. Primae capitum literae, nec non singulorum tituli minio eleganter rubricati sunt. Glossae nullae adiectae, sed purus GRATIANI textus perpetuo veluti filo deductus est, nullis paleis interspersus. Imo nec vlla expressa capitum numeratio ibidem occurrit, sed sola eorum distinctio maiusculam literam ab initio lineae habet collocatam.

§. LXXVI.

Hac externa descriptione operis praemissa, ad contentorum variationem expendendam progredior, quo manifesta fiat vulgati decreti interpolatio. Opto autem, vt, qui haec legerit, cum ipso GRATIANI opere impresso actu conferat loca mox alleganda.

Distinct. V. cap. cum enixa, deest: (*a*) nec vero facit ad auctoris propositum, qui immediate antea edixerat, puerperas non prohiberi, quo minus protinus a partu ingrediantur ecclesiam: id quod GREGORII Papae auctoritate comprobat, adducto statim *cap. si mulier. 2.*

In *Distinct. VI. capiti: testamentum. 1.* ex S. Gregorio Papa immediate subiungitur *cap. non est peccatum. 3.* ex Isidoro, quod eandem sententiam confirmat, omisso *cap. sed pensandum est 2.* quod ferme interrumpit tractationem susceptam, cum ad aliud spectet (*b*).

In *Distinct. IX.* deest *cap. imperatores. 1.* vsque ad verbum *quicunque*, & rursus a verbo: *nam & temporibus* vsque ad *capitis finem* deficiunt quae in vulgatis habentur (*c*).

In *Distinct. XII. cap. diuturni mores. 6.* inserta habetur parenthesis: *nisi legi sint aduersi* (*d*), quae ab *institutionibus* IVSTINIANI, & a correctis GRATIANI codicibus nunc temporis abest.

In *Distinct. XVII.* post *cap. Episcopos. 7.* subnectitur (*e*) *cap. placuit vt conseruato. 1.* qui in vulgatis ad *Dist. XVIII.* immerito transfertur, cum eandem contineat sententiam de praecedentia Episcoporum secundum ordinationis suae tempus, quam praedictus canon *Episcopos 7.* firmauerat. In alio tamen codice etiam ipsummet *cap. placuit vt conseruato 1. Distinct. XVIII.* praetermissum erat in vtraque distinctione (*f*) in aliis vt palea appositum legebatur.

In *Distinct. XVIII.* post *cap. placuit vt quotiescunque. 10.* immediate sequitur

IVST. HENNING. BOEHMERI, PROPRIAEQVAE ADNOTATIONES.

(*a*) Pariter deest in C. R. 1. qui est seculi XIII. vt palam fit, textum hunc interpolatum esse. *Abest etiam a C. C. 1. & 2. (in hoc tamen recentiori quadam manu ex sec. XIV. aut XV. cum nota: paleae, vt videtur, adscriptus) C. V. Est in C. E. sine not. pal.*

(*b*) Codices R. 1. & 3. habent hunc canonem iam seculo XIII. interpolatum, sed sine nota: paleae. *Est etiam in C. C. 1. (vbi in margine ab alia iterum manu adiecta not. pal.) Et in C. E. In C. tamen V. non legitur, vt C. 2. sed in hoc C. recent. man. cum not. paleae proinde. vt apparet, adscriptus.*

(*c*) Praeterea etiam desunt in C. R. 1. & 3., in C. R. 2. quidem adiecta, sed cum nota: palea, vt ad c. 1. notaui. *Desunt haec quoque cum c. iustum 2. in C. C. 1. & 2. (in quo isthaec a recent. manu adiecta) & in C. V. In C. E. autem extat.*

(*d*) Etiam haec verba addita reperi in C. R. 1. 3. & L. *ac in C. C.* quae in C. R. 2. omissa, vt credam ab ipso Gratiano ea fuisse adiecta.

(*e*) *Ita etiam in C. C. O.*

(*f*) Pariter omnes codices regii hoc capitulum omiserunt, vt certum fit, hoc ipsum paulo serius decreto adiectum & a paucis tantum retentum fuisse.

tur *cap. si quis autem.* 12. non admiſſo *cap. Episcopus non debet.* 11. (*a*) vtrique intruſo in vulgatis exemplaribus (*b*), quo quidem interrumpitur ſententia dictis duobus capitibus expreſſa; eiusdem tamen *canones intruſi* verba alias a GRATIANO adducta leguntur, & quidem loco magis opportuno, ſcilicet poſt *caput finale cauſſa* XVIII. *qu.* 2.

In eadem *Diſt. XVIII. cap. annis ſingulis.* 16. non habetur, (*c*) cuius vtique ſententia praedicto Canoni: *Episcopus non debet.* 11. contradicere videtur, vt vna palea aliam incendat.

In *Diſtinct. XXV.* abeſt *caput: qui in alind Saeculum* 5. (*d*) Idem tamen habetur loco magis proprio in *c.* 7. *circa f. Diſtinct. VII. de poenitentia* id eſt *Cauſa XXXIII. quaeſt.* 3. (*e*)

Ad *Diſtinct. XXVII.* non habetur *cap. nam ſi conſenſerimus.* 7. quod certe ad GRATIANI propoſitum nullatenus pertinet (*f*), cum illud de fictione in Sacramentis conferendis, aut ſuſcipiendis vitanda agat; auctor vero noſter de nuptiis interdictis foeminae, quae *ſanctimonialem* ſe finxerat, ſuperiori capite tractauerit, quam in ſuae religionis voto permanere decernit, in *ſequenti* vero *cap.* in ſacris ordinibus quoque conſtitutos ab vxoribus ducendis alienos, & ab inductis ſeparandos oſtendit.

In *Diſtinct. XXXI. cap. nam ſicut.* 5. non legitur (*g*): & vero ſuperfluit, cum eius ſententiam ante *capitulum Sacerdotibus: §. cauſa vero.* ipſemet GRATIANVS ſatis expreſſerit.

In *Diſtinct. XXXII. cap. multorum.* 2. deeſt, quod ſane intruſum fuiſſe patet; quia cum ex S. GREGORIO *ad Leonem Episcopum Cataunenſem* deſumptum ſit, & ſequens *caput: ſi vero.* 3. ex eodem GREGORIO ad Auguſtinum Anglorum

(*a*) *Eodem modo in C. C.* 1. *&* 2. *ac C. V. In C. C. tamen legitur.*

(*b*) Sed a Codicibus R. 1. & 3. abſunt, vt nouum interpolationis argumentum.

(*c*) In nullo codicum MSCt quoque habetur, quos conſului. *Confirmatur idem ex C. C. O.*

(*d*) *Eſt in C. C.* 2. *(addita tamen in margine not. p. ab alia manu, quae gloſſas ſcripſerat.) & C. V. & E. Deeſt in C. C.* 1.

(*e*) Deeſt pariter hic canon in C. R. 3.

(*f*) Hac de cauſa quoque illud ignorant C. R. 1. & 3. quod horum Codicum deſcriptores olim ſine dubio ex iuſſu peritorum illud omittere debuerint. *Idem eſt cum C. C.* 1. *In C. C.* 2. *legitur quidem initium h. c.* NAM SI CONSENSERIMVS *vſque ad* RITE OBSERVENTVR. *Reliqua recent manu ſub nota pa. adiecta. Integer eſt in C. V. ſed ab alia manu ex ſaeculo XV. vt videtur annexa nota pal. ac denique in C. E.*

(*g*) Et quidem recte, quia non eſt Gratiani, ſed interpolatoris, adeoque in C. R. 1. & 3. non deprehenditur. *Immo nec in C. C.* 1. *nec* 2. *(in quo recent. man. ſub not. pa. adiect.) nec in C. V. In C. E. plura hic interiiſſe folia intellexi.*

glorum Episcopum afferatur, cum rubrica: *Item Gregorius Augustino*, si canon ille praecessisset, instirui de more rubrica debuerat ad eundem canonis auctorem relata, nimirum: IDEM *Augustino* &c. vel *Item Augustino* &c. absque repetitione nominis GREGORII, vel cum adiuncto eiusdem (*a*).

In *Distinct. XXXIV.* duo *capita Episcopum. 2. & omnibus seruis. 3.* quae *de venatione* agunt, ecclesiasticis interdicta, absunt ab hoc exemplari (*b*): & vero verba immediate sequentia ipsius GRATIANI: *concubina autem hic ea intelligitur &c.* cum illis capitibus nullo pacto cohaerent, sed cum alio canone quem *ex Concilio Bituricensi* eorum capitum loco habet hic codex, & qui in vulgatis desideratur, nempe: *Presbyteri, & Diacones, & Subdiaconi, sicut lex canonum praecipit, neque vxores neque concubinas habeant* (*c*).

Item *in eadem Dist. XXXIV.* deest *caput*: *audite charissimi 6.* vbi concubinae vox alio iam sensu sumitur (*d*).

In *Dist. XXXV.* praetermissa *capita Venter. 5. & vinolentum. 6.* quae tamen in omnibus aliis legebantur (*e*).

In *Dist. XXXVII.* abest *capitulum*: *omnem vim. 6.* quod in tribus aliis codicibus margini adscriptum inueni (*f*).

In *Dist. XXXVIII.* desunt *capitula*: *locutio. 14.* & *ecclesiastica. 15.* (*g*) Spe-

(*a*) De eo minus dubito, quia itidem in C. R. 1. & 3. deest. *Quemadmodum etiam in C. C. 1. & C. V. Est tamen in C. C. 2. & E.*

(*b*) Prius capitulum pariter abest a C. R. 1. & 3. posterius vero in C. O. repertum, vtrumque vero ex Bernardi Papiensis compil. 1. c. 1. & 3. de cler. venat. adiectum, certo indicio, Gratianum hos textus non compilasse, qui, quae Gratiani sunt, non regustauit. *Absunt vtraque a C. C. 1. & 2. (vbi adiecta tamen vt paleae a recentiori manu) & a C. V. Sunt in C. E. Sed ab alia manu appositum pal.*

(*c*) Hunc textum Gratiani esse, ex illo codice, quem Braua prae oculis habuit, omnino suspicor, & nescio, quo fato factum fuerit, vt hic antiquioribus codicibus subtractus fuerit, qui tamen demum conspirat cum Gratiani verbis adductis, a quibus priora duo capitula plane abhorrent.

(*d*) Abest quoque hoc capitulum interpolatum a C. R. 1. & 3. *& a C. C. 1. & 2. ac V. Existit in C. E.*

(*e*) Ab vtroque codice praedicto haec quoque capitula desunt. *Quin etiam a C. C. 1. & 2. (quae cum c. 7.* LVXVRIAM FACIT *recentiori manu in priori quidem sine not. pal. in posteriori vero cum illa adnotat.) & a C. V. Reperitur in C. E. cum not. pal.*

(*f*) Pariter hoc capit. deest in C. R. 1. 3. & L. *atque in C. C. O. sed in C. C. 2. vt palea a recent. man. adscriptum.*

(*g*) Hos duos textus, cum praeced. c. 13. qui ne quidem notam paleae habet, ignorant C. R. 1. & 3. *Item C. C. O. sed in C. C. 2. illi vt paleae suppleti a recent. manu.*

Speciatim vero haec, & praecedentium aliqua, & sequentium nonnulla notare placuit, quamuis iam vniuersim in nostro hoc codice nullas paleas inueniri praemiserim. Nam quandoque capita quaedam, quae in vulgatis *paleae* nomine recensentur, hic inserta vidi, suppresso tamen *paleae* vocabulo (*a*); vt *cap. placuit vt conseruato.* Sub finem *Distinct. XVII.* quod nunc sub initium *Distinct. XVIII.* legitur & *Dist. XXXII. cap. hospitiolum 17.* & *dist. XLII. cap. Oratorium. 6.* (*b*)

In *Dist. XLIV.* non leguntur *capita: nullus Presbyterorum. 7. quando autem. 8. & quando Presbyteri. 9.* In duobus vero aliis codicibus ad inferiorem paginae marginem scripta sunt (*c*).

In *Distinct. L.* desideratur capitulum *Ioannes Chrysostomus. 13.* Quod pertinet ad restitutionem Episcoporum post iniustam depositionis eorum sententiam (*d*): neque adeo facit ad GRATIANI propositum, de lapsis post poenitentiam in ordine suo reparandis aut ad maiores gradus promouendis, de quibus auctor loquebatur, idem sequenti *cap. ponderet. 14.* ex CALIXTO Papa, aliisque deinceps sequentibus canonibus optime confirmans.

Item *in eadem Distinctione* desunt *c. bene valet. 23. c. sacerdos quidem. 24. c. qui vero. 40.* & *c. si quis homicidium, 41.* cum canone seu potius lege: *qui saccum. 45.* euidentius intrusa (*e*), cum de furto tractet, omnino extra locum, si quidem praecedentia & subsequentia *capitula de homicidio voluntario*, vel *inuoluntario* agunt, & repetitio tituli: *de eodem* eiusdem materiae prosequutionem indicat.

Simili-

(*a*) Idem obseruaui passim in C. MSCtis (*qua de re & nos paulo superius pluribus diximus, dum de paleis agendi locus erat.*) Nam cit. c. 17. Dist. XXXII. notam palea in nullo codicum habet; immo in C. R. 1. optimo in ima marginis parte legitur, quod euidens signum interpolationis est.

(*b*) Nec hoc capitulum habent C. R. 1. & 3. *nec C. C.* 1. *&* 2. *cum C. V. (quorum tamen prior & posterior etiam sequens c. in orat. 7. omiserunt,) in quibus & c. hospitiol. praetermissum, ab alia tamen manu additum. Haec omnia tria habet C. E.*

(*c*) Haec quoque capitula desunt in C. R. 1. & 3. *& in C. C.* 1. *&* 2. *(in quo tamen c.* 8. *&* 9. *recent. man. adiect.) & C. V. Sunt in C. E. sed addita palea ab alia manu.*

(*d*) Codex regius 1. hoc quoque capitulum ignorat, ab imperita manu adiectum. *Idem omnino obseruatur in C. C.* 1. *&* 2. *ac V. In C. E. legitur.*

(*e*) Priores quatuor canones intrusos esse, demonstrant C. R. 1. & 3. qui eos non habent, *vt etiam C. C.* 1. *&* 2. *(sed in illo ab aliena manu adiecti) & C. V. Habet eos C. E.* Legem in c. 45. relatam omnes codices quidem referunt, *quemadmodum & C. C. O.* nec in edit. vulg. nomen paleae habet, sed manifeste extra oleas vagatur, & hinc interpolata iam seculo XIII. fuit

Similiter *in cap. hi qui altario, 52. eiusdem distinctionis* paragraphus: *quod si iterum*, vsque ad ipsius canonis finem, in hoc nostro codice non habetur (*a*).

In *Dist. LIV.* absunt *c. magnus Episcopus. 3. c. de seruorum. 6. c. de rebus vero. 8. c. si quilibet. 16. & c. et si iudaeorum. 17. ac c. praesenti concilio. 18.* quae tria postrema de iudaeorum conuersione euidenter adiecta probantur, ex quo sequens capitulum: *de eodem* inscribitur, cum *de seruis non ordinandis* agat, materiam vtique prosequens capitis praecedentis: *fraternitatem. 15.* (*b*)

In *Dist. LVI.* abest *c. Osius Papa. 2.* vsque ad verba: *Felix enim tertius* (*c*), vbi patet particulam: *enim* rationem reddere verborum praecedentium GRATIANI, quod etiam presbyterorum filii summi sacerdotes fieri possunt, adeoque ipsis GRATIANI verbis immediate subiungi debere illam capituli partem, vt in nostro codice habetur, non velut distinctum canonem ex DAMASO productum.

In *Distinct. LXI.* deficit *c. in ordinatione. 14.* (*d*)

In *Dist. LXIII.* vacant *c. inter nos, 31.* & *c. constitutio primi Henrici 32.* (*e*)

In *Dist. LXXV. c. quando & vbi. 6.* in nostro codice non occurrit (*f*).

Neque in *Dist. LXXVIII. c. nemo presbyter, 2.* legitur (*g*).

Nec in *Dist. LXXXI. cap. sed si forte. 21.* & *si quis piam. 22.* habentur (*h*). Simi-

(*a*) Desunt quoque haec verba a C. R. 1. & 3. & Fontanini edit. *quin etiam a C. 1. & 2. (in quo a diuersa iterum manu haec adscripta cum not. p.) & a C. V.* C. R. 2. quidem ea habet, sed cum nota palea. *Et C. E. sed sine nota.*

(*b*) Hos omnes textus vt interpolatos omiserunt quoque C. R. 1. & 3, qui integerrimam Gratiani compilationem adhuc vt plurimum referunt, eo maiori in pretio habendi. *Idem est in C. C. 1. & 2. (in hoc quidem omnes excepto c. 6. aut cum not. pa. aut p. v. p. annexi) & C. V. Eos vero habet C. E. cum not. pal. a recent. manu.*

(*c*) Desunt etiam haec verba praecedentia a C. R. I. & perspicuum est, Gratianum sequentia verba cum propositione sua antea allata connectere voluisse. *Neque leguntur haec ipsa in C. C. 1. & V. bene autem in C. C. 2. & E. sed cum not. pa. ab alia manu.*

(*d*) Hoc caput pariter ignorant C. R. O. & L. *& C. C. O.*

(*e*) Haec quoque capitula desunt ab omnibus quatuor codicibus. *Extant in C. C. O. Sed in C. C. 2. margine additum ab alia manu p.*

(*f*) Pariter nec occurrit in C. R. 1. & 3. *nec in C. C. 1. & 2. nec V. Sed C. E. eos habet.*

(*g*) Adeoque nec legitur in C. R. 1. & 3. *nec in C. C. 1. nec 2. (qui adscript. habet recent. man.)* quia interpolatum est. *Occurrit in C. V. & E. in priori quidem cum not. pal. ab alia manu.*

(*h*) Nec etiam habentur in vtroque cod. praedicto, *nec in C. C. 1. & 2. ac V. in quibus omnibus a recent. man. istis can. not. pal. affixa. In C. E. plurima hic desunt folia.*

Similiter in *Dist. LXXXVIII. capitula: eiiciens dominus. 11.* & *quoniam non cognoui. 12.* desiderantur (*a*).

In *Dist. XCI. cap. Presbyter mane. 2.* itidem vacat (*b*).

In *Distinctione* demum *XCVI. absunt capitula: Constantinus Imp. coronam. 13.* & *Constantinus Imp. quarta die 14.* (*c*)

§. LXXVI.

Haec in *prima parte decreti* notaui: ad *secundam* progredior, in qua statim *Causa I. qu. I.* deficere video in praelaudato nostro exemplari (*a*) capitula: *si presbyter. 60. Arianos. 73. iubemus. 126. in eum. 127. concussionis. 128. lege Iulia. 129.* & *eadem lege. 130.* Quae postrema quinque capitula ne quidem ad materiam pertinent ibi a GRATIANO discussam, de gratuita ecclesiasticorum ordinatione, cum de sententia venali, de testimonio coempto, de pecunia extorta per comminationem accusationis, de repetundis ac similibus agant haec adiecta capitula ex ciuilibus IVSTINIANI legibus deprompta (*b*), qua, vero similius est, a GRATIANO ignoratas fuisse (*c*) cum supra *Distinctionibus* I. II. III. & VI. *de legibus* ac *legislatoribus* differens, IVSTINIANI iura nusquam commemorat, sed solum *Theodosianum codicem* laudet. In duobus tamen aliis MSCt. codicibus antiquis solum cap. *Iubemus. 126.* in margine notatum vidi, ex codice tamen Theodosiano, vbi re ipsa hoc edictum occurrit *lib. IX. tit. 27. ad leg. Iul. repetundarum l. 6.*

Eadem

(*a*) Desiderantur quoque in C. R. 1. & 3. cum c. 13. *&* *in C. C.* 1. *&* *V.* quod a BRAVA omissum, certo indicio, illud ipsius codici insertum fuisse, quamuis Gratiani non sit, adeoque etiam in C. R. 2. & L. notam paleae habet. *Leguntur autem in C. C.* 2. *sine omni nota.*

(*b*) Deest etiam in C. R. 1. & 3. *sicut & in C. C.* 1. *&* 2. (*in quo adscript. cum not. p.*) *ac in C. V.*

(*c*) Prius capitulum in vtroque: posterius tantum in C. R. 2. deest, in C. R. 3. tantum pars quaedam refertur. *In C. C.* 1. *&* 2. (*in hoc tamen recent. man. annexum cum not. p.*) *ac C. V. vtrumque deest. Est tamen in C. E.*

(*a*) Etiam c. 60. in C. R. 1. & 3. omissum, *quemadmodum & in C. C.* 1. *&* 2. (*cui additum tamen in margine sub not. p.*) *&* C. V. Reliqua autem relata sunt, *in* C. C. O. quamuis interpolationis suspicione non careant, quia ab initio forsan quaedam supplementa adiecta, paulo serius aucta.

(*b*) Et a quodam iuris Romani perito superaddita, qui canones sine legibus ciuilibus frigere censuit.

(*c*) Non tam ignoratae fuerunt, quia eo tempore, quo systema suum compilauit Gratianus, ius Iustinianeum iam Bononiae magno cum feruore explicatum est, sed magis neglectae in inuidiam ICtorum quorum aemulatione ex Bernardi consilio, opus suum conscripsit.

Eadem *Causa quaest. 2. c. nullus. 3.* desinit in verbo *praesumat* caeteris vsque ad finem capitis praetermissis (*a*).

In *quaest. 4. eiusdem Causae* deest *c. crimen 6.* (*b*) & post *cap. turbatur. 12.* in verbis a GRATIANO subiunctis deficit §. *item ignorantia iuris* cum reliquis omnibus, & inserto capite paleari: *si quis in tantam. 13.* (*c*) ita vt post diuisionem ignorantiae iuris & facti, & subdiuisionem ignorantiae facti, quod quis scire tenetur, & eius quod non oportet scire, statim sequantur verba illa GRATIANI: *in hoc autem non fuit ignorantia iuris, sed facti, quod non oportuit eum scire* &c. absque inserta digressione de ignorantia iuris naturalis, aut ciuilis quae connexionem verborum GRATIANI, citra propositum, interrumpit (*d*).

Item *quaest. 7. eiusdem Causae* desunt *capita: cauendum est. 3.* & *sancimus. 26.* quod postremum ex lege nullatenus ad simoniam, de qua ibi est sermo, pertinente deducitur (*e*).

In *Causa II. quaest. 1.* deest caput: *prohibentur accusare. 14.* quod a proposito quaestionis recedit; vnde parum apposite subiungeret GRATIANVS: *his omnibus auctoritatibus datur intelligi, quod nullus est condemnandus, nisi iudicio ordinabiliter habito, aut conuincatur, aut reum se ipse confiteatur;* cum leges ibidem adductae id non importent, sed tantum insinuent, quinam ab accusatoris officio sint remouendi (*f*).

In *quaestione 3. eiusdem Causae secundae* finis illi imponitur per capitulum: *si quem poenituerit. 8.* toto subsequenti paragrapho: *notandum quoque*, vsque ad finem

(*a*) *Ita est in* C. C. 2. imo in C. R. 1. & 3. hoc capitulum plane non refertur. *Quemadmodum & in* C. C. 1. *& V. Integrum est in* C. E.

(*b*) Habent hunc textum omnes codices, sed C. R. 2. adscripta est nota: palea. *In* C. C. 2. *&* C. E. *nulla inuenitur nota.* C. C. *autem* 1. *eum prorsus non habet, sed in margine positum recentiori manu:* DEFICIT *VI. Item neque est in* C. V.

(*c*) Nec C. R. 1. agnoscit hoc capitulum, atque C. R. 2. & 3. tantum referunt verba initialia: si quis in tantum, praetereaque nihil. *Quod vltimum in* C. C. 2. *& V. obseruatum. In* C. C. 1. *& E. totum legitur.*

(*d*) In C. R. 1. post c. 12. Gratiani vltima verba: nam si putat, tantum deficiunt. (*quod autem in nullo Codd. deprehendi.*) Vt ex his, quae dictis Gratiani adiecta, mira turbatio inducta sit post c. turbatur. 12.

(*e*) Prius cap. 3. ignorant C. R. 1. & 3. *&* C. C. 1. *V. &* E. C. *autem* C. 2. *illud refert, vbi alia adiect. man. pal.* Posterius 36. vero omnes codices habent, *sicut &* C. C. O. ex codice Iustiniani probabiliter superadditum, ob rationem n. 34. & 35. indicatam.

(*f*) Gratianus hunc textum ex pannormia, quae illum habet, adiicere potuit, a quibus textibus compilationem Gratiani forsan quidam purgauit, ex intempestiuo zelo contra ius ciuile quod & indicat n. sq. *Habent hunc* C. C. O.

finem praetermisso (a), vbi de accusatoris, calumniatoris, praeuaricatoris &c. discrimine ex iure ciuili agitur; cum quaestio proposita esset, qua poena afficiendi sint secundum canones, qui in accusatione deficiunt.

Post *tertiam* quaestionem *quarta* ex ordine sequitur, deinde *quinta*, non autem, vt in vulgatis exemplaribus, inuerso ordine quinta interponitur tertiae & quartae (b).

In ipsa *quaestione 5.* desunt capitula: *accusatum simoniacum. 14. nobilis homo, 15. & quoties frater. 17.* (c).

Ad *sextam quaestionem* eiusdem *Causae* praetermissa inuenis (d) capita: *appellantem. 2. Ideo 17. habita 23.* item paragraphum: *praemissis auctoritatibus* cum sequenti capite: *anteriorum legum. 28.* (e).

Rursus in rubrica praecedente c. *Biduum 29. eiusdem quaestionis* citatur immediate VLPIANVS Lib. I. *de appellationibus* quemadmodum & in alia rubrica ante *cap. non solent 30.* idem VLPIANVS Lib. 29. *ad edictum* laudatur, vti & SCÆVOLAE, MARTIANI, & MARCI testimonia ex eorum libris infra citantur, nec non VLPIANI *Lib. 4. de appellat.* absque mentione tituli digestorum (f).

Denique vltimum quaestionis huius capitulum est: *si quando 40.* caeteris praetermissis, (g) quae ex variis legibus codicis, vsque ad finem in vulgatis decretis

(a) Quia haec paragraphus ex Iure Romano desumta est, confirmor in ea sententia, eam interpolatam esse. *Legitur autem in* C. C. O.

(b) *Quaest. V. quemadmodum in vulgatis editt. ita etiam in C. C. O. IV. loco posita legitur, licet reipsa V. sit, ac proinde loco in congruo collocata existat. Mutati autem sunt numeri in nostris Codd. recent. manu.*

(c) In C. R. 1. & 3. deest etiam c. 14. cum sq. & c. 17. in omnibus. *Prout etiam in C. C. 1. V. & E. C. vero C. 2. prius c. 14. exhibet, reliqua posteriori manu adscripta cum not. p. p.*

(d) Rursus c. 2. & 23. in omnibus nostris cod. omissum recitato tantum c. 17. ante 16. relato. *Praetermissi etiam can. 2. & 23. in C. C. O. (ac in C. quidem 2. additi a recent. manu.) Reliqua vero in omnibus leguntur.*

(e) Haec verba Gratiani in codice a Braua laudato rursus expuncta sunt, quod is suam sententiam iuris ciuilis auctoritate probauerit, quod indignum quibusdam forsan visum fuit.

(f) In C. R. omnibus c. 29. cum priori iunctum legitur, sicut c. 31. cum praecedente, quia nostri codices, *quemadmodum & C. C. O.* quaeuis iuris Romani capita habent, quae tamen generatim interpolata credenda, quia magis sua magister habet ex codice Theodosiano more veterum collectorum.

(g) Plura hic omissa video in cod. Brauiano, *minime autem in* C. C. O. quod fontes iuris ciuilis spirent a Gratiano omissos.

cretis impressa sunt: quanquam ex *codice Theodosiano* easdem aut ferme similes leges aliud exemplar, probae antiquitatis hoc loco citabat (*a*).

In *quaestione 8.* quaecunque capiti finali: *perscripta. 5.* adiiciuntur, *a §. quae vero sit forma accusationis.* ad finem vsque, in codice nostro desiderantur (*b*).

Quaestio 3. *Causa III.* in capite: *induciae non modicae. 3.* terminatur reiecto alio *capite: induciae accusatis. 4.* cum caeteris, quae subsequuntur (*c*).

In *quaestione 5.* eiusdem Causae abest capitulum: *nulli Episcoporum. 14.* (*d*)

In *quaestione* autem 7. occurrit *caput*: *infamis persona. 1.* ex Romana synodo, cui statim subiungitur: *idem testatur Felix Papa, & iisdem verbis* &c. praetermissis omnibus, quae ex variarum legum ciuilium consarcinatione in *c. infames non possunt. 2.* producuntur, quibus non quadrat subiecta GRATIANI sententia (*e*), quod idem, & iisdem verbis, Felix Papa testetur.

In eiusdem *Causae III. quaest. 9.* abest c. *nec extra propriam 7.* in duobus tamen codicibus illud margini adscriptum reperi (*f*). Item post cap *absent. 18.* deest §. *nisi in crimine iniuriarum*, qui in alio codice pariter, ad instar *glossae* margini adscribitur (*g*).

In *quaest. vndecima* ipsius Causae a *§. Aliquando enim criminalis*, vsque ad finem omnia sunt praetermissa (*h*)

In *Causa IV. qu. 2. & 3.* aliud manifestae interpolationis indicium recurrit; nam cum in nostro exemplari post cap. *testes autem. 1.* eiusque postrema verba:

(*a*) Ex qu. 7. nullum monitum habet Braua, cuius c. 7. tamen in nullo C. R. extat vti neque in C. C. 1. V. aut E. c. 26. autem ex nouellis haustum tantum in C. R. 1. omissum est, *Ita quidem in* C. C. 1. *&* 2. (*in quo etiam c. 7. existit*) C. *V. & E. minime hic c. 26. cum sit ex iure ciuili desumptus, desideratur.* Et dictum Grat. sequens cum praecedente mox iungitur.

(*b*) Non alia de causa, quam quod haec ex iure ciuili addita.

(*c*) Pariter ab omnibus C. R. deest c. 4. & §. 7. ex dicto Gratiani, quae in plerisque cod. ant. deficit. *Haec omnia absunt a* C. C. 1. *& 2. & a* C. *V. ac E. in quibus duobus vltimis* §. *haec legitur.*

(*d*) Omiserunt etiam hunc canonem C. R. 1. & 3. *Vt &* C. V. *Est in* C. C. 1. (*vbi additum in margine a recent. man. palea est*) *&* C. 2. *ac E.*

(*e*) Tunc vero recte quadrat sententia magistri, si ad exemplum optimi C. R. 1. lex adducta praemittitur canoni 1.

(*f*) Omiserunt etiam hunc textum interpolatum C. R. 1. & 3. *Item C. C.* 1. *&* 2. (*in quo recentiori manu cum not. p. adiectus*) *& C. V. In C. vero E. plura hic desunt folia.*

(*g*) Sed C. O. *cum quibus C. C. O. praeter E. qui mancus est, consentiunt*, etiam haec verba Gratiani habent, quamuis magis glossema esse videantur.

(*h*) Quia ex iure ciuili depromta erant, quae auctor cod. Brauiani, vt superaddita reiecit.

verba: *ad testimonium autem infra annos quatuordecim aetatis suae non admittantur;* statim sequatur obiectio facti huic decreto contrarii, videlicet: *sed obiicitur illud Beati Bricii, qui voce pueri triginta dies ab ortu habentis, innocens probatus est,* cum eius solutione, ex quo nimirum ab *extraordinariis* casibus regula non sit desumenda, praesertim quia miracula diuina sunt admiranda, non in exemplum humanae actionis trahenda: vulgata exemplaria dicto primo capitulo, & obiectioni ad illud consequenti bina alia capita inserunt, *placuit.* 2. & *si testes.* 3. illud quidem ex concilio MATICENSI per modum paleae, hoc vero valde prolixum, ex innumeris pene digestorum, & codicis legibus coalescens, quae ad propositam quaestionem non pertinent, nec obiectionem illam ipsis subiunctam patiuntur. Veram autem, & genuinam scriptoris mentem fuisse, vt vno eodemque illo *capitulo: testes autem. I.* vtraque illa quaestio secunda & tertia, simul definiretur, ex prologo ipso manifeste deducitur: vbi ait: *secunda autem, & tertia quaestio eodem concilio Carthaginensi septimo vno eodemque capitulo quarto terminantur.* Vnde patet, arbitrarie inserta fuisse, (*a*). quaecunque praeter vnum illud capitulum: *testes autem. I.* hoc loco adiecta sunt; finge enim quantumuis, & inepti iudicii scriptorem nostrum fuisse, nunquam persuadebis, quod postquam proposuit, *vno capitulo* duas simul quaestiones terminandas, plures nihilominus canones, & innumeras leges caesareas ibidem agglomerare voluerit

In *quaest.* 4. *eiusdem causae paragraphus: vt codice lib. 9.* in nostro exemplari non legitur: nec sane ad rem faciunt, quae ibi proponuntur: sed per modum *glossae* in quibusdam codicibus adiecta haec habentur (*b*).

Similiter *Causa V. quaest.* 1. deest paragraphus, capitulo finali: *si qui inuenti.* 3. subiectus, nempe: *item codice* &c. quem in alterius exemplaris margine appositum reperi extra textum auctoris. (*c*)

Rursus *quaest.* 3 *eiusdem Causae* post capit. *si aegrotans. I.* non legitur §. *codicis lib. 9.* sed immediate subditur: *ecce quod Episcopus impeditus* &c. quae verba vtique non ad legem codicis ibi intrusam, sed ad canonem Romanae synodi supra allatum, referuntur (*d*).

(*a*) Adeoque c. 2. in C. R. 1. & 3. omissum, *vt & in C. C.* 1. *& V. In C. C. vero* 2. *istud reperitur,* & in C. R. 2. margini adscriptum; sed interpolationes ex iure ciuili habent omnes quatuor codices, quae idoneo & optimo argumento pro talibus merito a Braua habentur.

(*b*) Hoc dictum Gratiani agnoscunt C. O. *prout & nostri,* quod cum praecedente §. nam inscriptio cohaeret, adeoque etiam expungenda fuisset, sicut etiam deest in C. R. 1. *&* C. C. 1. (*addita ab alia manu*) *&* C. V.

(*c*) Sed etiam hoc dictum Gratiano tributum, omnes codd. *vt & nostri* habent, quod praecedentem textum illustrat.

(*d*) Falso haec verba interpolata magistro tributa fuisse, euidens ratio hic adducta euincit, vtut omnes codices ea habeant, *cum quibus etiam nostri consentiunt.*

In *quaest. 6.* capiti: *quia iuxta.* 3. immediate subditur cap. *epiphanium.* 4. absque interpositis paragraphis: *codice lib. 1. et Presbyteri, seu Diaconi*, quanquam in alio exemplari haec ipsa in margine adscripta erant, velut ex *codice Theodosiano* desumpta (*a*).

In *Causa VI. quaest. 1.* post capit. *quaero. 21.* deest §. *haec licet ratione*, cum capitulis: *si quis. 22. et nullus. 23.* quae in vulgatis habentur: sed in alio codice eadem ex THEODOSII legibus, non ex IVSTINIANI collectione laudantur. (*b*).

Pariter *quaest. 5.* deficit *cap. accusator. 2. cum paragrapho* illi antepositaː et vero quae GRATIANVS subdit: *hoc autem seruandum est, quando reum publica fama non vexat; tunc enim auctoritate eiusdem* GREGORII &c. melius cohaerent primo capitulo ex ipsius GREGORII auctoritate desumpto, quam legi *accusator* ex *cod. de probationib.* huc intrusae (*c*).

In *Causa VIII. quaest. I.* deficit c. *vnde ipse Clemens. 2.* (*d*).

In *Causa IX. quaest. 1.* absunt *capitula*: *excommunicati. 2. et per illicitam 3.* (*e*).

Nec non ibidem *quaest.* 2. deest *c. placuit. 2.* (*f*).

Item *Causa X. quaest. 2* non habetur *cap ea enim. 2.* (*g*) cum noua constitutione, *hoc ius*; et capitulis *huiusmodi. 3. et praecariae de quinquennio. 5.* ac *de precariis. 6.* (*h*).

Causa

(*a*) Etiam hoc iudicium probo, duas has paragraphos instar glossematis Gratiano fuisse adiectas. *Leguntur autem in* C. C. O.

(*b*) Haec omnia quidem in quatuor cod. *quemadmodum & nostris quatuor* habentur, sed in regiis vtrumque capitulum cum praecedentibus verbis Gratiani iunctum reperitur.

(*c*) Imo etiam verba magistri adducta etiam cum lege adducta conueniunt, quam expungendam censuit codex Brauianus. *Reperiuntur haec omnia in* C. C. O. *sed in* C. C. 1. *c.* 2. *ante princip. Q. V.* QVOD AVTEM *positus.*

(*d*) Nec in C. R. 1. 2. & L. *aut* C. C. O. deprehenditur; in C. R. 3. quidam extat, sed sine glossa, quod etiam argumentum interpolationis est.

(*e*) Pariter vtrumque capitulum deest in C. O. & C. C. O.

(*f*) Nec in C. R. 1. & 3. *nec in* C. C. *praeter* C. 2. *habetur.*

(*g*) Habetur quidem in C. O. sed cum priori vt appendix iunctum reperitur; constitutio autem noua etiam adiecta, quam codex Brauianus omisit. *in C. C.* 1. & 2. *post verba c.* 1. ALIENARE PRAESVMAT, *statim sequitur*, QVOD SI NECESSITAS, *quod alias in vulgatis c.* 3. §. 2. *legitur, vsque ad finem. Istud excipit dictum Gratiani alias ad c.* 1. *relatum, & postea c.* 2. *cum constit. nou. C. V. consentit cum vulgatis.*

(*h*) *In* C. R. 1. & 3. tantum prima pars refertur, sed c. 5. & 6. etiam plane deficiunt. *Idem in* C. C. 1. & C. V. *Extant haec in C. C.* 2. & *E. cum prima quidem tantum parte c.* 3.

Causa quoque XI. *quaest. 1. capitula: nullus Clericus alium. 6. et quaecunque. 7.* desiderantur (*a*).

Ibidem *quaest. 3. capita qui vero. 38. et ridiculum. 45.* non leguntur (*b*).

Causa XII. quaest. 2. capitula: sancimus. 31. et *iniustum. 55.* item §. *libertas enim*, cum capitulis: *quaestionum. 59.* et *insolitum. 60.* pariter absunt, et merito (*c*); cum enim huic capiti GRATIANVS subdat: *vnde in eodem concilio Toletano* etc. quis non videat, praecedens immediate capitulum ex ipsomet *Toletano concilio* desumi debuisse, adeoque verba illa appellare c. *Episcopus qui mancipium.* 58. illique ab auctore subiungi absque aliis intermediis capitulis & ciuili iure desumptis?

Causa XIII. quaest. 2. desunt pariter *capitula: fures et latrones. 31. et si fur aut latro. 32.* (*d*).

Idem *causa XIV. quaest. 5.* deest *capitulum: rapinam emere 5.* (*e*).

Pariformiter *causa XV. quaest. 1. c. illud relatum. 2.* desideratur. (*f*).

Et *qu. 3.* eiusdem Causae loco *c. de crimine 1.* ex codice IVSTINIANI, citatur *lex 3. lib. 9. Cod. Theodos. de accus.* quae est CONSTANTINI Imperatoris ad Agricolanum: cum ius euidens, atque manifestum sit, vt intendendi criminis publici facultatem non nisi ex certis causis mulieres habeant, hoc est, si suam, suorumque iniuriam persequantur, obseruari antiquitus statuta oportet; neque enim fas est, vt passim mulieribus accusandi permissa facultas sit: alioquin in publicis olim quaestionibus interdum aut admissa probatio est, aut accusan-

(*a*) Desunt etiam hi duo textus in C. R. 1. & 3. sed in iisdem quoque omissus est c. 2. qui notam paleae habet, quem codex Brauianus non praetermisisse videtur. *Quod idem obseruandum cum C. C.* 1. *& V. Reperiuntur quidem in* C. C. 2. (*sed ab alia, vt videtur, manu adiect. not. p.*) *& C. E.*

(*b*) Vterque canon etiam abest a C. R. 1. & 3. *vt & a* C. C. 1. *V. & E.* posterior etiam a L. *In* C. C. 2. *prior tantum, sed adiectus ab alia manu.*

(*c*) In C. R. 1. & 3. pariter quidem omissi c. 31. & c. 55. sed c. 59. & c. 60. adsunt, nec rubrica c. 61. seq. concepta est: vnde in eodem concilio, sed simpliciter: vnde in concilio Tolesano IV. quo ipso ratio a Braua adducta nihil probat, nec praecise c. 61. cum c. 58. coassari debet. *In* C. C. 1. *omnes praeter c.* 31. (*qui autem in margine additus cum not. pal.*) *&* 55. *extant. Et in* C. C. 2. *praeter c.* 55. (*qui a recentiori manu sub not. p. adiectus*) *& C. V. ac E. omnes leguntur.*

(*d*) Neque etiam hi duo canones in C. R. 1. & 3. extant, quia c. 31. insertus est ex Bernardi comp. I. & quidem ex c. 4. de furt. *Idem est in C. C.* 1. *&* 2. (*in quo annexi cum not. p. p.*) *& C. V.*

(*e*) Non tantum hic canon, sed etiam praecedens omissus in C. O. *Item in C. C.* 1. *&* 2. (*in quo vt pal. adscripti*) *& C. V.*

(*f*) Cum priori iungitur in C. O. *Item in* C. C. 1. *&* 2. (*separatur in* C. *V.*) sed magis per interpolationem.

cuſantis auctoritas. Sed quia in IVSTINIANI codice haec lex non inueniebatur, ſubrogata fuit ab interpolatore altera eiusdem ſententiae lex DIOCLETIANI *de crimine*, cum tot aliis legibus ex *digeſtorum corpore* deductis, quae a noſtro exemplari abſunt. (*a*). Habetur tantum hic PAPINIANI ſententia ex lib. 2. *reſponſor.* immediate citata: *in quaeſtionibus laeſae Maieſtatis etiam mulieres audiuntur*, cum addito §. *coniurationem*, ſed abſque ſubiecto capitulo: *ſane quisquis.* 4. *ex l. ſi quemquam C. de epiſc. et cler.* deriuato.

Cauſa vero *XVI. qu. 1.* deficit capitulum: *generaliter ſancimus.* 40. cum reliquis legibus ex codice ibidem coaceruatis (*b*) circa exemptionem monachorum, de qua non diſſerebat ibi GRATIANVS; imo eius verba, quae ſtatim ſubiungit: *hoc idem datur intelligi de verbis beati* SYLVESTRI etc. & *oſtendit ergo* HIERONYMVS, *quod ſimpliciter monachis nihil liceat agere* &c. manifeſte oſtendunt GRATIANVM hoc loco eandem ſententiam continuare, quam in verbis, harum legum allegationem praecedentibus, exponebat, ad explicationem cuiusdam dicti S. HIERONYMI, quod ſibi antea obiecerat: adeoque patet, verba eiusmodi cohaerere verbis ante ipſum *caput: generaliter ſancimus.* 40. poſitis, indeque dictum capitulum, cum adnexis legibus, penitus intruſum fuiſſe, quod GRATIANI ſententiam manifeſte interrumpit.

(*c*) *Eadem cauſa XVI. qu. 2. deſunt* (*d*) *capita; admonemus. 2. praecipimus. 3. nullus decimas. 4. nam qui Deo. 5.* ibidemque ſuccedunt ex ordine tertia et quarta quaeſtio, non vero quinta, quae in vulgatis ante has praepoſtere collocatur. (*e*).

Cauſa XVII. qu. 4. praetermiſſa video capitula: *ſi quis eccleſiam. 14. pecunia eccleſiaſtica. 16. ſi quis clericus. 17. qui presbyterorum. 24. vt presbyteri. 25. omnes presbyteri. 26.* et c. *hanc ergo. 42.* (*f*)

Pari-

(*a*) *Minime autem a noſtris codd.* In C. R. 1. & 3. tria priora capitula ſine vlla diſtinctione leguntur coniunctim poſita, nec c. 4. deeſt, vt fere dubitem, vtrum coniectura Brauae aſſenſum mereatur, praeſertim cum dictis magiſtri textus quatuor litigioſi reſpondeant.

(*b*) *Nullatenus autem in* C. C. O.

(*c*) Obſeruatio haec omnino probanda, quia Gratiani dicta rectius cohaerent, ſi c. 40. expungitur, vt intercalaris textus.

(*d*) Praeterea quoque deſunt haec quatuor capitula ab O. C. vt intruſa. *Quemadmodum & a* C. C. 1. *& V. Sunt autem hi quatuor can. in* C. C. 2. *ſed addita ab alia manu in margine nota paleae.*

(*e*) Adhuc ordinatior, meliorque diſpoſitio eſt in C. R. 1. vt in nota 71. ibidem ſubiecta monſtraui. Atque ita palam eſt, ordinem turbatum deſcriptoribus deberi. C. C. 1. *& V. conſentit cum vulgatis. In* C. C. 2. *quidem numeris ab alia manu mutatis ſequitur ordine quaeſt.* 3. 4. *&* 5. *Sed materia quae tractatur numeris minime correſpondet.*

(*f*) Sex priores textus abſunt ab O. C. vnde palam eſt, eos eſſe recentioris interpo-

Pariter in *causa XIX. quaest. 3.* omittuntur capitula: *si qua mulier. 9. et non liceat. 10.* (*a*)

Ad *causam XX. qu. 1.* vacat *capitulum*: *infans pro infante. 7.* (*b*)

In *causa XXI. qu. 3.* deest *cap. peruenit. 1.* manifeste intrusum, (*c*) quia supra GRATIANVS dixerat, auctoritate Carthaginensis concilii probari sententiam ab illo propositam, quibus verbis apte subiungitur sequens *c. credo placere. 2.* ex Carthaginensi concilio reipsa desumptum: inepte vero iisdem cohaeret *caput* illud *peruenit. 1.* quod ex concilio *Chalcedonensi* deducitur, & quod aliunde etiam superflue repetitur cum supra dist. LXXXVI. cap. finali adductum iam esset.

Causa XXIII. qu. 5. deest *capitulum*, seu potius paragraphus GRATIANO tributus in quibusdam codicibus: *hoc tamen intelligendum est. 5.* (*d*)

Eadem causa qu. 8. omissum video *capitulum*: *non pila quaeruntur. 3.* (*e*)

Causa XXIV. qu. 3. in cap. de illicita. 6. citatur ex concilio PARISIENSI nouella IVSTINIANI constitutio numero 128. quae nunc 123. numeratur, capite 351. Qui tam magnus numerus indicat, non in libros, seu tantum in capita, continuato ex vna in aliam constitutionem capitum numero, diuisas tunc fuisse has imperatorias sanctiones (*f*).

Causa XXV. qu. 2. deest cap. *nec damnosa. 14.* (*g*) cuius loco habetur lex THEO-

terpolationis, cum C. R. 2. cum L. textus paleae nota designatos habere soleant, sed c. 42. tantum deficit in C. R. 1. & 2. in C. R. 3. in quo alias tales textus desunt, iunctus est cum priori. *Omnes hi can. desunt in* C. C. O. *in* C. 2. *tamen sex priores a recent. manu vt paleae adiect.*

(*a*) Vtrumque textum agnoscunt codices nostri sine nota palea, *imo &* C. C. O. quo tamen non obstante, interpolati esse possunt.

(*b*) Indubie hic c. interpolatus est, quem C. R. 1. & 3. *&* C. C. O. (*in* C. C. 2. *tamen adscriptus*) nesciunt, & licet C. R. 2. eum habet, tamen in infima marginis parte eundem refert. *Illud quoque hic adnotandum duximus in ead. quaest. c.* 5. *quia autem & c.* 15. *virgines a* C. C. O. *abesse* (*in* C. C. 2. *autem vt paleas a recent. manu adnexas.*)

(*c*) Admitto hanc intrusionem, quia ne quidem C. R. 2. qui paleas habet, hunc canonem agnoscit, & a C. R. 1. pariter abest. *Quemadmodum & a* C. C. O.

(*d*) Omissus est hic canon in C. R. 1. & L. & C. V. In reliquis iunctus est capiti praecedenti. *Sicut & in* C. C. 1. *&* 2.

(*e*) Codices nostri *prout &* C. C. 2. hoc cap. referunt, quamuis notam paleae habeat, & sic dubiae fidei sit. C. C. *vero* 1. *&* C. *V. illud cum c.* 1. *&* 2. *ignorant.*

(*f*) Hanc igitur obseruationem iam habent corr. Rom. ad cit. c.

(*g*) *Est in* C. C. O.

THEODOSIANI codicis, a CONSTANTINO pariter indicta: *contra ius rescripta*, quam deinde excipit pariter ex THEODOSII codice deducta lex: *rescripta contra ius.* Abest item paragraphus: *rescripta siue sint adnotationes* etc. vsque ad verba: *item Leo Papa in c. 12.* In alio tamen codice inserta erat lex: *& si non cognitio*, veluti ex THEODOSIANIS legibus excepta lib. 1. *cod. Theod. tit. 2. de diuersis rescriptis.* (a)

Causa XXVII. qu. 1. (b) abest *c. viduae si priusquam. 38.* cui in vulgatis titulus *de eodem* praefigitur (c); cum tamen in hoc agatur de viduis et virginibus non prohibendis, quo minus nubant illis, quos propria voluntate sibi in maritos elegerint: in praecedenti autem capite *sacrilegi, et filii perditionis* pronuncientur, qui Deo sacratas foeminas violauerint.

In qu. 2. eiusdem causae desunt capitula: *omnis res. 4. quod conditio. 7. quicunque sub conditione. 8.* Et reuera subsequens capitulum: *coniux vocatur. 9.* titulum habet. *De eodem*, qui congruit argumento capitis antea positi *coniuges. 6.* verius, cui propterea subnecti debuit ab auctore, absque interpositis palearibus illis capitulis, de argumento admodum disparato tractantibus (d).

Eadem *quaestione, et causa* pariter absunt capitula: *lex diuinae constitutionis. 18. et duobus modis. 51.* (e).

Causa XXX. quaest. 3. desideratur *capitulum: per adoptionem; 6.* (f)

Pariter *causa XXXI. qu.* 1. deficit caput: *si qua mulier. 6.* & merito expunctum inde manere debet (g) tum ob absurditatem assertionis, quod vir propriam mulierem dimittere possit, ob mortem sibi machinatam, et aliam vxorem ducere: tum quia sequens caput: *si qua fuerit vidua. 7.* rectius cohaeret praecedenti: *si quis viuente marito, 5.* et in eandem sententiam conspirat.

Causa

(a) Vnde probabiliter infertur, Gratianum magis eos compilasse, qui codicem Theodosianum in collectione sua prae oculis habuerunt.

(b) *Ead. caus. & quaest. c. 8. viduas autem in* C. C. O. *deest, & in C. 2. vt palea a recent. man. adiect.*

(c) Imo etiam deest in C. R. 1. & 3. & L. quamuis posterior paleas habeat. *Item in* C. C. 1. *&* C. V. *Legitur autem in* C. C. 2.

(d) Hanc ob causam omnes hi textus desunt in C. O. *ac proinde etiam in* C. C. O. *c. autem* 4. *&* 8. *in* C. C. 2. *ab alia manu accessere.*

(e) *Omnes duo in* C. *V. desunt;* prior canon deest in C. R. 1. & 3. & in C. R. 2. in ima marginis parte adiectus: *neque extat in* C. C. 1. *&* 2. posterior vero in C. R. O. omissus. *In* C. C. 1. *quidem extat, sed addita a recent. man. not. pal.*

(f) Desideratur etiam in C. R. 1. & 3. *&* C. V. *Est in* C. C. 1. *&* 2.

(g) Adeoque in omnibus quatuor codicibus omissum est, *vt &* C. V. *Extat in* C. C. 1. *&* 2.

Causa XXXIII. *qu.* 3. habentur canones qui nunc seorsim de *poenitentia* inscribuntur, et tractatum, in VII. *Dist.* distributum, vulgo componunt, hic vero absque eiusmodi diuisione tertiam quaestionem (*a*) complent; sed absunt canones *si quis non dicam rapere.* 6. (quem ex codice THEODOSII, non IVSTINIANI, alia exemplaria admittunt) *nemo vel in foro.* 7. *quicunque ausus fuerit.* 8. *quisquis cum militibus.* 9. *si quis necandi.* 10. *si forte mulier.* 11. *si quis tam foeminam.* 12. *si quis pulsatus.* 13. *cogitationis.* 14. *solicitatores.* 15. *vulgaris est quaestio.* 16. *haec autem verba.* 17. *poenae legum.* 18. *aut facta.* 19. *cogitatio non meretur.* 20. *diuortium.* 21. *si quis iratus.* 22. dist. I. quae capita (*b*) de poena, in foro externo peccantibus a profano iudice infligenda, magna ex parte agunt, aliudue argumentum spectant, quam quod de salubri poenitentia in hac quaestione sibi tractandum GRATIANVS assumpserat. Et quidem notari potest, quod sequentia auctoris verba post. c. 22. dist. 1. *ex consilio autem, velut ex facto, aliquem teneri Augustinus probat* &c. cum sequenti cap. *perniciose.* 23. optime cohaerent cap. *magna pietas Dei.* 5. omnia illa interposita capita praecedenti, cuius vltima sententia erat: *votum enim pro opere reputatur;* idemque alia septem succedentia capita a GRATIANO allata confirmant; vt euidens plane sit, haec a praedicto c. *magna pietas Dei.* 5. non debuisse deuelli tot capitulorum ad ciuiles leges spectantium (praeter vltimum *si quis iratus* ex canonibus deductum, sed iam supra causa II. qu. 3. ad aliud propositum allatum, adeoque hic superflue repetitum) interpositione.

Causa XXXIV. *qu.* 2. non habetur capitulum: *ego dixi pastori.* 7. (*c*).

Et *causa* XXXV. *qu.* 6. pariter deest *c. videtur nobis.* 2. (*d*).

Item *causa* XXXVI. *qu.* 2. *abest capitulum si quis non dicam.* 3. vbi extra GRATIANI propositum, quaerentis ibi, an raptor possit raptam mulierem in vxorem ducere? capitalis poena iis, qui sacras virgines etiam rapere tentauerint,

(*a*) Pari ratione in omnibus quatuor codd. *quemadmodum & C. C. O.* deest titulus: tractatus de poenitentia, & tantum noua quaestio, sine communi subdiuisione, expressa est certo indicio, hanc non esse Gratiani, sed recentioris aeui foetum.

(*b*) Haec omnia capita sunt nostris codicibus in serta, quamuis quatuor posteriora capita inter se iuncta sint, non separatim, cum rubricis posita legantur, *id quod etiam in C. C. O obseruaui*, atque rationes ab auctore allatae euincant, leges has ciuiles a legistis adiectas vel interpolatas fuisse.

(*c*) Nec in vllo nostrorum codicum, *ac proinde nec in* C. C. O. legitur.

(*d*) Nec hoc agnoscunt codices nostri. *Sicut &* C. C. O. *In* C. 2. *tamen adscriptum recent. man. Eadem* C. Q. 10. *c.* 4. *&* 5. *absunt a* C. V. *&* C. 2. (*in quo adiecti in margine.*)

rint, irrogatur. (a). In alio tamen codice, tam supra *causa XXXIII. qu. 3.* quam hic idem capitulum superflue repetitum habebatur, sed citato codice THEODOSIANO, vbi lex illa occurrit lib. 9. tit. 25.

§. LXXVII.

Haec fere sunt, pergit BRAVA, quae in praelaudato codice animaduersa mihi euidentissime persuadent, insigni interpolationi opus GRATIANI obnoxium fuisse, quoad *priores duas partes decreti*, iuris peritorum manibus frequentius obtritas. Quod enim ad *tertiam partem* attinet de *consecratione* inscriptam nulla diuersitas notari hactenus a me potuit, aut varietas aliqua animaduersione digna inter MSS. codices, quos consului (a), & *vulgata exemplaria*. Interim haec nostra comparatio illos iuuare poterit, qui sincerum GRATIANI opus aliquando imprimendum in se susceperint, quos etiam monitos velim, vt *glossas appositas* aptius reforment, atque opportunis notis complura GRATIANI loca vel cum Catholica fide saltem in speciem pugnantia, vel cum praesenti ecclesiastica disciplina parum cohaerentia illustrent atque ad sanum sensum reducant, vt tutius in vsum iuris canonici studiosorum insignis huius scriptoris labor cedere possit.„

§. LXXVIII.

Atque hae quidem additiones, mutationes, interpolationes omnes quibus hactenus Gratiani laborem corruptum, misereque dilaceratum ex BRAVA vidimus, eiusmodi sunt vitia, quae nulla ratione in auctorem ipsum redundant, quum vtique in eius arbitrio haud fuerit operi suo immunitatem a posterorum ignorantia impetrare, nisi fortasse illud etiam in partem criminis venire existimes, quod adornata hac collectione amplissimam suppeditarit materiam, in qua sordidiora ingenia suae interpolandi libidini se permitterent, longamque hallucinandi viam aperuerit iis, qui semper alienis laboribus infesti, ac tinearum more inhaerentes coecos se luscis ductores praebere amant, quorum magnus omni aeuo numerus extitit, quosque ad id solum senistra in lucem natura edidit, vt aliorum opera emendando mendosa redderent, corrumperentque corrigendo.

§. LXXIX.

(a) Habent hoc capitulum sine vlla nota codices nostri *vt* & C. C. O. quia vt hucusque obseruatum est, leges ciuiles interpolatas, fere semper retinuerunt, vtpote quae eo tempore in magno, imo maiori fere pretio, quam decretum Gratiani erat, quod ex insertione legum ciuilium, quamuis vt plurimum imprudenter facta, pretium maius & decus accepisse creditum fuit.

(a) *Ita etiam in* C. C. O. *minime diuersitatis aliquid aut palearum, quae tamen in* C. C. 2. *diligenter alias margini adscriptae conspiciebantur, detegere potui.*

§. LXXIX.

Non tamen adeo ab omni culpa immunem pronunciare licebit Gratianum, quin & ipſum quandoque dormitaſſe, atque in non paucis erraſſe variisque maculis, ac defectibus admiſſis, operis ſui gloriam depreſſiſſe confiteri neceſſe ſit, quanquam circa haec etiam non ſolus ſemper in vitio ſit: ſunt vero menda iſthaec eo numero, vt illa etiam in genera ſua tribuere neceſſarium videatur.

§. LXXX.

Poterunt igitur errata haec ad duas potiſſimum claſſes reuocari, *maiora* ſcilicet, ac *minora*. Quae ad priorum claſſem pertinere intelligimus, verſantur circa ſententias integras, dum vel noua quaedam, inuſitata, atque a vera eccleſiae diſciplina vsuque abhorrentia adfert, ſaepe alia quaedam a ſummis quidem Pontificibus profecta, ſed mutata deinceps moribusque contrariis abrogata, atque abolita ita proponit, quaſi continua eorum obſeruantia vigeat, non raro denique abſurda etiam, cumque ſana ratione pugnantia, atque adeo naturalis publicique iuris principiis aduerſantia adducit, qui errores quum in ipſarum opinionum falſitate conſiſtant, maioribus merito ſunt accenſendi. Ad poſteriorum vero claſſem quae referuntur, commiſſa ſunt in oratione magis, eiusque conſtruendae modo, vocabulis integris aut delendis, aut ſupplendis. Saepe quoque erratum eſt in nominibus propriis hominum, vrbium, prouinciarum, conciliorum aliarumque grauioris momenti rerum, quae omnia illico exemplis clariora fient. Occurrunt praeterea non raro inſcriptiones erroneae, canones non ſuis adſignati fontibus, ſententiae ceteraque multa ab eo inſerta legitimis auctoribus non ſine iniuria abiudicata, ac praeter meritum aliis tributa; loca varia aut non genuina adducta, aut allegata perperam, permutata non pauca, & illa quae a Graecis auctoribus profecta per ignorantiam linguae ex variis interpolationibus, quaſi Latinorum ſcriptorum eſſent, allata aliud ſaepenumero graece, aliud latine ſignificantia, vt adeo non abs re pleraque citra ſelectum vllum congeſſiſſe arguendus ſit.

§. LXXXI.

Et profecto prioris generis errores quam plurimos irrepſiſſe nullo negotio intelligemus, ſi vel leui obtutu quasuis Decreti paginas percurrerimus. Elaborarunt in iis colligendis, atque indicandis Gloſſatores, ac commentatores tum veteres, cum etiam recentiores, aliique viri literatiſſimi. Quos inter praecipue conſuli poterunt Io. Dartis (*a*), Lvdovic. de Hericovrt. (*b*), Bern. van Espen (*c*), & Io. Gibert. (*d*)

(*a*) *Comment. in vniuers. Grat. decret. inter illius Opp. Can. Paris* 1656. *f.*
(*b*) *Analys. du decret. de Gratien in illius libro: les loix eccleſiaſtiques de France &c. Paris.* 1756. *f.*
(*c*) *Breu. comment. ad decret. Grat. in Opp. T. V.*
(*d*) *L. ſupra citat. C. I. S. IV.*

§. LXXXII.

Attamen quod supra iam monuimus defectus isti, errores maculaeque in Gratiani decreto inuentae non tam auctori suo, quam illius aetatis caligini, ac ruditati vitio dandi sunt, quum enim eo tempore praeter caetera subsidia ad Iurisprudentiae soliditatem necessaria sanioris potissimum, ac purioris critices adminiculum deficeret, non poterat non euenire, vt quam plurima parum genuina, sed illegitima potius, spuriaque admisceret, quo pertinent epistolae illac decretales ex Isidoro Mercatore, aut vt alii volunt, peccatore petitae, quas temporum illorum tenebris obcaecatus bona quidem fide, minimeque, vt quibusdam videtur de illarum sinceritate dubitans, (a) pessimo vero selectu iudicioque collectioni suae inseruit maiori quidem numero, quam aut expediat ecclesiae, aut credibile sit cuiquam. Tales continet

IN PARTE I.

C. 4. Dist. IV.
C. 3. Dist. XI.
C. 1. Dist. XII.
C. 2. Dist. XVI.
C. 12. ibid.
C. 1. Dist. XVII.
C. 2. ibid.
C. 3. ibid.
C. 5. ibid.
C. 2. Dist. XXI.
C. 2. Dist. XXII.
C. 4. Dist. XXIII.
C. 21. ibid.
C. 25. ibid.
C. 2. Dist. XXV.
C. 14. Dist. XXXVII.
C. 8. Dist. XXXVIII.
C. 16. ibid.
C. 2. Dist. XLIII.
C. 3. ibid.
C. 18. Dist. XLV.
C. 14. Dist. L.
C. 2. Dist. LXIV.
C. 4. ibid.
C. 1. Dist. LXVI.
C. 2. ibid.
C. 1. Dist. LXVII.
C. 4. Dist. LXVIII.
C. 5. ibid.
C. 1. Dist. LXXV.
C. 3. ibid.
C. 1. Dist. LXXVI.
C. 1. Dist. LXXVII.
C. 11. Dist. LXXIX.
C. 1. Dist. LXXX.
C. 2. ibid.

C. 3.

(a) Quum enim epistolae illae decretales Gratiani temporibus communi velut vsu receptae in maxima apud omnes fuerint auctoritate, Regino, Burchardus, & Iuo qui Gratiano in colligendis canonibus facem praetulerant, eas, vt genuinas laudauerint, & assumpserint, ac ipse etiam Nicolai I. apologiam pro Isidori decretalibus contra Gallos scriptam suo decreto inseruerit, colligere profecto possumus, bona prorsus fide, hos illegitimos partus a Gratiano fuisse susceptos. Conf. BOEHMER. l. c. §. 15. Vt adeo fidem vix mereri possit PET. COVSTANT. *in praefat. n.* 171. *ad epist. Rom. Pont. S. Clem. I. usque ad Innocent. III. Par.* 1721. *f. Et haec quidem decreta* (spuria) *quam abhorrerent a superiorum temporum institutis videbat Gratianus, at idem etiam videbat grauissimis summorum Pontificum nominibus inscripta esse diuturnoque vsu recepta: cui tantae autoritati repugnare non ausus satis habuit canones conferre inter se, adhibitisque distinctionibus discordes in concordium redigere:* & IO. BORTONIVS *in dissert. isagog. in nonam ordinat. Decreti Gratiani per Io. a Turrecremata.*

C. 3. ibid.
C. 19. Diſt. LXXXI.
C. 20. ibid.
C. 21. ibid.
C. 4. Diſt. LXXXIII.
C. 6. ibid.
C. 6. Diſt. LXXXIV.
C. 1. Diſt. LXXXVIII.
C. 7. Diſt. LXXXIX.
C. 12. Diſt. XC.
C. 6. Diſt. XCIII.
C. 9. ibid.
C. 10. ibid.
C. 11. ibid.
C. 2. Diſt. XCIV.
C. 16. Diſt. XCVI.
C. 2. Diſt. XCVIII.
C. 1. Diſt. XCIX.
C. 2. ibid.
C. 4. ibid.

IN PARTE II.

C. 85. I. q. 1.
C. 91. ibid.
C. 12. I. q. 3.
C. 25. I. q. 7.
C. 4. II. q. 1.
C. 5. ibid.
C. 13. ibid.
C. 20. ibid.
C. 1. II. q. 2.
C. 3. ibid.
C. 4. ibid.
C. 5. ibid.
C. 6. ibid.
C. 1. II. q. 3.
C. 2. ibid.
C. 3. ibid.
C. 5. ibid.
C. 1. II. q. 5.
C. 10. ibid.
C. 1. II. q. 6.
C. 3. ibid.
C. 4. ibid.
C. 5. ibid.
C. 6. ibid.
C. 7. ibid.
C. 8. ibid.
C. 9. ibid.
C. 10. ibid.
C. 15. ibid.
C. 16. ibid.
C. 18. ibid.
C. 20. ibid.
C. 21. ibid.
C. 1. II. q. 7.
C. 3. ibid.
C. 4. ibid.
C. 5. ibid.
C. 6. ibid.
C. 8. ibid.
C. 9. ibid.
C. 11. ibid.
C. 12. ibid.
C. 15. ibid.
C. 16. ibid.
C. 17. ibid.
C. 18. ibid.
C. 19. ibid.
C. 21. ibid.
C. 25. ibid.
C. 38. ibid.
C. 39. ibid.
C. 50. ibid.
C. 51. ibid.
C. 52. ibid.
C. 55. ibid.
C. 1. II. q. 8.
C. 3. ibid.
C. 4. ibid.
C. 5. ibid.
C. 1. III. q. 1.
C. 2. ibid.
C. 4. ibid.
C. 5. ibid.
C. 6. ibid.
C. 1. III. q. 2.
C. 2. ibid.
C. 4. ibid.
C. 5. ibid.
C. 6. ibid.
C. 7. ibid.
C. 8. ibid.
C. 1. III. q. 3.
C. 2. ibid.
C. 3. ibid.
C. 4. ibid.
C. 1. III. q. 4.
C. 2. ibid.
C. 3. ibid.
C. 4. & 5. ibid.
C. 6. ibid.
C. 7. ibid.
C. 8. ibid.
C. 9. ibid.
C. 10. ibid.
C. 11. ibid.
C. 1. III. q. 5.
C. 2. ibid.
C. 4. ibid.
C. 5. ibid.
C. 6. ibid.

C. 8. ibid.
C. 9. ibid.
C. 10. ibid.
C. 12. ibid.
C. 13. ibid.
C. 1. III. q. 6.
C. 2. ibid.
C. 3. ibid.
C. 4. ibid.
C. 5. ibid.
C. 6. ibid.
C. 7. ibid.
C. 9. ibid.
C. 11. ibid.
C. 12. ibid.
C. 13. ibid.
C. 15. ibid.
C. 16. ibid.
C. 17. ibid.
C. 18. ibid.
C. 1. III. q. 7.
C. 1. III. q. 8.
C. 1. III. q. 9.
C. 2. ibid.
C. 3. ibid.
C. 4. ibid.
C. 5. ibid.
C. 6. ibid.
C. 7. ibid.
C. 8. ibid.
C. 11. ibid.
C. 13. ibid.
C. 15. ibid.
C. 18. ibid.
C. 3. III. q. 10.
C. 1. III. q. 11.
C. 1. IV. q. 4.
C. 2. ibid.
C. 3. IV. q. 6.
C. 1. V. q. 2.

C. 3. ibid.
C. 4. ibid.
C. 1. V. q. 3.
C. 1. V. q. 4.
C. 2. ibid.
C. 4. V. q. 5.
C. 1. VI. q. 1.
C. 3. ibid.
C. 4. ibid.
C. 5. ibid.
C. 7. ibid.
C. 8. ibid.
C. 9. ibid.
C. 12. ibid.
C. 13. ibid.
C. 14. ibid.
C. 15. ibid.
C. 16. ibid.
C. 17. ibid.
C. 19. ibid.
C. 2. VI. q. 3.
C. 11. VII. q. 1.
C. 34. ibid.
C. 35. ibid.
C. 36. ibid.
C. 39. ibid.
C. 46. ibid.
C. 1. VIII. q. 5.
C. 2. ibid.
C. vn. VIII. q. 5.
C. 1. IX. q. 2.
C. 4. IX. q. 3.
C. 5. ibid.
C. 6. ibid.
C. 7. ibid.
C. 11. ibid.
C. 11. ibid.
C. 12. ibid.
C. 15. ibid.
C. 19. ibid.

C. 1. XI. q. 1.
C. 3. ibid.
C. 4. ibid.
C. 7. ibid.
C. 14. ibid.
C. 18. ibid.
C. 29. ibid.
C. 30. ibid.
C. 31. ibid.
C. 32. ibid.
C. 11. XI. q. 3.
C. 14. ibid.
C. 16. ibid.
C. 17. ibid.
C. 27. ibid.
C. 76. ibid.
C. 82. ibid.
C. 89. ibid.
C. 95. ibid.
C. 55. XI. q. 4.
C. 2. XII. q. 1.
C. 9. ibid.
C. 13. ibid.
C. 16. ibid.
C. 26. ibid.
C. 1. XII. q. 2.
C. 5. ibid.
C. 6. ibid.
C. 7. ibid.
C. 10. ibid.
C. vn. XIII. q.
C. 17. XIII. q.
C. 5. XV. q. 3.
C. 1. XV. q. 6.
C. 41. XVI. q.
C. 28. XVI. c
C. 12. XVII.
C. 13. ibid.
C. 15. ibid.
C. 18. ibid.

C. 8. XXIII. q. 3.
C. 9. ibid.
C. 30. XXIII. q. 4.
C. 9. XXIV. q. 1.
C. 10. ibid.
C. 11. ibid.
C. 13. ibid.
C. 15. ibid.
C. 32. ibid.
C. 14. XXIV. q. 3.
C. 5. XXV. q. 1.
C. 8. ibid.
C. 12. ibid.
C. 1. XXV. q. 2.
C. 4. ibid.
C. 11. ibid.
C. 22. ibid.
C. 1. XXX. q. 1.
C. 1. XXX. q. 5.
C. 10. ibid.
C. 11. ibid.
C. 24. Dift. I. de poenit.
C. 21. Dift. III. de poenit.
C. 2. XXXV. q. 2. & 3.
C. 10. ibid.
C. 2. XXXV. q. 8.

IN PARTE III.

C. 1. Dift. I.
C. 2. ibid.
C. 11. ibid.
C. 13. ibid.
C. 14. ibid.
C. 16. ibid.
C. 17. ibid.
C. 21. ibid.
C. 39. ibid.
C. 40. ibid.
C. 41. ibid.
C. 42. ibid.
C. 48. ibid.
C. 59. ibid.
C. 60. ibid.
C. 68. ibid.
C. 71. ibid.
C. 1. Dift. II.
C. 8. ibid.
C. 10. ibid.
C. 23. ibid.
C. 14. Dift. III.
C. 18. ibid.
C. 20. ibid.
C. 21. ibid.
C. 22. ibid.

§. LXXXIII.

His vero epiftolis fpuriis, vt ait PET. COVSTANTIVS (a) *debilitati penitus, fractique difciplinae nerui, perturbata Epifcoporum iura, fublatae iudiciorum leges, aut miferum faltem in modum afflictae, hinc difcordiarum, feditionum ac litium feges immenfa, quae tot faeculis ad Ecclefiae dedecus, fideliumque offenfionem fruticauit. Neque id folum, fed alienae etiam communionis hominibus aperta ingens ad calumniam feneftra. Cum enim putida tot fcript amendacii infimulare promptum effet, ac re quidem vera infimularent ipfi, conuincerentque, gradum inde ad genuina in dubium vocanda fecerunt. Errorem, vt par erat, refellere parum contenti in veritatem ipfam inuolarunt etc. etc.* e quibus verbis abunde, credo, poteft intelligi, quam perniciofa, quamque a vera ecclefiae indole aliena fpuriis his epiftolis contineantur.

§. LXXXIV.

Vnde non abs re viri purioris in iurisprudentia ecclefiaftica eruditionis gloria celebres dicere non dubitarunt, Gratianum conatum effe *nouum ius intrcareodu-*

(a) L. c. n. 157.

troducere, (*a*) ac non raro *doctrinam quandam hactenus inauditam contra Patrum disciplinam sine vlla auctoritate asseruisse* (*b*) & *vbique nouis praetentionibus curiae Romanae in falsis decretalibus fundatis fauere*, (*c*) *neglectaque passim veteri disciplina ad temporis sui disciplinam inflexisse opus suum*, *praesertim quoad ea*, *quae Romani Pontificis praerogatiuas respicere videbantur*. (*d*) Quam disciplinae mutationem a FLEVRY (*e*) in singulari discursu pluribus expositam inuenies. Ac profecto si vel ea, quae (*f*) circa concilia, (*g*) translationes (*h*) ac iudicationem Episcoporum, circa appellationes, (*i*) Pontificis auctoritatem, (*k*) atque immunitatem clericorum (*l*) statuit, adducitque, consideraverimus, multa sane reperiemus, quae rem isthanc luculentissime demonstrent.

§. LXXXV.

Falluntur ergo vehementer protestantes, qui ex Gratiani decreto nescio quae religioni suae praesidia accersere conantur, (*a*) sed inepte plerumque, atque ignari catholicorum saniores omnes citra vllum religionis suae praeiudicium

(*a*) PET. DE MARCA *de concord. Sacerd. & Imp. L. VI. c.* 14. *n.* 13.

(*b*) FLEVRY *l'hist. Eccles. L. LXX.* §. 28. *Ainsi parle Gratien, mais de son chef, & sans alleguer aucune autorité de cette doctrine inoüie jusques alors.*

(*c*) *Idem ibid. Il fauorise par tout les nouvelles pretentions de la cour de Rome fondées sur les fausses decretales.*

(*d*) ESPENIVS *in breu. comment. ad I. part. decret. Grat. Dist. XVII.*

(*e*) L. c. *Quatriem. discours sur l'hist. ecclesiast.*

(*f*) *Dist. XVII. XVIII.* conf. ad eam praecipue ESPEN.

(*g*) C. 34. VII. q. 1.

(*h*) C. 1. & 2. V. q. 4. &c.

(*i*) C. 4. 12. II. q. 6. &c.

(*k*) Pluribus in locis quae diligentissime adnotauit ESPENIVS, vt ad Dist. XIX. XXI. XXII. LXXIX. LXXX. XCVI. & C. XXV.

(*l*) C. 1. -- 15. XI. q. 1. conf. ad hanc caus. FRANC. FLORENS *in tract. de iurisdict. eccles.*

(*a*) Eorum non paucos in IO. ALB. FABRICII *bibl. med. & infim. latinit. sub voc. Grat.* collectos inuenies. ANONYMVS in libro: *Kurzer Aufzug aus den Päbstlichen Rechten* 1530. 4. IO. HENR. FEVSTKING. *praesid. verit. ex iure canonico Witeberg.* 1711. 4. IO. CHRISTOPH. PFAFFIVS *dogmat. Protest. ex iure canonic. comprob. Tubing.* 1712. 1722. 4. SAM. STRYCKIVS *praesid. relig. Euangel. ex iure canonic. in terris protestant. Francof. & Lips. sine anni nota* 4. (*& in supplement. ad* STRYCK. *Opp. T. XIV. p.* 335. *Francof. & Lips.* 1752. *f.*) ANDR. OSIANDER *in Papa non Papa Francof.* 1600. 8. IO. ARNDIVS *refutat. Papat. ex iure canonic.*

cium admittere, multa in eo reperiri cum vero ecclesiae instituto non apprime semper consentientia. Et sane, *qui decretum Gratiani attentius perlegerit* (inquit ESPENIVS) (b) *diffiteri non poterit, in eo etiam hodie nonnulla admodum perniciosa, & scandalosa occurrere afferta, & principia omnino cauenda.* Viderint tamen protestantes, ne quum illi in paucissimis quibusdam iudice isto pro se vtuntur, in sexcentis aliis ab eodem falsitatis condemnentur.

§. LXXXVI.

De maioribus, quae diximus erratis in decreto hic illic saepe occurrentibus paucis egimus, nunc qua ratione in minoribus quoque peccatum sit, leui saltem obtutu dispiciendum erit, quorum aliqua vt specimina demus, illa duntaxat, quae (vt infra videbimus) Correctorum Romanorum sagacitatem effugientia in vulgatis editt. emendata non leguntur, sed postea primum ab ANT. AVGVSTINO correcta sunt, sequentibus tabulis exhibebimus:

Gratiani	*Locus mendosus*	*Correctus*	*Ab Ant. Augustino.*
Dist. I. C. 12.	Ius Quiritum est proprie Romanorum, quod nulli tenent nisi Quirites.	Quo nulli tenentur nisi Quirites.	L. I. dial. 19. p. 301.
Dist. VIII. C. 7.	Frustra, inquit, quidam	Proinde, inquit, frustra quidam	L. II. dial. 20. p. 556.
Dist. X. C. 9.	Vestrorumque Pontificum praedecessorum	*Vox* Pontificum est superflua.	L. I. dial. 19. p. 312.
Dist. X. C. 11.	Quis autem leges	Quis aut leges.	L. I. dial. 19. p. 316.
Dist. XI. C. 2.	*Inscriptio:* Nicolai ad Michael. Imp.	Ad Photium C. P.	L. II. dial. 14. p. 484.
Dist. XI. C. 5.	In ministerio	In mysterio.	L. I. dial. 20. p. 322. & 323.
Ibidem.	Par ritus	Par virtus.	Ibidem.
Ibidem.	Trifariam	Multifariam.	Ibidem.
Dist. XII. C. 12.	Sacramentis	Sarcinis.	L. I. dial. 20. p. 331.
Dist. XVI. C. 3.	Orthodoxae fidei	Orthodoxis regulis.	L. I. dial. 6. p. 105.

Dd 2 Dist. XVI.

(b) *Differt. prooem. ad decret. Grat. C. XIII.*

Gratiani	*Locus mendofus*	*Correctus*	*Ab Ant. Augustino.*
Dift. XVI. C. 13.	Antiocheno	Sardicenfi.	L. I. dial. 20. p. 333.
Dift. XVI. C. 14.	*Infcriptio:* CleroConftantinop.	Ad Photium.	L. I. dial. 20. p. 337.
Dift. XXI. C. 8.	Poftulandum fit	Praeftolandum fit	L. II. dial. 12. p. 465.
Dift. XXII. C. 6.	Petimus vt Conftantinop.	Definimus, vt &c.	L. I. dial. 9. p. 141.
Dift. XXXIII. C. 3.	*Infcript.* Pius Papa.	Ex Concilio Toletano XI. c. 13.	L. I. dial. 13. p. 208.
Dift. L. C. 28.	*Infcript.* Maffanum	Mafonem.	L. I. dial. 4. p. 58.
Dift. LV. C. 10.	*Infcript.* Ex Concilio Ilerdenfi	Ex Concilio Triburienfi.	L. I. dial. 4. p. 52. & dial. 15. p. 238.
Dift. LIV. C. 22.	Non licebit.	Non licet.	L. II. dial. 8. p. 417.
Ibidem	Dare non poteft.	Dare non debet.	Ibidem.
Dift. LXIII. C. 34.	Vt in Dei nomine	Vt Dei nomine.	L. II. dial. 10. p. 447.
Ibidem	Potiretur.	Potiatur.	Ibidem.
Ibidem	Praebuimus.	Praebemus.	Ibidem.
Dift. LXXII. C. 1.	Nifi ab ipfo poftulatus.	Nifi ab alio poftulatus.	L. II. dial. 1. p. 357.
Dift. LXXXI. C. 7.	In ordine Ecclefiaftico prouectus, fi in eo fcelere inuenitur, quo abiiciendus comprobatur.	In ordinem Ecclefiafticum prouectus fi in eo fcelere inueniatur, quo abiiciendus exiftat.	L. II. dial. 1. p. 355.
Dift. XCIII. C. 4.	Subiacent qui propinqui funt.	Subiacebunt qui &c.	L. II. dial. 1. p. 348.
C. 13. II. q. 6.	*Ab. init.* Rhotandum Epif.	Rothadum.	L. II. dial. 13. p. 476.
C. 3. V. q. 3.	Epifcopus.	Epifcopi.	L. II. dial. 1. p. 359
Ibidem	actiones.	actionem.	Ibidem.
Ibidem	pro fuis actionibus.	propriis actionibus	Ibidem.

C. 17.

Gratiani	*Locus mendosus*	*Correctus*	*Ab Ant. Augustino.*
C. 17. IX. q. 3.	*Inscript.* Omnibus Episcopis.	Omnibus Episcopis Dardaniae.	L. I. dial. 12. p. 198.
C. 8. X. q. 3.	Parochialium presbyterorum Galliae.	Parochianorum presbyterorum Galiciae.	L. 1. dial. 4. p. 45.
C. 3. XI. q. 3.	Communionem declina.	Communionem declinans & eius consortium perpetuae obliuioni contradens.	L. II. dial. 14. p. 493.
Ibidem	Ad perenne traharis exitium.	Ad sulphurios fetores & perenne traharis exitium.	Ibidem.
C. 15. XII. q. 1.	*Insc.* Melchiades.	Meltiades.	L. I. dial. 6. p. 86.
C. 13. XII. q. 2.	Cimelia & Vasa sacrata.	Cimilia, id est Vasa sacrata.	L. II. dial. 7. p. 408.
Ibidem	Sed nec tradere salaria.	Tradere salaria.	Ibid. p. 409.
C. 1. XV. q. 8.	Ordinatione priuari.	Remitti.	L. I. dial. 11. p. 169.
C. 62. XVI. q. 1.	Aut superposita.	Aut supposita.	Lib. II. dial. 2. p. 368.
Ibidem	Non illicitis exactionibus opprimantur.	Quam illicitis exactis vel dationibus opprimantur.	Ibidem.
C. 4. XVI. q. 3.	Eius non videatur esse dioecesis.	Eius videatur esse dioecesis.	L. I. dial. 15. p. 239.
C. 6. XVII. q. 4.	XL passus - - -	LX passus - - -	L. II. dial. 17. p. 525.
C. 26. XVII. q. 4.	Wiregeldi.	Wirigildi.	L. 1. dial. 5. p. 65.
C. 9. XX. q. 1.	Qui inuiti sine iustae offensionis causa sunt intromissi.	Qui inuite sine iustae offensionis crimine monasteriis sunt intromissi.	L. II. dial. II. p. 365.

Gratiani	*Locus mendosus*	*Correctus*	*Ab Ant. Augustino.*
C. 3. XX. q. 2.	*Inscr.* Eutychianus Papa.	Ex Concilio Parisiensi sub Ludovico & Lothario l. I. c. 43.	L. I. dial. 13. p. 217.
C. 2. XXI. q. 4. in fin.	Suspendatur.	Excommunicetur.	L. I. dial. 9. p. 139.
C. 10. XXII. q. 1.	*Inscr.* Pius Papa.	Nouella 77. apud Iulianum Antecessorem.	L. I. dial. 13. p. 207.
C. 13. XXVI. q. 5.	Veste accinxerit.	Accinxisse.	L. II. dial. 20. p. 552.
C. 34. XXVII. q. 1.	*In fine:* Non praesumat.	*add.* Quod si praesumpserit, a liminibus sanctae Ecclesiae segregetur, donec ad emendationis remedia confugiat.	L. II. dial. 17. p. 512.
C. 26. XXVII. q. 2.	Thietberga Esse contentam Lotharius elegerit	Theuperga Fore contentam. Lotharius elegisset	L. II. dial. 18. p. 532.
C. I. XXX. q. 3.	Est inter fratres	Est inter patres	L. II. dial. 19. p. 541.
C. 41. Dist. I. de poenit.	*Inscr.* Idem Ioannes os aureum	Chromatius c. 4. in Matth.	L. I. dial. 3. p. 33.
C. 68. Dist. eadem	In reuerentiam loquitur Deus	In Hieremia loquitur Deus	L. I. dial. 4. p. 48.
C. 11. XXXIII. q. 4.	Nullatenus arbitramur	Nullo modo arbitror	L. II. dial. 18. p. 535.
C. 17. XXXV. q. 2. & 3.	*Inscript.* Nicolaus Papa Amalphitanae Ecclesiae suffraganeis	Nicolaus II. in Concilio Romano CXIII. Episcoporum	L. II. dial. 19. p. 542.
C. 17. Dist. II. de Cons.	*Inscript.* Soter Papa	Ex Concilio Cabilonensi II. sub Carolo C. 47.	L. I. dial. 13. p. 211.
C. 22. Dist. eadem.	*Inscript.* Sergius Papa.	Amalarius, siue Amilarius l. III. C. 35. de diuin. officiis.	L. I. dial. 16. p. 267.
C. 30. Dist. eadem	*Inscript.* Clemens Papa.	Eugenius minor in Synodo Romana C. 33.	L. I. dial. 13. p. 206.

C. 4.

Gratiani	Locus mendosus	Correctos	Ab Ant. Augustino.
C. 4. Dist. IV. de Conf.	*Inscript.* Ioannes Chrysostom.	Chromatius	L. I. dial. 3. p. 33.
C. 24. Dist. eadem.	A quodam Iudaeo.	A quodam Viro.	L. I. dial. 18. p. 281.
C. 94. Dist. eadem	De quibus consulti Sisemundi	De quibus consultu Sisenandi	L. I. dial. 5. p. 70.
C. 152. Dist. eadem	*Inscript.* Anselmus Rom. Eccl.	Asellus	L. I. dial. 2. p. 19.

§. LXXXVII.

Sed neque mirabitur tot mendis, erratisque scatere Gratiani compilationem, qui mente reuoluerit eum aut neglectis, aut etiam temporum vitio praeclusis fontibus riuulos solos, saepe maiorum iam erroribus inquinatos secutum fuisse, e quibus multas ob causas prono alueo errores deriuari necesse fuerat. Hoc enim facto quidquid ab illis collectoribus, vnde sua Gratianus hauserat, siue per ignorantiam, siue per incuriam, quin etiam scienter nonnunquam, dataque opera fortasse erratum, immutatum, corruptumque fuerat, in nouam hanc collectionem transfundi pronum erat, vt adeo non abs re BALVZIVS (a) dicat: *originem omnium ferme erratorum fuisse audaciam Burchardi, qui locorum in collectione sua relatorum et verba saepe mutauit, et ad non suos auctores propria temeritate transtulit.* Quemadmodum etiam ad Reginonem pluribus se ostendisse subnectit. Nimirum *dulcius ex ipso fonte bibuntur aquae.*

§. LXXXVIII.

Ac primum illi tam multifarii errores, qui in inscriptionibus ipsis passim deprehenduntur, quo pacto irrepere potuerint, intellectu haud erit difficile. Nam eius temporis codices MSS. nos docent omnia commixtim, sine ordine, sine vlla materiarum, partium discretione scribendi morem tunc viguisse, in qua tumultuaria rerum omnium commixtione nihil sane facilius erat, quam vt orta confusione inscriptiones variae non apte discretae permutarentur, iisque, quibus debitae non essent, attribuerentur. Accedit, illud ipsum non imperitia modo aut incuria, sed dolo etiam dataque opera quandoque fieri potuisse, ab hominibus scilicet fraudulentis ac impostoribus temporum illorum caligine, atque ignorantia abusis, quibus suae forsan causae fuerant, cur falsum, mentitumque nomen vero surrogarent.

§. LXXXIX.

(a) *In praefat. ad nott. in Ant. August. n. 29.*

§. LXXXIX.

Praeterea & iſtud multam errorum occaſionem Gratiano praebere poterat, quod omnia ex Latinis collectionibus deſumens Graecorum conciliorum verſiones ſequi cogeretur. Conſtat enim plurimis ſemper defectibus laborare, quae ex vna lingua in aliam traducta ſunt, vt & optima verſio ſexcentis ſaepe mendis ſcateat. Non opus eſt eius rei exempla diu requirere, quum apertiſſimum a Bibliis ipſis repetere poſſimus, quae vt correcta, puraque eſſent teſte Hieronymo longa emendatione ex originariis codd. & Hebraicis, & Graecis indiguerat.

§. XC.

Accedit demum nondum inuentam fuiſſe Gratiani aetate artem typographicam. Codices enim MSS. pluribus ſemper corruptionibus patere in comperto eſt; namque dici vix poteſt, quantum ſiue deſcribentium imperitia, & oſcitantia, ſiue cuſtodientium, ſaepiusque eosdem peruoluentium audacia corrupti fuerint, qui mutilandi, addendi, immutandi libidine eosdem ſibi ipſis poene diſſimiles non raro effecere. E quibus omnibus ſatis iam, vt opinor, cauſas, fontesque praecipuos errorum in Gratiani decreto occurrentium perſpeximus, quorum complures etiam citra auctoris culpam opus iſthoc deformarunt. Scilicet eadem fortuna cum illius codice actum eſt, quam ii, ex quibus eundem compilauerat, ſubiere, vt adeo verum ſit, quod ſub principium innuimus, Gratianum perſaepe alienam culpam luere debuiſſe.

§. XCI.

Interim in his erratis corrigendis, atque eliminandis eruditorum multorum cura induſtriaque verſata eſt: non pauca eorum iam in ipſis codd. MSS. detecta, ac emendata reperiuntur, quod deinde pari ſtudio in editionibus, etiam ab ea, quae omnium prima eſt, exordium capiendo praeſtitum eſt, quas temporis proceſſu magis ſemper magisque veteribus mendis purgatas eruditorum ſolertia ſagacitasque nobis exhibuit, id quod infra patebit luculentius eo loco, quem recenſendis editionibus deſtinauimus.

§. XCII.

Inter caeteros vero omnes, qui decretum Gratiani emendandum ſuſceperunt, eminuere potiſſimum ANTONIVS DEMOCHARES, & ANTONIVS CONTIVS Galli duo eruditione non facile cuiquam ſecundi, *qui*, vt aduertit BALVZIVS, (*a*) *cuncta apud Gratianum tentauerunt reducere in ordinem, felicibus interea cum conatibus.*

§. XCIII.

(*a*) *In praefat. ad nott. in Ant. Auguſt. n. 29.*

§. XCIII.

Quid DEMOCHARES (a) suis emendationibus praestiterit, ipse pluribus exponit in epistola nuncupat. de 1547. ad Card. Castellionens. Oddon. Collignium: *Hunc laborem boni decretorum professores & asseclae ingratum nequaquam habere poterunt: quem omnes (quos certe nactus est Gratianus percelebres) vident, glossarios libenter nobis reliquisse. Nam hi licet glossas varias & quaestiones pro controuersiis forensibus, quarum nullus est finis, ediderint dirimendis: nullus tamen in hoc studii genere, quod praecipui erat negotii, versatus est, vt contextum ad exemplarium veritatem reponeret, integrum redderet, demonstraret, a quibus conciliis decreta proficiscerentur, indicaretque quibus auctoribus adscribenda essent singula. Sed omnes ad quaestiones conuersi sunt, pro quibus finiendis collectum fuerat hoc Gratiani opus. Proinde non mirum est, si saepius portentosos casus ab instituteque valde alienos confingant; nempe, qui nec de quibus loquantur, nec quae loquantur, cognoscant. Huic tamen operi haud postremam manum apposuimus: vt quas dicunt rubricas emendaremus, & falsos titulos ac peruersas lectiones; quod propediem haec commentariis curabimus, egerentque fusioribus scriptis, quam simplex contextus, & exiguus liber ferre possit.* Quid deinde etiam in posteriori decreti Gratiani editione additum fuerit, hisce in epist. nuncupat. de 1560. ad Princip. & Card. Carol. Lotharing. Remens. Archiepiscopum indicat: *Quod hoc Gratiani opus nouis nuper excusum formis, ac nostris annotationibus, indicibusque authoritatum authores, & numeris harum capita seu loca demonstrantibus, illustratum, nec non in multis repurgatum Tuae potius dignitati &c. &c.*

§. XCIV.

Demochare tamen *longe eruditior*, vt obseruat FLORENS (a), & *ingeniosior*

(a) De Democharis in Gratianum loboribus ita iudicat CAR. MOLINAEVS in epist. dedicat. ad F. BERNARD. a FRESNEDA *ab arcanis confessionibus Reg. Cath. Maiest. in edit. Decreti D. Iuonis Episcopi Carnutens.* Louan. 1561. fol. *Ac mox cum dux viae ad inaccessam & inhospitam fere (vt mea quidem ferebat opinio) Gratianici decreti rupem mihi perquireretur: vnus qui hanc commonstraret Ant. Demochares nomine adfuit, cuius extremo in margine index mirabile dictu meo quidem iudicio Gratiano plus lucis contulit, quam omnium, quotquot in eum extant, quantumuis eruditi nec minus prolixi commentarii. Egoque ingenue ac libere profiteor amplius me illi acceptum ferre, ac vero etiam debere, qui me veluti digito ad puros putosque canonum aliorumque authorum fontes perduxerit, quam reliquis omnibus, quibus id insinuasse curae non fuit, interpretibus: Neque tamen is per omnia nobis satisfecit, quia vti multa sane eruit, ac adinuenit inscriptionum loca, ita plurima aliis scrutanda, excutiendaque reliquit, quae etiamnum adeo peruersa, manca, hiulca, ac lacera, vt ne Apollo quidem.*

(a) *L. supra cit.*

niosior erat CONTIVS. Praefatiuncula (*b*) illius editioni Antuerpiensi 1210 praefixa paucis Contii labores in Gratiani opus declarat: *Non est meum institutum hic multis verbis ostentare, quaecunque a nobis in hac Dn. Gratiani (vt ipsemet inscripsit hoc opus) concordia discordantium canonum notata vel illustrata vel emendata sunt; quae omnia lectoris inquisitioni atque iudicio expendenda relinquimus. Nam & quae sint paleae, & quam falsa summaria, falsaeque glossae plerisque locis insertae sint, diligens lector nostra legendo edocebitur: & omnia fere, quae Gratianus ex Isidoro, Conciliis & infinitis libris coniecit, collatione veterum & authenticorum codicum, emendata comperiet; quaedam etiam ex vetusto Isidori volumine, amplius, quam in caeteris Isidori exemplaribus reperiatur, adiecta. Quae omnia eo saltem profutura lectoribus speramus, vt minore cum temporis & operae iactura quicquid de ecclesiasticis rebus & controuersiis hic praecipitur, per se cognoscere, & absque praeceptore intelligere possint.*

§. XCV.

His tertium quoque addit Gallum qui Gratianeo operi emendando operam dabat, CAR. MOLINAEVM (*a*) Iureconsultum, DOVIATIVS (*b*) qui omnes

(*b*) De qua notatu digna habet idem FLORENS: *Ante Augustinum & Romanos Correctores id,* (quod Gratianus ex incertis & suppositiis scriptis in suam Collectionem inseruerit) *ante Demochares viderat; fuse vero Ant. Contius in Praefatione sua significauerat: quam ideo mutilauit Antuerpiensis librorum Censor; qui ex ea breue tantum nobis fragmentum reliquit; qua de re merito conqueritur* CONTIVS *lib.* 1. *Lection. subsec. cap.* 10. *in fin. Vestigia tamen fraudis supersunt in fine praefationis secundae Contii, in qua aperte profitetur apocrypha, & commentitia plurima Gratianum suae Collectioni admiscuisse: quod & repetit in notis ad can. septuaginta Dist. XVI. & ad inscriptionem Canonis* 2. *dist. XXI. ibi: Item Anacletus. Vbi quod inducitur Contius, maiorem se requirere probationem (quod forte Demochares dixit, vel Antuerpiensis Corrector); ipse praestiterat in sua Praefat. mutilata postea, vt diximus, sicut ostendunt notata ab eodem, ad d. can. septuaginta, ad Can. I. & Can. iudicantem XXX. Quaest.* 5. *Quibus ex locis illustrantur valde, quae scribit doctissimus Augustinus, l. I. de emendat. Gratiani, cap.* 20. *in fine. Constat tamen eum falli, cum ait, ea verba mihi videntur Molinaei esse, non Contii. Sunt enim reuera Contii, & ipse Contius ea sibi asserit, si loca omnia quae citauimus supra ex editione Antuerpiana, diligenter comparentur. Romani Correctores, notas Contii ad dictos canones omiserunt: cautius sane quam Antuerpiensis Censor, qui praefationem quidem mutilauit; notas vero supra citatas imperite reliquit, quibus idem dicebatur, quod in praefatione. Notandum Contii editioni notas ex editione Democharis plures admixtas fuisse in editione Antuerpiensi absque delectu; ita vt non raro inter se pugnantia inserantur.*

(*a*) Enarrat MOLINAEVS l. c. varia subsidia, quae sibi ad editionem decreti Gratiani procurandam comparauit, subiungitque: *tum demum* (i. e. habitis omnibus subsidiis) *de restituendo ac repurgando Gratiani codice sperare licuisse, itaque se protinus huc toto animo incubuisse.*

(*b*) Dans l'Hist. du droit Canon l. c. ch. 5. §. 3.

nes corporis iuris canonici partes cum suis adnotationibus marginalibus in blicum emittens prohibitionem & censuram Clementis VIII. P. incurrit. (c).

§. XCVI.

Maioris autem diligentiae ac laboris opus erat, quam vt ab his duntat omnimodae completaeque integritati suae restitui posset. Itaque SS. Pontices Pivs IV. & V. ac Gregorivs XIII. eam curam commiserunt aliot viris doctis a se delectis (a). Quibus deinde a corrigendi solertia Correctom Romanorum nomen tributum est. (b) Quae autem in hoc emendationis negotio

(c) Refert eam Possevin. in *apparat. Sacr. T. I. sub voc. Carol. p. m.* 300.

(a) Gregorius XIII. in bulla super hac emendat. edita ita scribit: *Cum pro munere pastorali, humeris nostris iniuncto id praecipue nobis propositum habeamus, vt omni studio diligentiaque omnes Christi fideles, his praesertim tam grauibus, calamitosisque temporibus, in recta & catholica fide continere curemus, ac propterea id inprimis nobis agendum & prouidendum sit, vt omnem omnibus aberrandi ab ea occasionem subtrahamus: dudum ob huius rei executionem adhibitis nonnullis ex fratribus nostris sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, adiuncto etiam aliquorum doctrina & pietate insignium virorum studio decretum Gratiani nuncupatum absque glossis, nec non idem Gratiani decretum cum decretalibus Gregorii P. IX. praedecessoris nostri, sexto, Clementinis & extrauagantibus, non modo cum veteribus glossarum auctoribus, quibus cum viri pii & catholici fuerint, ignoscendum videtur, si quid vel ob errorem in illis, vel quia nondum pleraque a sacris conciliis definita fuerant, liberius locuti sunt: verum etiam cum his quae ab impiis scriptoribus tam extra in marginibus, quam etiam intra asperſa fuerant, catholicae veritati contraria, reuidendi, corrigendi & expurgandi curam demandauerimus.* Avgvstinvs hunc in modum dialogos suos exorditur; *Nisi tibi molestum est, vehementer cupio a te discere, quid sit, quod Romae de Gratiani emendatione tanta cura per tot annos agatur, vt necesse fuerit, a tribus Pontificibus, vt audio, multos amplissimos viros ex Purpuratis suis & alios doctissimos homines hac vna in re assidue versari.*

(b) Quorum catalogum, imperfectum tamen, dedit Antonivs Avgvstinvs *in emend. Gratiani in f. libri primi*, enumerando tantum XXIV. socios, quorum numerus tamen tandem excreuit ad XXXV. cuius elenchum dedit Boehmer l. c. §. 17. not. c. ex praefat. Ivst. Fontanini, decreto Gratiani, a *Turrecremata* nouiter ordinato, praemissa §. 8. in *fine:* Viri a Pontificibvs Maximis Pio IV. et V. et Gregorio XIII. Emendationi Gratiani Praefecti. Sacrae Romanae Ecclesiae Cardinales. I. *M. Antonius Columna Romanus.* II. *Hugo Buoncampagnus, postea Gregorius XIII. pont. max.* III. *Alexander Sfortia Romanus.* IV. *Guilielmus Sirletus Calaber.* V. *Franciscus Alciatus Mediolanensis.* Additi a Pio V. VI. *Guido Ferrerius Vercellensis.* VII. *Antonius Carafa Neapolitanus.* Doctores. VIII. *Felix Montaltus, Generalis*

negotio acta sint, exponitur in ADMONITIONE ad lectorem: *Placuit* (dictis SS. Pontificibus) *vt illi corrigendo summa opera daretur, mendae librariorum tollerentur: si qua etiam in re Gratianus, vt homo, minus vidisset, modeste notaretur, ipsaque omnino capita suis auctoribus quam diligentissime restituerentur. Itaque & Romae Vaticana bibliotheca, & monasterii Dominicani supra Mineruam, aliaeque non paucae excussae sunt, & ex aliis vrbibus atque regionibus inuitati doctissimi homines, qui idem facerent, & si quid inuenissent, quod ad hanc rem pertineret, pro sua pietate libenter communicarent, atque ad Pontificem mitterent. Qua diligentia illud effectum est, vt, cum iam magnam partem suum vnicuique tributum sit, ac propterea intelligi plerumque possit, quae synodorum generalium, quae summorum pontificum, quae prouincialium conciliorum, quae patrum decreta ac sententiae, atque inter haec, quae sanctae Romanae sedi probata sint, quae minus, vix quisquam errare, atque incerta pro certis sequi, certa vero pro incertis suspecta habere posthaec queat. Quod ad citationes auctorum pertinet, vbi error euidens erat, aut nonnulla Gratiani exemplaria cum veriore, atque ab aliis collectoribus allata citatione consentiebant, sublatis falsis inscriptionibus verae sunt restitutae: vbi vero, quamuis caput apud alium auctorem esset inuentum, fieri tamen poterat, vt illius quoque esset, quem Gratianus citaret (sunt enim haud raro decreta tralatitia, et sententiae similes in bonis auctoribus) retenta Gratiani citatione, satis visum est locum, vbi hodie habeatur, indicare. Et quoniam interdum aut capitis aliqua quidem pars illius auctoris est, qui citatur, aliqua vero minime, aut verba valde sunt mutata: id quoque est indicatum, adscriptumque praeterea in margine, quo loco idem caput in glossa bibliorum*

neralis Ordinis S. Francisci, dein Cardinalis, & postea Sixtus V. pontif. max. IX. *Christophorus Patauinus, Generalis ordinis S. Augustini eremitarum.* X. *Thomas Manricus Hispanus, ordinis S. Dominici, magister sacri palatii.* XI. *Eustachius Lucatellus Bononiensis, postea Regii Lepidi Episcopus.* XII. *Iosephus Pamphilus Veronensis, postea sacrista palatii & Episcopus Signinus in Latio.* XIII. *Franciscus Turrianus Hispanus, postea societatis Iesu.* XIV. *Marianus Victorius Reatinus, postea Episcopus Amerinus.* XV. *Michael Thomasius Maioricensis, postea Episcopus Ilerdensis.* XVI. *Hieronymus Parisetus Regiensis.* XVII. *Antonius Cuccus Mediolanensis.* XVIII. *Io. Marsa Hispanus.* XIX. *Franciscus Leo Hispanus, postea societatis Iesu.* ADDITI. XX. *Melchior Cornelius Lusitanus.* XXI. *Latinus Latinius Viterbiensis.* XXII. *Arnaldus Pontacus Gallus, postea Episcopus Vasatensis.* XXIII. *Petrus Ciaconius Hispanus.* XXIV. *Franciscus Pegna Hispanus, cuius sunt additiones decretalium sine nomine.* XXV. *Flaminius Nobilius Lucensis, adnotationum curator.* XXVI. *Lalenus Salemius Viterbiensis.* XXVII. *Gabriel Palaeotus Bononiensis, Cardinalis.* XXVIII. *Carolus Borromaeus Mediolanensis, Cardinalis.* XXIX. *Philippus Buoncampagnus Bononiensis, Cardinalis.* XXX. *Paulus Constabilis Ferrariensis, Magister sacri palatii post Manricum.* XXXI. *Io. Rodericus Hispanus.* XXXII. *Io. Molinaeus Gandauensis.* XXXIII. *Simon Maiolus Astensis, Episcopus Vulturariensis.* XXXIV. *Achilles Statius, Lusitanus.*

rum ordinaria, in libris sententiarum, et apud caeteros collectores habeatur, eos praesertim, qui in huius operis emendatione magno vsui fuerunt. Animaduersum vero est: multa olim fuisse (quorum nonnulla hodie etiam habentur) homiliarum ex variis auctoribus collectarum volumina: quibus homiliis nomen auctoris aut non esset praepositum, aut etiam mutatum. Quod decretorum collectoribus, qui fontes adire in illa librorum penuria plerumque non poterant, errandi interdum dederit occasionem, saepe etiam Gratianus multas patrum sententias simul colligit, atque in vnum caput concludit (quamuis in vulgatis codicibus, plerumque in diuersa capita sint distractae, sed fere sine rubrica) idque cum facit, non ipsa prorsus auctorum verba affert, sed arbitratu suo mutat, addit, imminuit, summatim complectitur: quod etiam Burchardus et Iuo faciunt, cum citant hoc modo, ex dictis Augustini, ex dictis Hieronymi. In emendando textu, primum initia capitum ob vsitatas doctorum citationes non sunt mutata: sed vbi ab originali discrepabant, in margine aut in notatione est indicata germana lectio. Deinde haec glossae ipsius habita est ratio, vt nihil in textu sit mutatum, vbi mutatio ipsa impeditura erat, quo minus, quid sibi auctor glossae voluisset, animaduerti posset: sed eodem modo aut in margine aut in notatione mendum est indicatum. Vbi vero haec non obstabant, haec fere seruata corrigendi ratio est: vt, si videretur voluisse Gratianus auctorum, quos citaret, ipsa prorsus verba referre, ea ex ipso originali emendarentur, et interdum etiam, non leui proposita vtilitate, aliqua adderentur: nisi sicubi vulgata lectio visa est melior: nam tunc illa retenta, notatum est, quomodo originale ipsum habeat. Sin autem Gratianus non eadem prorsus verba afferre voluerat, sed aut in summam quandam ipse redigere, aut ab aliis redacta vt ab auctore Glossae ordinariae, ab Iuone et aliis collectoribus referre, tunc nihil fere emendatum vel additum est, nisi forte patris illius, vnde collector acceperat, restituta lectio magnum afferre visa esset vtilitatem: multisque locis id notatum est, & verba ipsius originalis allata, vt lector indentidem in memoriam huius adhibitae cautionis reuocaretur, & labore ad originalia adeundi leuaretur. Quod si idem caput ex pluribus vicinis alicuius patris locis confectum est (nam quae multum distabant, satis plerumque fuit in margine indicare) adiectae sunt in textu particulae illae et supra et infra: scilicet vbi seriem et nexum collectionis impediturae non erant: vbi vero Gratianus ipse loquitur, ex manuscriptis huius libri exemplaribus pura germanaque lectio est restituta.

§. XCVII.

Sane negari non potest, verba sunt STEPH. BALVZII (*a*), *quin multum debeamus Romanis correctoribus, quorum opera et studio factum est, vtquam plurima capita suis auctoribus restituta sint, quos in Gratiani libro non agnoscebant, facta nominis alieni. Quo vnico facinore fatendum est maximam crucem ademtam esse hominibus istarum rerum studiosis. Vnum in correctoribus illis reprehensione dignum putaue-*

(*a*) *Loc. cit.*

tauerim, quod Gratianum purum, id est, cum naeuis ac erroribus suis quo modo citari persaepe solet, exhibere voluerint, sed pleraque in textu & in capitulorum inscriptione mutauerint, quae eodem cum fructu legentium potuissent adnotari in margine, vt alibi frequenter factum ab illis est. Sunt etiam nonnulla ab his interpolata apud Gratianum, quae vere quidem sunt auctorum, vnde primo sumta sunt, sed quae tamen non extant locis, vnde ea Gratianus accepit. Hinc concludit VAN ESPEN (b) *Licet fatendum sit, Romanam hanc decreti Gratiani emendatam editionem in pluribus locis, conciliorum, Patrum aliorumque auctorum, e quibus sua deprompsit Gratianus, textibus esse conformiorem & a multis mendis & sordibus esse purgatam; tamen si ipsam Gratiani collectionem vt a Gratiano edita est, & apud veteres theologos & canonistas recepta & laudata fuit, consulere velimus, recurrendum esse ad editiones, quae Romanam editionem praecesserunt.*

§. XCVIII.

Eodem tempore, quo Romae viri doctissimi quique emendandae collectioni Gratianeae operam dederunt, etiam ANT. AVGVSTINVS Archiepiscopus Tarraconensis vir celeberrimus & eruditissimus, vt ostenderet quantum adiumentum adferre ipse posset huic operi, dialogorum libros II. scripsit de *emendatione Gratiani* refertos multa ac varia doctrina, denique dignos tanto viro, vt iudicat idem BALVZIVS (a), *cum vero*, pergit vir de iurisprudentia canonica optime meritus, *iam ferme peruentum esset ad finem operis, allata ad illum Tarraconem est editio Gratiani emendata per Correctores Romanos. Hinc vocatus ad nouas curas, additiones composuit, quae in fine singulorum dialogorum extant, correctores illos interdum admonens peccasse.* Opus illud editum non est, *auctore superstite, sed anno tantum sequenti post eius mortem.* (b) *Quis porro eam editionem procurauerit, quis auctor praefationis sit, facile non est pronuntiare. Huc tamen valide inclinat animus, vt donec maior lux effulgeat, existimem virum doctissimum Andream Schottum, qui tum Tarraconae erat, quique mortuum publica oratione laudauit quam addemus in calce istius voluminis, operam in hoc suam impendisse. Nolim tamen vt ideo additiones putentur esse Andreae Schotti. Sunt enim Antonii Augustini.*

§. XCIX.

(b) *Dissert. prooem. ad comment. in decret. Grat. C. IX. ad fin. & idem in Tract. Hist. Can. in omn. can. P. VI. C. II. §. V. in fin.*

(a) Loc. supra cit.

(b) Nimirum. Tarrac. 1586. 8. & deinde recusum Paris. 1607. ac iterum ibid. cum notis Baluzii 1672. & deinde Duisburgi ad Rhen. 1676. & Arnhem. 1678. 8. edit. Gerh. de Mastricht cum Baluz. suisque adnotat. quas tamen separatas ab ipso Augustini opusculo deprehendimus. Rarissimae sunt hae editiones omnes, vltimae tamen, vt vsibus nostris inseruiret, ex praestantissima sua bibliotheca copiam nobis fecit Illustr. Baro de SENKENBERG Germanorum Iurisconsultorum decus ac ornamentum.

§. XCIX.

Poſt hos tamen tot doctiſſimorum virorum labores, & curas, quas emendando decreto Gratiani impenderunt, plura adhuc errata & apocrypha in Gratiano reliqua manſerunt, quod pluribus praeclare oſtendit VAN ESPEN, (a) vt adeo e re omnino feciſſe cenſendi ſint PETRVS & FRANCISCVS PITHOEI, qui ſingula iterum recognouerunt, emendarunt, verisque ſuis auctoribus additis annis & loco in quibus ſcripta reſtituere, conati ſunt. Sunt ergo hi ipſi, qui *omnium ſtudia & diligentiam viciſſe dicendi ſunt.* (b)

§. C.

Plurimum etiam, vt magis ad noſtra accedamus tempora, lucis vtilitatisque huic rei attulit illa decreti Gratianei editio FONTANINI, cuius merita mirum in modum extollit BOEHMERVS, (a) ac tandem ante paucos annos CAR.

(a) Loc. cit.

(b) Ita FONTANIN. *in praefat. ad decret. Grat. ap. Boehmer. §. 17. not. f.*

(a) *Poſtquam itaque conſilium* (verba ſunt eiuſdem) *nouae huius editionis ſecundum codices MSCtos formandae cepi, inſtar codicis MSCti, lectionibus exquiſitis & limatis inſtructi, editio Fontanini mihi fuit, vt ad hanc quoque collatio accurate fuerit facta. Etenim admodum probabile eſt,* (I.) *cardinalem eminentiſſimum, cui, ex iudicio* FONTANINI *in praefat. totum decretorum corpus memoriae inhaeſit, probatiori & puriori codice in hoc nouo decreto concinnando vſum fuiſſe, qui ampliſſimos commentarios in* GRATIANVM *non tantum ſcripſit, ſed in meliorem ordinem decretum ipſum, ſectione corporis totali facta, redegit.* (II.) *Siſtit haec editio decretum in prima ſua integritate, in qua ante correctorum Romanorum immutationem conceptum fuit.* (III.) *Pithoei quidem ſingulis textibus aetates addiderunt, magno vſui futuras; eorum tamen induſtriam longe ſuperauit ſolicitudo exquiſitiſſima* IVSTI FONTANINI *in indagandis veris aetatibus, & ſpuriis a veris diſtinquendis, vt eum ducem haec editio noſtra in notandis veris aetatibus praecipue habuerit. Ea tamen* (IV.) *vſus ſum libertate, vt in deſignandis his tum ab hoc, tum ab illis etiam receſſerim, ſi praegnantiores rationes hoc a me poſtularunt. Quam inſigne enim momentum poſitum ſit in vera aetate alicuius textus deſignanda, paſſim in ipſis obſeruationibus oſtendi, quae veram eius mentem ſententiamque ſaepe ſuppeditat, prout infra dicendum erit. Denique* (V.) *obſeruaui, nonnunquam Cardinalem eminentiſſimum capitula quaedam, a* GRATIANO *caſtrata, in ſua integritate referre, vt inde liqueat, vel ipſum quandoque ad fontes recurriſſe, & omiſſa ſuppleuiſſe: vel ante eum correctoriam quandam manum hinc inde ad decretum iam allatam, & tali codice emendatiori eum vſum fuiſſe quod ſaepe correctores Romani quaedam textui addant, quae iam in his libris quinque decretorum ſuppleta leguntur. Tandem* (VI.) *indices quinque ſubiecti laborem in collatione textuum inſtituta admodum alleuarunt, ſumma induſtria elaborati, quorum abſque ſubſidio parum vtilitatis haec noua editio habuiſſet, nec ad eam recurri potuiſſet, praeſertim, quod ſaepe capitula ſciderit Turrecremata. &*

ſciſ-

CAR. SEBAST. BERARDI *Presbyt. Vneliens. in Regio Athen. Iurisconsult. colleg. adscript. & iurisprudent. studiis in Regia Acad. Praefecti* in singulari libro: *Gratiani canones genuini ab apocryphis discreti, corrupti ad emendatiorum codicum fidem exacti, difficiliores commoda interpretatione illustrati. Taurini* MDCCLII. IV. T. 4to. Atque ex hac ipsa inscriptione satis intelligimus, quid vir eruditissimus suo opere praestare intenderit. Ac reuera non mediocri nobis ad editionem nostram liber isthic subsidio erit.

§. CI.

Satis igitur iam de merito Gratianeae collectionis toto dissertationis huius decursu a nobis disputatum est, allatis fere omnibus, quae in eadem aut commendatione, aut reprehensione digna videri possint, vt adeo, si nostram quidem de ea sententiam requiras, nisi iniqui simus iudices, ita pronunciandum existimemus: Gratianum pro aeui sui ratione, illaque Musis tam infesta temporum conditione, qua nihil bonis artibus ad soliditatem ac puritatem praesidii erat, satis doctum, solertem, adcuratumque fuisse collectorem, atque adeo quidquid fere in auctore ipso est vitii omne nascendo fuisse commissum, magisque volenti occasionem ac opportunitatem, quam aptitudinem defuisse.

§. CII.

Vnde seueriores aequo sunt illi, qui eidem hominis *stupidi*, (a) *imprudentisque descriptoris* notam inurere conantur, quibus duobus potissimum omnium fere, quae ab inuidis in eum coniiciuntur, calumniarum summa continetur. Licet enim & nos in multis aut parum aut nihil eum vidisse haud negemus, non tamen sua semper culpa caecutiit, quis enim in illius temporis tenebris videre quidquam potuerit? Hoc si tu Gratiano crimini des, idem agis, ac si irasci velis homini in obscuro loco nihil quidquam discernenti, eumque caecum dicere, si in illa caligine multa collegit, ordinauit, composuitque, quae dein adueniente luce parum apte disposita, aut non suis restituta locis reperiuntur. Sed ea multorum maledicentia est, vt quum multa possent inuenire, quibus scriptoris alicuius errores excusentur, illis tamen insuper habitis in mortuorum famam saeuire malint, magisque obtrectatorum, quam defensorum nomine gaudere. Certe vel librum hunc aperienti multa occurrent, quae ab homine stupido scripta fuisse minime videantur, hosque obtrectatores tam iniquos manifesto calumniae conuincant. Ad alterum quod attinet, nos quidem ipsi supra riuulos eum, relictis fontibus sequutum fuisse ostendimus, sed vnde

scissa capita diuersis locis retulerit, quae in indice capitulorum, ex verbis initialibus designatorum, repertu difficillima fuerunt, ex indice rerum, historico & geographico demum indaganda.

(a) ANT. AVGVST. L. I. *Dial. XVIII. p.* 269.

de hauriat aquas, cui fontes aut praeclusi sunt, aut ignoti? cuique nemo vnus dux sit, qui eos aut aperuit, aut ostendat? caeterum tamen vniuersim istud asseri haud potest, *adfert enim* (vt ait ANT. AVGVSTINVS) (*b*) *multa, quae in aliis collectionibus non inuenies, qualia sunt, quae post Burchardum, & Iuonem sunt nata, item multarum difficultatum solutiones.*

§. CIII.

Promeruit itaque Gratianus *magistri* (*a*) *doctoris* & *interpretis* (*b*) nomina, quibus & a veteribus, & a recentioribus saepe condecoratus est, neque opus ipsum variis illis encomiis, quibus passim insignitur, indignum est, veluti quum dicitur *liber vtique plurimum vtilis ad praedicandum, sermocinandum, & consulendum praecipue in foro conscientiae.* (*c*) Volumen *insigne*, (*d*) *opus nobile* (*e*) *& valde laboriosum* (*f*) vt alia plura, quae in eius commendationem hic adferri possent, silentio praeteream. (*g*)

§. CIV.

Atque hoc Gratiani decretum ab ipso Eugenio III. P. M. adprobatum, confirmatumque est, non eo quidem fine, vt vi legali polleret, sed vt ex eius recognitione, maiorem auctoritatem consequutum scholae vsibus inseruiret, cui insigne incrementum attulit, quod, vt supra diximus, academicorum honorum gradus ex eo tribuerentur, eiusque celebritas ingenti tum discentium, cum etiam docentium frequentia latius in dies diffunderetur. His enim veluti alis ad summum dignitatis fastigium euectum, ac illustratum ex academia Bononiensi in caeteras Italiae partes transiit, indeque in Galliae, Germaniaeque scholas penetrauit, in quibus publica praelectione nobile, *in omnium*, vt ait AVGVSTINVS, (*a*) *versabatur manibus, multorum interpretum illustrabatur lucubrationibus*

(*b*) *L. I. Dial. I. p.* 10.

(*a*) De isto quidem nomine Calend. Archigymn. Bon. & Conr. Vrsperg. loca a nobis supra allata certos nos reddunt. Consentit passim glossa communis.

(*b* De his vid. FLORENS l. c.

(*c*) S. ANTONIN. l. c.

(*d*) TRITHEM. *de script. ecclesiast. l.* I.

(*e*) TRITHEM. *in Chron. Hirsaug. l. c.*

(*f*) BELLARM. *de script. eccles. l. c.*

(*g*) Leguntur ista in TH. POPEBLOVNT *cens. celebr. Auct. in Grat.* OVDIN. *l. c.* MASTRICHT. l. c.

(*a*) *L. I. Dial. I. p.* 10.

nibus, referebatur denique in iudiciis omnibus, atque a theologis non minus, qu a iuris vtriusque peritis in pretio habebatur.

§. CV.

Iuuabit igitur Gratiani Glossatores ex GVID. PANCIROLO hic adduc re, alia forsan occasione plura de iis allaturi, sunt nimirum: LAVRENTIV patria *Cremensis*, VINCENTIVS CASTELLIONEVS *Mediolanensis*, HVG TIO, vel vt alii HVGO VERCELLIS, TANCREDVS A CORNET IOANNES SEMBCA *Teutonicus* qui horum omnium in decretum edi glossas reformauit, BARTHOLOMAEVS *Brixiensis*, qui nonnulla Ioan Teutonici glossis adiecit, quibus non modo illius errata notauit, sed vel omi suppleuit, vel quae postea immutata sunt, apposuit. Praeter hos duorum eti antiquiorum commentatorum mentionem passim iam fecimus, sunt nimiru GVIDO BAISIVS *Archidiaconus* vulgo dictus, qui *Rosarium*, interpretation scilicet & adnotationes in decretum Gratiani edidit, & IO. ANTONIVS a GEORGIO qui passim sub *Praepositi* nomine adduci solet, primam decreti pa tem exposuit.

§. CVI.

Quibus omnibus permoti antiquiorum plurimi etiam vim legalem, atq authenticam eidem asserere non dubitarunt, magno argumentorum apparatu de re disputantes. Volunt nimirum aliqui, quorum tamen exiguus est numeri illam EVGENII III. adprobationem eo valuisse, vt mox sub principium n tantum auctoritatem in scholis, sed vim etiam legalem ad omnes ecclesiae su ditos obligandos nactum sit, alii vero iique non mediocris auctoritatis viri, v & consuetudine, ac maxime deinde ex correctione SS. Pontificum legis auct ritatem adeptum putant; alii demum neque numero, neque auctoritate his i feriores in eam abeunt sententiam: decretum hoc quippe a priuato Monac priuatis auspiciis compilatum, de cuius praeterea receptione, aut confirmati ne authentica nihil quidquam idoneae demonstrationis adferri queat, de se toto suo complexu vim legis nullam habere, proindeque omnes in eo content canones, epistolas, caeteraque, eatenus fideles tenere obstrictos, quatenus fc tibus suis, e quibus a Gratiano desumta sunt, respondere intelliguntur.

§. CVII.

Haec sunt prima quaedam, vt ita dicam, lineamenta, quibus ostenc remus, quem in modum haec de auctoritate decreti materia historice p mum, ac dein etiam iuris ratione habita pertractanda esset; nos vero tempo angustiis prohibiti, quo minus id propositi pro dignitate exequeremur, ea summo duntaxat digito contactam relinquimus; quum etenim post paucos fc

ta

tasse menses de reliquis collectionibus contiuatam tractationem simus exhibituri, & quae de auctoritate decreti Gratiani hic adferenda essent, maxime ab iis pendeant, quae de reliquis corporis iuris canonici partibus nobis deinceps dicenda supersunt, aptius nos, opportuniusque eam disquisitionem singulari dissertationi *de auctoritate corporis iuris canonici generatim, & speciatim* tractaturae reseruaturos nos existimauimus, quae examinatis omnibus iuris canonici collectionibus a nobis tandem subiungetur.

§. CVIII.

Superest nunc, vt in eorum, quae de Gratiani collectione dicenda putauimus complementum etiam celebriores eiusdem editiones, quas in vrbis Vindobonensis bibliothecis, ac maxime quidem in bibliotheca Caesarea reperire potuimus, recenseamus, praetermissis tamen iis, quae sub communi corporis iuris canonici inscriptione, quippe cuius partem ipsum quoque decretum constituit, emanarunt, de his enim alio loco, vbi nimirum de omnibus, quibus constat collectionibus egerimus, nobis res erit, vt proinde illas decreti editiones hic duntaxat simus notaturi, quibus aut separatim, aut cum reliquis quidem corporis iuris canonici partibus attamen sub peculiari sua inscriptione decretum ist hoc prodiit.

§. CIX.

Sunt autem editiones, quae nunc sequuntur:

Antiquissima, omniumque prima Argentinae per HENR. EGGESTEIN 1471. fol. (*a*)

Moguntiae per PET. SCHOIFFER 1472. II. vol in fol. max. (*b*)

 Veneriis

(*a*) In fine: *Presens Gratiani decretum vna cum apparatu Barth. Brixiensis in suis distinctionibus, causis & consecrationibus bene visum & correctum. Artificiosa adinuencionis imprimendi absque vlla calami exaratione sic effigiatum, & ad laudem omnipotentis Dei est consummatum per venerabilem virum Heinricum Eggesteyn: artium liberalium magistrum ciuem inclite civitatis Argentin. An. Dom. DCCCCLXXI.* Inuenimus hanc edit. in biblioth. PP. Benedict. ad Scotos dictorum.

(*b*) Ab initio: *Incipit discordantium canonum concordia, ac primum de iure nature & humane constitutionis.* In fine: *Anno incarnationis Dominice MCCCCLXXII. Idib. Augustiis. Sanctissimo in Christo patre ac domino domino Sixto papa quarto pontifice maximo. Illustrissimo nobilissime domus Austrie Friderico Romanorum rege gloriosissimo, rerum dominis. Nobili nec non generoso Adolpho de Nassau, Archiepiscopatum gerente Moguntinensem in nobili Vrbe Moguncia, que nostros apud maiores aurea dicta, quam diuina etiam clementia dono gratuito pre ceteris terrarum nationibus arte impressoria dignata est illustrare, hoc presens Gratiani decretum suis cum rubricis, non atramentali penna cannaue, sed*

Venetiis per NICOL. IENSON 1477. fol. (*c*)
Basileae per MICH. WENSLER 1482. fol. (*d*)
Norimbergae per ANT. KOBVRGER 1483 fol. (*e*)
Argentinae per IO. GRÜNINGER 1484 fol. (*f*)
Venetiis per THOM. de BLAVIS 1486. fol. (*g*)
Basileae per MICH. WENSLER 1486. fol. (*h*)

Basileae

sed arte quadam ingeniosa imprimendi cuncti potente adspirante Deo Petrus Schoiffer de Gernsheym suis consignando scutis feliciter consummauit. Adnexa sunt arma gentilitia.

(*c*) Ab initio: *In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Incipit concordia discordantium canonum.* In fine: *Decretorum codex impressus singulari industria atque impensa Nicolai Ienson Gallici. Venet. MCCCCLXXVII. Sixto IV. pontifice maximo.*

(*d*) Ab initio: *Incipit, concordia discordantium canonum ac primum &c.* In fine: *Anno dominice incarnationis MCCCCLXXXII. nonis Septembribus. Sanctissimo in Christo patre ac domino domino Innocentio papa octauo pontifice maximo. Illustrissimo nobilissime Domus Austrie Friderico Romanorum rege gloriosissimo rerum dominis. Reuerendissimo in Christo patre domino Caspare in nobile vrbe Basilea aeris temperie ac fructuum redundantia iucundissima artis impressorie studiorumque gimnasiis haut parum omnipotentis gratuito munere sublimata episcopatum gerente suffragante diuina clementia, sine cuius ope nihil cite finitur hoc presens Graciani decretum vna cum apparatu Barth. Brixiens. in suis distinctionibus & causis bene visum & emendatum. Non atramentali penna cannaue, sed arte quadam ingeniosa imprimendi ad laudem omnipotentis Dei. Michael Wensler suis consignando armis feliciter consummauit.* Sequuntur arma gentilitia.

(*e*) Ab initio: *In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Incipit concordia discordantium canonum.* In fine: *Diuinus is ac insignis decretorum codex accuratissime impensis Antonii Koburger Nurenberge feliciter est consummatus. Anno Dominice incarnationis millesimo quadringentesimo octuagesimo tercio: pridie Kalendas Martias.*

(*f*) Ab initio: *Incipit concordia discordantium canonum ac primum &c.* In fine: *Diuinus iste ac insignis decretorum codex vna cum apparatu Barthol. Brixiens. accuratissime Johannis Grüninger impensis Argentine feliciter est consummatus. Anno nostre salutis millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto pridie nonas Septembris.*

(*g*) Ab initio: *In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Incipit concordia discordantium canonum: ac primum de iure constitutionis nature & humane.* In fine; *Diuinus decretorum codex impressus Venetiis impensa & diligentia Thome de Blauis de Alexandria feliciter explicit. Anno salutis Christiane millesimo CCCCLXXXVI. Julii. Innocentio quarto P. M. Marcho Barbarico inclyto Venetorum duce.*

(*h*) Eadem prorsus editio, quae supra not. d. nisi quod arma gentilitia in hac non sint adiecta.

Venetiis per BERNARD. de TRIDINO 1487. fol. (*i*)
Venetiis per BAPT. de TORTIS 1499. fol. (*k*)
Basileae per IO. AMERBACH. & IO. FROBEN. 1500. 4to. (*l*)

(*i*) Ab initio: *In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Incipit concordia discordantium canonum.* In fine: *Exactum insigne hoc atque praeclarum opus decreti. Impressum Venetiis per Bernardinum de Tridino. Anno salutis MCCCCLXXXVII. die IX. Augusti.*

(*k*) In fronte: *Decretum de Tortis:* Ab initio dist. I. *In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Incipit concordia discordantium canonum.* In fine: *Venetiis per Baptistam de Tortis MCCCCLXXXXIX. die XX. Aprilis.*

(*l*) In fronte: *Decretum Gratiani:*

Qui decreta patrum lector studiose cupiscis:
Correctum ingenti prorsus ab arte librum:
Multa hic & omni quadrantia parte decora:
Et lectum inuenies digna & amenaquidem
Plura nouata etiam: superaddita plura: notata
Margine: que poteris lector amare Vale.

Ab initio dist. I. *In nomine sancte & indiuidue Trinitatis: incipit concordia discordantium canonum facta & compilata per venerabilem fratrem magistrum Gratianum sacre pagine ac iurium professorem eximium.* In fine: SEBASTIANVS BRANT ad lectorem ita scribit: *Habes (vt opinor quemadmodum antea polliciti sumus lector egregie: opus climatum: omnique ex parte accurate, seduloque iterum examinatum. Id quod cum nostro honori: tum vel maxime vtilitati tue conducet. Est profecto in rem tuam optime lector comparare tanta bonitate refertum opusculum: decretum dico: tanta vigilantia: tanta lucubratione & opera perfectum: vt nihil sit: quod in eo diligens lector studiosaque inuentus deesse diminuteue positum fuisse conqueri queat. Quo munere non immerito felix nostra gaudebit Basilea (que cum omnigene litterature virorumque ingenio excellentium illustrata est copia: tum & librarie officine: impressorieque artis profulget industria sed & Germania nostra: & inprimis vnde nos oriundi sumus: superior: que hac nostra tempestate: non minus ingenio, doctrina, & prudentia: quam armis rebusque bellicis valet, valebitque: donec fata volent Romanum viuere regnum: Aut superesse viros cum probitate bonos. Deo optimo maximo gratia immortalis: qui hunc nobis finem bonum in vrbe insigni Basilea illustrissimo Maximiliano rege Romanorum inuictissimo sceptrum tenente: Alexandri sexti pontificis maximi anno octauo: per magistrum Johannem Amerbach & Johannem Froben de Hammelburg: impressorie artis primarios assectas: fidelesque operarios. Anno salutis M. CCCCC. Kal. Julii: feliciter consummatum contulit. Cui sit laus honor & victoria: per infinita seculorum, secula Amen. Vale Lector* Idem Sebastianus Brant in dedicat. ad Franciscum Lutzenburgensem Vesontionis metropolis archiepiscopum haec scribit: *Cogitanti interea mihi, atque sedulo*

Venetiis per BAPT. de TORTIS 1500. fol. (*m*)
Parisiis expensis & opera IO. PETIT, THIELMANNI KERVER, & IO. CABILLER 1506. 4to. (*n*)

Lugdu-

sedulo animo pertractanti: qua saltem via? me sui obseruantissimum tua splendidissime presulum princeps, sanctimonia cognoscere posset. Ecce subito insperatoque impressores nostri Johannes Amerbachius atque Johannes Froben de Hammelburg ciues Basileenses & nobis amicissimi: opus decretorum per Gratianum aliquem comportatum: elimandum mihi castigandumque exhibuere. Id quod pro mea virili: non absque ingenti labore onus, eo iucundius subii: quo diuo tuo id operis, auspicatoque nomini: atque ornatissimo splendori dedicare consecrareque certo certius statueram, comperiet profecto, in hac nostra repetita lectione, oculatissima tua perspicientia: plurima iucunda, tersa, annotata, ex omni quoque parte quadrantia: que nusquam aliis in quibuscunque etiam emendatissimis libris superaddita fuere: Querere distantes glosas plerosque fatigat: hoc opere ast folium vertere non opus est.

(*m*) Eadem in hac inscriptio, quae super not. 2. Et in fine: *Venetiis per Baptistam de Tortis M. CCCCC. die primo Augusti.*

(*n*) Inscriptio: *Decreti huius plenissimum argumentum. Consanguinitatis & affinitatis arbor istic imprimitur. Hic diuisiones domini Archidiaconi reperiuntur. Adduntur biblie capita caractere textuali impressa. Pregnans tabula pro glosarum medullis in marginibus positis. Perfecta canonum congregatio sub indice fidelissimo. Varia carmina totam breuiter materiam complectentia. Inest decretum abbreuiatum enigmata succincte resoluens. Seorsum concilia sunt hic, diuersis ex locis coadunata.*

Isthic si notulas vis suspectare priores:
Correctoris habes docti coognomen apertum.

Poenitentiales canones adduntur. Decretum aureum Domini Gratiani cum suo apparatu. Ab initio distinctionis primae: *Decretum aureum diui Gratiani: cuius titulus talis est. Incipit concordia discordantium canonum.* In fine: *In nomine sancte & indiuidue Trinitatis tripartitum Decreti aurei opus insigne atque laudabile, fideliter (vt lectio ipsa indicabit elimatum multis admodum aptis & vtilibus adiunctis: finem accepit in alma parisiensi academia, expensis & opera Johannis Petit & Thielmanni Keruer bibliopolarum parisiensium in vico diui Jacobi seiunctis hospitiis commorantium, & Johannis Cabiller mercatoris bene meriti Lugduni moram trahentis. Anno salutis millesimo quingentesimo sexto die XXI. Octobris.* IOANNES CHAPPVIS ad Thielmannum Keruer hanc epistolam dedit. *Tuis charissime Thielmanne hoc tempore sumus vigiliis & industria consecuti; quod per tot iam annos frequentissimis olim votis desiderabatur, vt aliquando decretum magnum paruo imprimendum volumine curares. Fecisti, quod omnes te facturum & pro strenuitate tua, & pro vniuersorum commoditate sperabamus. Et ne tue videreris inniti prudentie, eorum consilio, quos hac in re peritos autumasti, vsus, quod addendum & quibus-*

Lugduni per IAC. SACON 1509. fol. (*o*)
Parisiis 1510. 4to. (*p*)
Basileae per IO. AMERBACHIVM, IO. PETRVM, & IO. FROBENIVM 1512. fol. (*q*)

Pari-

busnam in locis nosse cupisti. Nec sat fuit ab amicorum penu aliquid frugiferum depromere, sed ab aliis depromta lutulenta sui, opico, vt muri non immerito offerri digna: & situ & squallore sedulis castigatoribus accitis vindicasti &c.

(*o*) Inscriptio: *Decretum Gratiani cum multis nouiter additis videlicet arbore consanguinitatis & affinitatis. Casibus litteralibus diuisionibus D. Archidiaconi: medullis glosarum in marginibus positis cum earum tabula. Concordantiis biblie, caractere textuali impressis, cum tabula omnium canonum & conciliorum cum canonibus totam materiam decreti continentibus cum decreto abbreuiato. Insuper cum margarita decreti.* Ab initio dist. 1. *Decretum aureum diui Gratiani. In quo est discordantium canonum concordia.* In fine: *In nomine sancte & indiuidue Trinitatis: tripartitum decreti aurei opus insigne atque laudabile: fideliter (vt lectio ipsa indicabit) elimatum. Multis admodum aptis & vtilibus adiunctis finem accepit in inclyta Lugduni vrbe per magistrum Jacobum Sacon Pedemontanum. Anno salutis; millesimo quingentesimo nono. die vero XXV. Augusti.*

(*p*) Haec editio conuenit cum illa, quae ibidem anno 1506. fuit edita. vid. not. n.

(*q*) Ab initio: *Decretum Gratiani cum glosis domini Johannis Theutonici prepositi Alberstatensis, & annotationibus Barth. Brixiensis: Diuisionibus Archidiaconi: casibus a Bened. compositis per Barthol. Brixiens. correctis & pro clariore intellectu pluribus in locis extensis: cum concordia ad bibliam: tabula marginalium glosularum, omnium canonum & conciliorum. Margarita decreti: additione in margine literarum: quo minusculi caracteres lineis interceptis citius legenti appareant.* In fine: *Hoc excellentissimum decretorum opus: multis vigiliis & accurata castigatione pristino nitori integritatique restitutum suppletis, que deerant, & emaculatis que mendosa conspiciebantur: ac proinde multis vulnerum millibus curatis: Johannes Amerbachius, Jo. Peter, & Joannes Frobenius Hamelburgensis, ciues Basilienses, communi impensa Basilee excuderunt. Mense Maio M. D. XII. Julio II. P. M. & Maximiliano Aug. regnantibus.* B. RHENANVS de hac edit. ita praefatus est: *Si Valerius ille Probus magnam antiquitus est laudem assecutus, quod contractis plurimis vetustissimorum exemplaribus: que deprauata erant: emaculare, atque castigare tentauerit, quo non honore Johannes Amerbachius suauissime lector dignus censebitur, qui pregrande decretorum Gratiani opus nuperrime excusurus, cum illud recognoscendum duxisset (nihil enim temere, atque illotis quod aiunt pedibus aggredi solet. dii boni quam insignes manifestariosque errores in illo comperit. Nam glosuras Johannis Theutonici & Bartholomei Brixiensis non modo erratis scatentes, sed & truncatas inuenit, nominibus tam celebrium Jurisconsultorum sepissime dispunctis. Allegationum insuper numeros tam adulteratos comperit, vt decimus quisque vix certus verusque extiterit. Quid de dictionum inuersione referam,*

que

Parisiis 1512. 4to.(*r*)
Venetiis per LVCAM ANTON. de GIVNTA 1514. 4to. (*s*)
Lugduni per FRANCISC. FRADIN 1515. fol. (*t*)
Lugduni per eund. 1517. (*u*)

Parisi

que non tam in glosariis, quam in ipso contextu creberrima inuenta est, que ob rem nunc ad antiqua exemplaria & illud maxime, quod Moguntie olim pr cusum est, cum impressoria ars id loci felicissimis Germanorum auspiciis prim exerceri coepisset, confugere opus fuit, ipsos adire, Christianos scilicet doct res, vnde hec velut riuuli quidam promanant. Quare dulcissime lector hoc dec torum opus tam laboriosa castigatione a Johanne Amerbachio recognitum, a Johanne Frobenio Hamelburgensi venustissimis typis informatum, cura t quam familiarissimum facere.

(*r*) Eadem rursus editio cum illa, de qua iam in not. n. dictum.

(*s*) Haec editio eadem habet, quae illa in not. q. allata. In fine autem haec guntur. *Hoc excellentissimum decretorum opus: multis vigiliis & accurata stigatione pristino nitori integritatique restitutum suppletis, que deerant emaculatis, que mendosa conspiciebantur: ac proinde multis vulnerum mill curatis, & vt omni ex parte splendidum redderetur, figuris adeo exacte lin tis pictum, vt nihil in ipsis praeter spiritum videatur desiderari. Lucas A tonius de Guinta Florentinus Venetiis impressit.* Anno *salutis MDXIV.* xx. *Maii Leone decimo Pontifice maximo sanctissimoque & Venetiis Leona Lauretano serenissimo Principe.*

(*t*) Ab initio: *Decreti huius plenissimum argumentum.* F*idelissime imprimitur i decretum Gratiani.* R*eperiuntur hic diuisiones domini Archidiaconi.* A*r consanguinitatis & affinitatis bellule imprimitur.* N*otabilia plura vtilissima Archidiacono depromta. Casus literales extant sub conuenienti situatione.* I*primuntur concordantie biblie charactere textuali. Sub indice fidelissimo omni canonum congregatio.* C*armina lucida totam materiam complectentia.* V*t insuper libellus, qui margarita decreti vocatur. Seorsum concilia sunt hic diu sis ex locis coadunata.* F*idelis tabula pro glosarum medullis in marginibus p tarum.* R*epertorium dictionum in margarita contentarum.* A*ccurata casti tione pristino nitori restitutum est.* D*ictiones ac glosse multe nuper transpo suis locis restituuntur.* I*nnumerabiles allegationes mendose hic verificantur.* I *mihi credito: sed perlegendo cognoscas. Istic in rotulas vis suspectare Cons geminum priores, pressoris nomen habebis.* In fine: *In inclyta vrbe Lugd opera Francisci Fradin. impressoris non infimi. Impensis vero Aymonis de Po ciuis & mercatoris eiusdem vrbis. Anno salutis MCCCCCXV. die vero XXXI Mensis Maii.*

(*u*) Ab initio: Eadem prorsus, quae prior; sed haec accessere. *Addidimus vl priorem impressionem nostram concordantias iuris ciuilis ad ius canonicum, nitori pristino restituimus glosas variis in locis mendosas, ac allegationes p res corrigendo.* In fine: *Hoc excellentissimum decretorum opus, multis vi liis & accurata castigatione pristino nitori integritatique restitutum. Sup tis que deerant, & emaculatis, que mendosa conspiciebantur, ac proinde mu vul*

Parisiis 1518. 4to. (x)

Lugduni per HVGONEM & Heredes AEMONIS a PORTA 1541. fol. (y)

Lugduni per eosdem 1548. fol. (z)

Lug-

vulnerum millibus curatis: in inclyta vrbe Lugdun. finem accepit opera Franc. Fradin. impressoris seduli, impensis vero probi viri Aymonis de Porta ciuis & mercatoris eiusdem vrbis. Anno M. D. XVII.

(x) Eadem rursus cum edit. Parisiensi de anno 1506. (vid. not. n.) nisi quod sequentia addita: *Multiplicate insuper locupletes concordantie nouiter annectuntur: Allegationum quoque innumere ex glosis mende inserta vera origine deterguntur.*

(y) Inscriptio: *Decretum. Decretum Gratiani ab innumeris propemendis, quibus incuria temporum & in glosis & in textu passim scatebat, non sine labore grauissimo repurgatum, cum canonibus penitentialibus. Appositi sunt item canones sanctorum Apostolorum per Clementem in vnum congesti.* HVGO & HAEREDES AEMONIS A PORTA ita praefantur: *Quae nos ratio impulerit, vt primam huius voluminis faciem omni prope ex parte dissimilem antea excusis recudendam curaremus, optime lector numero cognosce. Paucis abhinc annis Franciscus Fradinus, ex cuius officina ingens vtriusque iuris librorum vis, tum nostris, tum nostrorum maiorum sumptibus in publicum prodierat, mortem obiit: cui postea filius, non indiligenter a patre typographicam artem edoctus, non ita diu superstes fuit. Itaque huius familiae typographo destituti, tamen omnibus iisdem nihilominus operis vtentes, quas ille iam diu conduxerat, cum libros nobis ab eo excusos recudere pararemus, ipsumque Fradini nomen fato coacti mutaremus, non inconsultum visum est vna quoque primae faciei notam commutare. Verum id a nobis ita sedulo factum est, vt polliceri non dubitemus hoc nostrum factum ad vtriusque iuris studiosorum vtilitatem redundaturum. Nam tametsi in superioribus editionibus nos, nostrique maiores plurimum tribuerimus operae, ac nulli vnquam sumptui pepercerimus, quo scilicet in hominum manus a Fradino quam emendatissimi libri venirent: sic nos tamen in reliquum optime lector comparamus, manibus pedibusque obnixe vt conemur nos ipsos, nostrosque omnes, qui annis antecesserunt, si quo modo id consequi possumus vincere, si quidem antea tantummodo nonnullum rei familiaris periculum faciebamus: hoc vero tempore cum libri nostro sumptu, nostro nomine, nostro denique insigni in publicum exeant, sintque doctorum hominum iudicium subituri, famae, quae nobis multo est charissima, fortunarumque in discrimen adducimur. Quare si qua est olim a nobis adhibita diligentia, quo iuris vtriusque studiosis auxilium afferre possemus, nunc profecto eam vincere omnibus neruis contendemus. Vale.*

(z) Inscriptio: *Decretum diui Gratiani totius propemodum iuris canonici compendium, summorumque pontificum decreta atque praeiudicia, cum his omnibus, que simul excudi vtile fuit. Accesserunt insuper non paucae, nec mediocriter vtiles, cum variis varie scribentium praelectionibus, praeclarae annotationes. Et quod omnium maximum fuit, cum in textu, tum in glossis multitudine innume-*

Lugduni 1554. fol. (*aa*)
Lugduni 1554. 4to. (*bb*)
Lugduni 1555. 12mo. (*cc*)
Lugduni 1559. 4to. (*dd*)
Parisiis 1561. fol. (*ee*)
Antuerpiae ex Officina Christoph. Plantini 1570. 8vo. (*ff*)

Vene-

numeris resignatis mendis vetustissimorum quorumque exemplarium genuinae lectioni, doctissimorum opera summa prece pretioque multo feliciter omnia restituta. Quae omnia nunc recens typis & forma venustioribus, & fideliori nempe labore elegantiora, illustrioraque multo sunt reddita.

(*aa*) Inscriptio: *Decretum diui Gratiani totius propemodum iuris canonici compendium, summorumque pontificum decreta, atque praeiudicia vna cum variis scribentium glosis & expositionibus: que omnia pristino suo nitori restituta fuerunt ad fidem veterum codicum.*

(*bb*) Inscriptio: *Decretum D. Gratiani vniuersi iuris canonici pontificias constitutiones & canonicas, breui compendio complectens vna cum glosis & thematibus prudentum & doctorum suffragio comprobatis, resectis vero nothis absurdis, difficilibus, iisdemque ad rem minime pertinentibus, ineptarumque summarum & annotationum pseudographiis. Textu denique sue integritati restituto & glosis receptis a vitio repurgatis. Opera & censura doctifs. homin. & prece & precio conducta.*

(*cc*) Inscriptio: *Decreta scriptorum Ecclesiasticorum, conciliorum & Romanorum Pontificum Dn. Gratiani opera congesta, suasque in classes distributa: & succinctis* ANTONII DEMOCHARIS *παρατιτλοίς illustrata. Vna cum duobus locupletissimis indicibus ad expeditam canonum rerumque insigniorum inuentionem plurimum profuturis.*

(*dd*) Haec editio respondet illi, quam in not. bb. recensuimus.

(*ee*) Inscriptio: *Decretum Gratiani, seu verius decretorum canonicorum collectanea, ab ipso auctore Gratiano primum inscripta, concordia discordantium canonum ex diuite illa scriptorum Ecclesiasticorum, summorum Pontificum, conciliorumque oecumenicorum suppellectile, eiusdem Gratiani labore concinnata & in suas classes digesta. Praefixa sunt ab* ANTONIO DEMOCHARE *Sorbonicae Academiae collega, singulis fere distinctionibus παρατιτλα quaedam, summam totius rei succincte complectentia. Additi sunt insuper ab eodem passim ad marginem librorum & capitum, ex quibus ista decretorum farrago compacta est, numeri indicatorii. Non sine amplissimis tum canonum ipsorum, tum rerum in glossis maxime insignium indicibus alphabeticis.*

(*ff*) Inscriptio: *Decretorum canonicorum collectanea: ex diuite illa scriptorum Ecclesiasticorum, summorum Pontificum, conciliorumque oecumenicorum supellectile, D. Gratiani labore concinnata, & in suas classes digesta. Praefixa sunt ab* ANTONIO DEMOCHARE *singulis fere distinctionibus & causarum quaestioni-*

bus

Venetiis 1572. 4to. (*gg*)
Antuerpiae 1573. fol. (*hh*)
Romae iuſſu GREGORII XIII. P. M. 1582. fol. (*ii*) Quae deinde Correct. Rom. editio ſaepiſſime in diuerſis omnis Europae locis recuſa vnice in vſu eſſe coepit. (*kk*)

Atque hic finem imponimus recenſendis decreti Gratiani editionibus (*ll*), alias vero plures praeter has alia occaſione nobis occurrentes in ſequentibus diſſertationibus diligenter adnotaturi.

§. CX.

De variis decreti noſtri editionibus poſteaquam hactenus actum eſt, non incongruum videtur de his etiam MSS. (*a*) quorum ſaepe iam meminimus, pauca

bus παρατιτλα ſummam rei ſuccincte complectentia. Nec non ad marginem additi librorum & capitum, ex quibus iſta Decretorum farrago compacta eſt, numeri indicatorii. Haec eſt illa editio Contii de qua ſupra.

(*gg*) Inſcriptio: *Decretum Gratiani vniuerſi iuris canonici Pontificias conſtitutiones & canonicas breui compendio complectens. Vna cum gloſſis, epitomis & thematibus ac multorum iurisprudentum tam ad textum, quam ad gloſſas adnotationibus illuſtratum: ſummoque ſtudio nunc recens a mendis & praeſertim a tribulis ac ſpinis, (quae in hoc ſacratiſſimo iuris canonici agro in fermento malitiae, & nequitiae in marginibus ab haereticis ſeminatae fuerant, expurgatum.*

(*hh*) Haec editio prorſus non differt ab ea, de qua in not. ee. attulimus.

(*ii*) Exhibet haec editio *decretum Gratiani emendatum & notationibus illuſtratum vna cum gloſſis.* Plura de hac ſupra diximus.

(*kk*) Ita quidem incidi in editt. Venet. 1584. 4to. Lugd. 1584. fol. Venet. 1591. 1595. & 1600. 4to. Lugd. 1600. fol. Paris. 1612. fol. quae omnes decretum Gratiani ex correct. Rom. exhibent. Prae caeteris tamen adnotari meretur editio illa, quae Gratiani decretum habet *con-iunctis doctiſſimis ad omnes iuris canonici partes additionibus praeclariſſ. Juriſconſ. D. Auguſtini Carauitae Patrit. Ebolit. & in ſacr. Reg. Conſ. Neap. Conſil. D. Andr. Alciati Patrit. Mediol. & Jurec. praeſtantiſſ. D. Proſperi Carauitae Patrit. Ebolit. & Juriſc. celeberr. D. Marcelli Francolini Presbyt. & doctoris Bodiani ac nunc recens in volumen congeſtis. Venet. ap. Juntas* 1615. 4*to.*

(*ll*) De his enim, quas nondum inſpicere mihi licuit conf. FABRIC. *in Bibl. Graec. T. XI. L. VI. c. I. n.* 20. *p.* 89. & in *Bibl. infim. & med. latinit. ſub voc. Grat.* LIPEN *Bibl. iurid. ſub articul. canonic. ius* & paſſim alii ſcriptores rem librariam pertractantes.

(*a*) Praeter hos & alia quaedam MSS. ad Gratiani decretum facientia reperiuntur, quae inter vnus eſt codex Bibliothecae Eugenianae membranaceus in fol. max. Archidiaconi Roſarium eodem tempore, quo alter decretum Gratiani exhibens conſcriptus. Deinde codex Caeſareus chartaceus olim Ambraſianus qui eſt in *claſſ. iur. canon.*

pauca quaedam adferre, ampliorem ea de re agendi occasionem nacturi vbi, quam molimur corporis iuris editionem perfecerimus. Haec quod in Augusta nobis bibliotheca perlustrare licuerit, debemus, Viro eruditione clarissimo AD. FRANCISC. KOLLARIO, cui etiam publicas idcirco gratias hic persoluimus.

canon. CXXXV. complectens. Epitomen materiarum quae in decreto Gratiani tractantur alphabeticam. Anonymi epitomen decreti Gratiani cuius prooemium incipit hunc in modum: *Incipit materia decreti plus notata. Aristoteles in suis moralibus dicit, quod iustitia est praeclarissima virtutum.* In fine istius epitomae legitur: *explicit liber per Jacobum Sycrehowitz de Cremsier Anno LXXIIII. in Podiebrad.* Aliam epitomen decreti sed superiore breuiorem. Rursum aliam epitomen Decreti metrica, cuius initium hoc est: *Dante Deo metris decretum trado trecentis.* Reliqui etiam codices praeter alias diuersi generis materias hic illic aliqua tantummodo continent, quae ad Gratiani decretum pertinere intelliguntur. Talis est chartaceus vnus quo continetur: *in iur. can. class.* LVIII. Index seu Registrum alphabeticum in decretum Gratiani, cuius initium *Abbas habet conferre tonsuram dist.* 69. *tonsura.* Et tractatus concordanciarum Biblie ad decretum, & decretales Domini Johannis Calendrini (sic perperam pro Calderini), cuius initium: *Seriem huius tabulae continentis auctoritates.* Dein membranaceus in *Jur. can. class. LIX.* in quo inuenitur *Epitome, seu flores decreti Gratiani.* Incipit: *Humanum genus.* In fine huius codicis extant inscriptiones huiusmodi: *Liber Magistri Casparis Kaminer de Ratispona positus in pignus, & in locum Institutionum. Ego Caspar Kamhuer de Ratisb. publice recognosco, quod consensu & voluntate Reuerendi in Christo Patris & Domini Domini Philippi Abbatis Monasterii in Waldensach accommodatum habeo librum institutionum Justiniani Imperat. in cuius pignus librum praesentem, vt praescriptum est, posui. Et nihilominus istius restitutionem hunc eundem ad nutum eiusdem Domini & Conuentus ibidem restituere promitto, nisi aliud ab eiusdem obtinuero. In quorum fidem & testimonium premissa manu mea propria scripsi.* Chartaceus alius *in class. iur. canon. CXVII.* complectitur WERNERI DE SCHVSSENRIED S. Germani Spirae Canonici epitomen Decreti Gratiani hexametro carmine, cuius initium: *vt videat quisque diuinum ius hominisque.* In fine auctor pandit nomen suum his versibus:

Wernherus monstrat, vt sic distinctio fiat.
Sancti Germani Spire Canonicus,
Cuius erat patria Schuscinriedt in Sueuia.

Habetur ibidem praeterea BARTHOLOMAEI *Brixiensis* Apparatus seu glossae in decretum Gratiani; In fine extat haec subscriptio. *Anno Domini MCCCCLXXIX. in professo sanctorum Bonifacii Martyris, & sociorum eius in Grez.* Inserta etiam est Epitome decreti Gratiani a distinct. I. de consecratione, vsque ad V. Pluribus de his & aliis omnibus agemus, vbi communibus virorum doctissimorum humanitatis officiis adiuti Bibliothecam quandam Iuris canonici praecipue recentioris MSStam Vindobonensem publici iuris fecerimus.

ius. Itaque breui descriptione singulos hos codices MSS. attingemus. Eo-n vnus, quem Cod. Caes. primum appellauimus, membranaceus est, cae-orumque omnium antiquissimus, saeculo scilicet vt videtur XIII., aut etiam e illud conscriptus Abrumpitur vero ad dist. IV. can. 18. de consecrat. iqnis foliis deperditis Glossae Bartholomaei Brixiensis ad primum dunta-folium adscripti sunt saeculi, quantum quidem coniicere licet XV. sequun-deinde folia complura, in quibus praeter deletarum adnotationum vestigia aedam nihil extat, quibus tandem succedunt alia varia glossis a diuersa denuo nu, quae tamen ab illa ipsa, quae notas conscripserat tempore multum dif-re non videtur, adiectis repleta.

§. CXI.

Codex alter, quem Cod Caes. secundum diximus, membranaceus quo-e, pariter saeculo XIII. aut certe XIV. recentior non est. Adiectae sunt ossae perpetuae Bartholomaei Brixiens. sed ab alia vt videtur manu, quam ae codicem ipsum exarauerat, adnexa simul in fine explicatione nonnullarum toriarum, quae in decreto referuntur itidem a Barthol. Brixiensi, vt prae-io docet, cuius initium est huiusmodi: *Licet merita scientia non respondeat, opus aliquod sufficiat adimplere, ego tamen Bartholomaeus Brixiensis &c.* Id ge-s expositio in aliis tum MSS. cum etiam editionibus a me visis nusquam ex-. Adiuncta praeterea est Epitome totius decreti, quae in vulgatis habetur. timae paginae haec verba inscripta sunt: *Iste liber decretorum & filiorum, est redum quondam magistri Remboldi Vener. de Ganunda mihi Nicolao Vener. suo rmano ad tempus vite mee duntaxat per eundem commodatus.*

§. CXII.

Tertius denique codex Vniuersitatis a nobis supra compellatus, quod n eadem Bibliotheca Caesareae non ita pridem accesserit, membranaceus ex culo XIII. aut exordio XIV. esse videtur, conscriptus a duplici manu, aeta-tamen, quantum quidem indicari potest, non magnopere differente. Defi-nt in illo nonnulla post C. II. q. 6. c *biduum* a verbis: *vt altera die vel tertia* . vsque ad C. III. q. 11. & post C. XI q. 3. c. 44. vsque ad C. XVI. q. 1. c. . quae tamen omnia per aliam manum ex saeculo, vt fere apparet XV. par-i in papyro, partim in membrana suppleta leguntur Adiectae sunt ad pri-m tantum folium notae memorati iam saepius Barthol. Brixiensis, quae in uentibus deinceps non leguntur.

§ CXIII.

Codex tandem Caes Eugenianus (est enim cum Eugeniana bibliotheca Caesaream translatus) itidem membranaceus Decretum Gratiani indubitate c. XV. aut XVI. ad finem vergente exaratum folio maiore cum notis perpe-

tuis Barth. Brixienſis exhibet, magno tum folii, cum characteris, cum eti externi ornatus nitore, ac venuſtate ſeſe commendans, ſed quod dolendum e mancus; deſinit enim iam in parte II. C. XII. q. 5. quare, quum in iis mater quae hoc in codice deinceps deficiunt per C. C. O. vt ſupra diximus codi omnes conſentire denotamus, priores tres duntaxat intelligendos eſſe per manifeſtum eſt. Atque hi ſunt quatuor illi codices, quibus vſi ſumus, cae ra, quae in his attentione digna videri poſſunt, ſuo loco iam attigimus.

Animadverſiones Editoris.

Ad §. 16. Provocat hic Auctor, uti et BOEHMERUS aliquoties *in L praefixa Decreto Gratiani* fecit, ad *Calendarium Bononienſe.* Obſeruandum men hic putavi, illud non omnino indubitatae fidei haberi a Celeb. HAEBE LINIO *in Praefat. Hiſt. Tom. 8. f. XXII.*, uti et MOSHEIMIO *Inſtit. Hiſ Eccleſ. Sec. XII. C. 1. §. 6. p. 453. not. e.* Immo huic multo magis, eoq ARGELATUS, dum ederet opera SIGONII, illud integrum ſubnectere I ſertationi SIGONII *de ſtudiis Bononienſibus* promiſerit, quo inſuper habito ab eo, nec alio quoquam hucusque integrum editum ſit: ſed haec ſane r ejusdem fidem non enervare ſatis videtur. In eo tamen omnino recte reſp det HAEBERLIN Göttingenſibus *Praefat. cit. f. XXVII.*, quod ex nullo Calendarii loco demonſtrari poſſit, EUGENIUM III. expreſſis verbis imper ut Decretum Gratiani publice in Academia Bononienſi praelegeretur, cum cunque textus citati Calendarii, prout hactenus in operibus SIGONII e extant, plus quidpiam nil dicant, niſi veniam Decreti publice explanandi EVGENIO conceſſam: de mandato vero quopiam id ipſum faciendi nil tineant; quam in rem confer verba ipſa, uti praeter alios recitantur à RI GERO *ſſ. cit. et ſeqq.*

Ad §. 17. Legiſtas Decretiſtis oppoſitos fuiſſe, ut ait ritè Auctor, tet ex variis teſtimoniis ab HEINECCIO *in Hiſt. Jur. L. 2. ſſ. LXIV.* re tis; uti, quod 1179. in celebri cauſa inter *Volcmarum* et *Rudolphum* ob Ar Epiſcopatum Trevirenſem inter ſeſe diſſidentes, pro cauſſa *Volcmari* ſtare ceretur *juſtitia Canonum*, cum Legiſtae pro parte Rudolphi *Legum jura* mili aſſererent. Mirum tamen, quod aliqua ratione confundi utrumque vide apud ARNOLD. LUBEC. *Chron. Slav. L. 3. C. 5.*; ubi, dum Danos lau ſet, quod nobiles juvenes Pariſios mittere ſoliti eſſent literis imbuendos, dit: *ſiquidem propter naturalem linguae celeritatem non ſolum in argumentis dia cis ſubtiles inveniuntur, ſed etiam in negotiis Eccleſiaſticis tractandis boni Decre ſive Legiſtae comprobantur.* Senſus tamen videtur eſſe, quod negotiis iſtis dexteritate ſive Canones ex Decreto, ſive Leges applicare queant.

IV. P

IV.

PAULI RIEGGER IC.
&c. &c.

PRAEFATIO
AD
OPERA INNOCENTII CIRONII.
RECVSA
Vindobonae MDCCLXI.

Quum INNOCENTII CIRONII professoris quondam apud Tolosanos celeberrimi paratitla in decretalium GREGORII IX. libros recusa in lucem proferimus, non est, cur vino alioqui vendibili hederam suspendere, aut rem de se commendatissimam magis commendare nitamur. Quis enim reperiri poterit in iurisprudentia ecclesiastica vel tenuiter versatus, cui exploratum non sit, nihil hoc libro ad ius canonicum ex genuinis suis principiis hauriendum adcommodatius, nihil ad perfectam decretalium intelligentiam desideratius, nihil ad solidam iuris ecclesiastici, eiusque vicissitudinum cognitionem plenius, aut vberius esse posse? Exhibet enimuero praestantissimum illud opus in compendio ad quemuis decretalium titulum ecclesiasticam omnis aeui disciplinam, & dum nobis illos, quos fidelis populus quouis tempore prae se tulit mores, ostendit, limpidissimos simul vniuersae iurisprudentiae ecclesiasticae fontes recludit; quamquam eosdem praeteritorum seculorum vitio nonnunquam turbari contigerit. Vnde potius laetandum mihi esse existimo, quod a nonnullis gratiam inire me sperem, quibus auctorem supperem suppedito eum, quem praeter ceteras illas dotes haud vulgares raritas ipsa adeo commendat, vt non in Germania tantum nostra, sed vel in ipsa Gallia, quantamcunque etiam sumptuum profusionem facere libuisset, a nobis necquicquam quaereretur.

Ego vero in hac editione, quam ex Bibliotheca Augusta, & Garelliana in Collegio Thereſiano produco, nihil aliud opus esse censui, quam in id enixe incumbere, vt praesens eruditissimi viri labor, quantum fieri posset, maculis

suis

ſuis expurgatus prodiret, & contextus ipſe alioqui vno filo cohaerens quibusdam vbique quaſi notis ad commodiorem legentium vſum diſtingueretur.

Neque tamen aut vitam Cironii, aut ſcripta ex editis hiſtoriae literariae ſcriptorum monumentis recenſere neceſſum eſt, propterea quod de illa pauca omnino conſtent, (a) haec vero ſuo ordine, & tempore omnia typis euulgaturos nos eſſe fidem faciamus.

Non ineptum fortaſſis praeterea cuidam videri poſſet, aut a propoſito noſtro alienum, ſi de παρατίτλων etymologia, & vera eorum ſignificatione criticam quamdam diſquiſitionem inſtituere in animum induceremus. Sed quoniam res haec & minoris eſt vtilitatis, & a viris eruditiſſimis IOANNE a COSTA, (b) AEGIDIO MENAGIO, (c) aliiſque quamplurimis ſatis ſuperque iam exagitata, ne crambem recoctam appoſuiſſe videremur, lectores rerum illarum ſtudioſos ad laudatos a nobis auctores remittimus.

Ergo pro recepto inter eruditos more nihil praefabimur, nec veſtibulum exornabimus, quo ſpectatores conſpecto atrii decore ad videndam ipſius domus pulchritudinem inuitentur? Id profecto nec honorificum ſatis, nec noſtrae, qua nunc fungimur, editoris conditioni conueniens foret.

Vt itaque non omnino ἀσύμβολος cum hoc Cironii opere in publicum prodiiſſe dicendus ſim, nonnulla, quantum quidem per ſummas, quibus arctamur, temporum anguſtias fieri poterit, adferre iuuabit, quae *ad hiſtoriam receptionis corporis iuris canonici in Germania praeſertim* pertinent. Quod & argumentum huiusmodi non tritum adeo, minimeque vulgare ſit, & cum Cironii paratitlis ita connexum, vt viam quaſi ad perfectam eorundem cognitionem ſternere iure merito videatur.

Omnibus, quibus aliqua hiſtoriae iuris ciuilis Romani notitia comparata eſt, perſpectum eſſe cenſeo, in Italia Romanarum legum vſum ſemper aliquem fuiſſe.

Licet enim cum Seculo V. ipſius Iuſtinianei, Theodoſianique textus ſtudium exſpirarit, id tamen effici nequaquam potuit, vt non compendia quaedam ſatis ſyſtematica vel domeſticos inter parietes priuata induſtria peruoluerentur, vel etiam publice in ſcholis praelegerentur. (d)

Feli-

(a) Quaecunque tamen a nobis reperiri poterunt huc pertinentia, in praefatione ad HONORII III. P. quintam decretalium compilationem, quae eiuſdem Cironii ſtudio lucem viderat, proxime a nobis recudendam adducentur.

(b) In praefatione ad ſummaria ad IX. priores titulos lib. I. Decretalium.

(c) In amoenitatibus iuris ciuilis cap. 15.

(d) Vide eleganter hac de re diſſerentem V. C. MARTINIVM ord. hiſt. iur. ciu. c. VIII. §. 23 - 38.

Felicius longe Seculum XII. iurisprudentiae Romanae illuxit, cuius sub primordia non solum WERNERII & LANFRANCI opera, & voce ipse digestorum, codicis, & nouellarum textus in cathedra Bononiensi reuixit; verum etiam LOTHARIVS Caesar non multo post tempore collegium Bononiense creandi legum equites facultate insigniuit. (a)

Quo factum est, vt selecta omnis Germaniae iuuentus in Italiam ad Wernerii doctrinam tamquam ad sublatum quoddam Phidiae signum conuolaret, Italiamque vt verae doctrinae domicilium auidissime peteret, quum & summis illos praerogatiuis honorari intelligeret, (b) quos legum Romanarum studium huc aduocasset, & in sua patria non inueniret, quo ingentem illam, qua in exteram hanc iurisprudentiam ferebatur, cupiditatem explere posset.

Equidem haud ibo inficias, in Germania nostra iam ante Seculum XII. quamdam iuris ciuilis Theodosiani, imo & Iustinianei notitiam viguisse, id quod REGINONIS, & BVRCHARDI Germanorum collectiones ecclesiasticae abunde ostendunt; sed tamen vel haec ipsa iuris Romani cognitio obscura satis erat, & suis implicata difficultatibus, quum non ex suis fontibus, sed ex eorum, quorum supra meminimus, compendiorum riuulis hauriretur, & ipsis Germanis proprium suum erat ius ciuile, suae consuetudines, suorumque Principum constitutiones, quibus se veluti glebae adscriptos profitebantur, ita prorsus, vt reiectis iurium subtilitatibus omnia illorum negotia ciuilia viri boni arbitrium dirimeret.

Alia longe iuris ecclesiastici in Germania erat ratio. Sacrorum canonum praesidio maxima haec Europae pars nullo vnquam tempore carebat, simul enim orthodoxa religio in his terris lucem suam diffudit, simul etiam morum optimorum, & disciplinae ecclesiasticae laudem in easdem inuexit. Testatur id conciliorum, & synodorum frequentia, quibus omnis late Germania inclaruit. Testantur id scripta RHABANI MAVRI, quibus Germanicae ecclesiae statum accuratissime depictum videmus; testantur denique id canonum collectiones, ibidem susceptae, regumque Francorum capitularia, externam potissimum ecclesiae disciplinam dirigentia.

Quin ea fuit iurisprudentiae ecclesiasticae apud Germanos obseruantia, id studium, vt incredibili omnium consensu spuriae ISIDORI merces (c) a RICVLFO episcopo Moguntino ex Hispania in Gallias primum inuectae veluti opus auctoritatis plenum reciperentur: ita quidem, vt anno 906. REGI-

(a) Conf. loc. cit. §. 38. seqq.

(b) IAC. MIDDENDORP. de priuil. acad. L. IV. p. II. Io. SAL. BRVNQVEL. Hist. iur. Rom. Germ. P. III. memb. II. c. 10. §. 9.

(c) HINCMAR. RHEMENS. aduers. Hincmarum Laudunens. c. 24.

NO abbas Prumienſis, & BVRCHARDVS Wormatienſis epiſcopus a. 1020. in ſuis canonum collectionibus omnem iisdem fidem adhibuerint.

His rebus ita comparatis, quum circa medium ſeculi XII. iuuentus vndique Bononiam ad Irnerianam iuris ſcholam confluеret, quid mirum, ſi eadem occaſione Gratiani quoque decretum magni facere, omnibusque aliis canonum collectionibus praeferre coepit? Nam quum illud 1151 ab EVGENIO III. P. magna cum ſui commendatione ad ſcholam Bononienſem mitteretur, & ab eodem, vt ex CALENDARIO *archigymn. Bononiens.* (a) colligere licet, decretorum doctores iis, qui legiſtas ſeſe profitebantur, exaequarentur, imo etiam, prouti ibidem adnotatum legitur, illi his *tanquam digniores propter diuinum ius, quod pertractant, praeferrentur;* facile iudicatu eſt, cur iuuenes vel alterutrum, vel vtrumque doctoris gradum ambientes Gratianum vnice in deliciis habuerint. (b)

Quum enim is omnium praecedentium collectorum optima quaeque ſatis ſyſtematica, & commoda auditoribus methodo ſub ſpecioſa concordiae diſcordantium canonum inſcriptione ſe concinnaſſe aſſeruiſſet, atque ipſa regum Francorum capitularia compilationi ſuae immiſcuiſſet, fructus profecto longe vberrimos ille ſibi decerpſiſſe videbatur, cuius labor in euoluendo hoc Gratiani opere caſte, integreque verſatus fuiſſet. (c)

Horum a iuuentute Germanica ſuſceptorum itinerum longinquitatem, & aſperitatem multum mitigaſſe, tantumque eiusdem feruorem, cupiditatemque adeo comprobaſſe videbatur FRIDERICVS I. vt an. 1158. apud Roncalias celeberrimam illam ſuam ſanctionem (d) in gratiam iuris ſtudioſorum ederet, & tam ampla ſcientiarum amore peregrinantibus beneficia impertiretur. Hac nimirum ratione vno eodemque tempore iura ciuilia cum canonicis in decreto contentis a ſtudioſis doctorum inſignia in Italia conſecutis ad Germanos transferri contigit, ipſumque ius decretorum decidendis etiam cauſis ciuilibus non raro adplicari.

Ipſe FRIDERICVS dignum aula ſua comitatum eorum virorum cenſuit, quos eximia iuris huius vtriusque peritia exornaret, atque ita non ſolum *decretiſtas* cum *legiſtis* coniunxit, a quibus in grauiſſimis quibusque negotiis conſilium pete-

(a) Ad an. 1153. d. 7. Martii ap. ALEX. MACHIAVELLVM in notis ad SIGONII hiſt. Bon. l. III. Opp. T. III. ex edit. Argelat.

(b) Conf. Diſs. noſtr. de decret. Grat. §. 16. ſeqq.

(c) Vid. ibid. §. 22. praecipue.

(d) Auth. *Habita* Cod. lib. IV. tit. 13.

ret, (*a*) verum etiam filium suum HENRICVM *apostolicis institutis*, & *le*-*r imperatoriae maiestatis* (*b*) erudiri curauit.

Neque aliud quidquam BERTHOLDVM iam an. 1179. ad excelsum ar-piscopatus Bremensis fastigium euexisse dicendum est, quam insignem, qua ebat, *decretorum legumque peritiam.* (*c*) Vt adeo luculentissime pateat, per-im omnino a CONRINGIO, (*d*) KVLPISIO, (*e*) HERTIO, (*f*) iuris tificii in Germania vsum ad seculum XIII. relatum fuisse; qui error ex eo jis elucet, quod IOANNES SEMECA Teutonicus praepositus Halbersta-isis glossas iam sub initium seculi XIII. in decretum conscripserit, 1245. iortuus (*g*)

Inde vero magis magisque semper decreto auctoritas, vsusque in Germa-accessit, vt iuris canonici receptio longe prius facta fuisse videatur, quam e iure ciuili asseri possit. Tantus enim quum sit inter vtrumque nexus, & iitas, vt neutrum sine altero disci, nedum perfecte, absoluteque intelligi at, nemo non videbit, ipsam quoque iuris ciuilis propagationem hac ra-e mirum in modum promotam fuisse.

FRIDERICVS II. Caesar publico imperii ordinum consensu decreti Gratianei oritatem stabiliuisse videtur constitutione Moguntina circa annum 1235. edi-) sequentibus verbis: *Wir gebieten auch vestiglich, das man in allem Römischen h an* GAISTLICHEN DINGEN (in iudiciis intellige ecclesiasticis) *nach ot, und nach Ratt der Ertzbischoff sich halt und, der Bischoff, und der Ertz-ster nach* GAISTLICHEM *Recht, und wer dawider ist, den soll man haben unglaubig.* Quae verba legis de decreto Gratiani omnino accipienda esse poris ipsius suadent περίςασε. (*i*) quum praeter idem nullum alium canonum icem in vsu fuisse constet, decretalibus nuper admodum Parisiis 1234. &

 Bono-

a) ARNOLD. LVBECENS. chron. Slau. l. 3. c. 10. ap. LEIBNIT. script. rer. Brunsuic. T. II. p. 664.

b) ALBERIC. MONACH. in chron. ad an. 1185. a LEIBNIT. edit.

c) ANON. hist. archiep. Brem. ap. LINDENBROG. script. rer. Germ. septentrional. p. 94.

d) De orig. iur. Germ. c. 26. p. 154.

e) Epist. de ll. Germ. orig. Opp. p. 363.

f) De consult. leg. in spec. R. G. I. rebusp. §. 14.

g) RITTER. ad HEINECC. H. I. p. 875. seqq. DOVIAT. praenot. can. l. 5. c. 3.

h) Corp. Rec. Imp. Senkenb. P. I. p. 19.

i) Add. BOEHMER ad tit. de constit. §. 32. & RITTER ad Hein. p. 917.

Bononiae 1235. publicatis, in Germania certo nondum in legum iudicialium numerum relatis.

Id ipsum ex eo magis confirmari videmus, quod in schola Bononiensi primum 1241. decretales publice doceri coepisse adnotet ALEX. MACHIAVELLVS ad SIGONIVM. (a) Vt igitur easdem prius a Germanis; quam Italis receptas fuisse existimem, adduci non potero.

Viderunt nempe, quibus erectae seculo XIII. Bononiensis, & Parisiensis academiae praeluxere, Germani nostri exempla, laudarunt, & mox ea imitando in suis terris expresserunt, in amplissimis, quae saeculo XIV. surrexerunt, liberalium artium domiciliis, iuris canonici nunc magis magisque semper exculti doctrinam cupidae auditorum industriae excipiendam proponentes. Ac illud potissimum animaduersione quadam dignum censeo, quod Carolum IV. Caesarem in Bohemia fecisse legimus. Laudauit is quemdam iuris professorem academiae suae Pragensis, quod missis decretalium libris Gratiani decretum praelegendum suscepisset, & ideo se amplissimis eum fauoribus amplexurum esse promisit. Habemus huius rei memoriam in literis a Caesare ad eundem exaratis, quas prout illas nobiscum in Mſ. communicauit vir humanissimus summaque eruditione clarus ANT. ROSENTHALIVS, adferre lubuit: INSCRIPTIO. *Imperator laudat N. doctorem iuris, quod dimisit lecturam decretalis, & legit decretum.* KAROLVS &c. *Devote carissime, Religiosum affectum quem elegit tua deuocio, multum laudamus ex animo, gratum accipientes omnino, quod tu* dimissis illis frivolis altercacionum disturbiis quibus liber decretalium habundare videtur ad lecturam decreti aciem tue mentis velud rem theologicam prudenti studio direxisti, *Et quia relacione venerabilis Episcopi nostri dilecti diligenciam tuam, qua honorem studii nostri Pragensis indesinenter prosequeris, sufficienter audimus, provisionem tuam illius pensionis, videlicet que tibi annuatim ad duos terminos solvi consuevit, hactenus tibi pro securitate tua, quam primum Regnum nostrum Boemie ingressi fuerimus, absque omni difficultate volumus stabilire, Et considerata honestate studiorum, quibus intendis, honorem tuum procul dubio piis & benignis favoribus prosequemur, confidentes, quod tu bene inceptum solida virtute continues, ut apud te nostre serenitatis affectio, continuato graciarum presidio frequencius augeatur. Datum &c.*

Illud profecto, quod decretalium doctrinam ipsius decreti praelectiones CAROLI IV. voluntate exceperint, non aliunde, quam ex pristino Bohemiae statu repetendum videtur: Bohemi enim moribus suis, illisque, quas a maioribus suis hauserunt, inueteratis consuetudinibus tam tenaciter adhaerebant, vt omnem fere iuris scripti rationem ex foro proscriptam vellent, ita prorsus, vt cum circa annum 1294. rex WENCESLAVS II. *generale studium* Pragae institue-re

(a) Hiſt. Bon. l. c.

re cogitasset; (a) & hunc in finem magistrum GOCZIVM I. V. D. ex Italia euocasset, a cardinali Matthaeo Vrsino sibi submissum, plurima nobilium, & procerum vota in scriptarum legum vigorem insurgerent, & laudatissimum de se regis consilium sufflaminarent, (b) At feliciore longe progressu hac in re, quae incassum a Wenceslao tentata est, Carolus IV. versabatur: is enim, posteaquam rem eo perduxisset, vt musis publicum quoddam athenaeum exstruere sibi liceret, totum sese ad populi genium effingens, illiusque opinionibus, quantum id necessitas postulare videbatur, facile acquiescens, antiquis moribus vel suam relinquebat auctoritatem, vel minimum certo detrahebat: decretum vero Gratianeum, cui fortassis non pauci in Italia iam assueuerant, non solum ideo maximi fecisse dicendus est, ne inducta alias disciplinae nouatione ecclesiasticam tranquillitatem turbari necesse esset, sed vel ideo decretalibus praeposuisse, quod earumdem processus iuridici methodum, rationemque adeo fastidiret, vt non alio, quam *friuolarum altercationum* nomine eam traduceret. Ceterum dum Gratiani decretum *rem theologicam* dicit Caesar, ab Italis, apud quos & *iuris diuini* adpellatione gloriabatur, illud translatum esse non immerito asseri poterit.

Suppeditauit nobis praeterea vir erudissimus IOS SPERGESIVS chartam quamdam satis diffusam, quae viridem decreti cum decretalibus in proximis potissimum Italiae prouinciis obseruantiam abunde ostendit. Scripta, ea est 1268. exeunte Augusto, Brixiae, continetque *Conradi Reinsonerii Decani Prixinensis ab Henrico Curiensi episcopo tanquam Papae legato subdelegati iudicis, sententiam definitiuam contra Egnonem episcopum Tridentinum contumacem latam, cum reuocatione interdicti, cui episcopus Meynhardum comitem Goriciae, & Tyrolis ecclesiarum Aquileiensis, Tridentinae, & Prixinensis aduocatum & eius terras supposuerat.* Ibi *libri iuris per rubricas, capitula, paragraphos, causas, & distinctiones* distributi laudantur, quibus decretum Gratianeum designari manifestum est. Adducuntur praeterea *capitula iuris*, & speciatim quidem *cap. cum dilecti*, quod est *c. 6. X. de dolo & contumacia*, ac passim *iurisperitorum* mentio fit, omnisque contumaciae processus ex *canonum sanctione* institutus continetur.

Quod ipsum in alia quoque huiusmodi charta ad eandem causam pertinente, quae Egnonis episcopi de An. 1268. 11. Ian. sententiam interlocutoriam exhibet, obseruare licet, quum decretalium titulos de fide instrumentorum & de dilationibus allegari conspiciamus. Vt adeo decretum cum ipsis decretalibus in foro obtinuisse indubitatum sit. Quod si tamen res de se certissima magis adhuc cuidam illustranda esse videatur, expressa, longeque clarissima SPE-

(a) GOLDAST. de reg. Boh. l. 4. c. 15.

(b) Conf. Ill. B. DE SENKENBERG. meth. iurispr. app. III. §. 52. p. 130.

CVLI SVEVICI (*a*) feculo XIII. editi verba praesto sunt, dum ait: *Aus den zweyen Büchern (dem* DECRET, *vnd* DECRETAL:) *nimbt man alle die Recht, der Geistlichen vnd Weltlichen Gericht-bedarff.* Quod tamen nescio, cur BOEHMERVS (*b*) corrigere velit.

Praeter ea, quae adhuc in medium adlata sunt, testimonia, sunt & alia nonnulla, quorum non ita perspicua est sententia, vt de qua potissimum ex vtraque hac compilatione, vel an non etiam de duabus simul accipienda sint, satis semper non liqueat. Ita scilicet RVDOLPHVS I. Caesar Moguntiae 1281 (*c*) decretales quoque iisdem prorsus, quibus Fridericum supra vsum fuisse legimus, verbis ciuitate donasse videtur: Ita 1247. Simonem episcopum Paderbornensem in controuersia cum Hermanno abbate Corbeiensi super iurisdictione ad *ius commune* prouocasse ex SCHATENIO (*d*) discimus, quum ille contra priuilegiis se munitum assereret, quod an non de decreto tantum intelligendum sit, non facile ausim pronunciare: Ita apud BESOLDVM (*e*) non tantum 1267. Comes Rudolphus Palatinus de Tubingen *omni iuri canonico seu ciuili*, sed etiam 1278. Comes de Sulz *omni iuris auxilio tam canonici quam ciuilis* (*f*) renunciarunt. Quod idem *vniuersi iuris canonici quam ciuilis beneficiorum* ratione habita a Cunegunda de Hörde 1324. factum fuisse refert supra a nobis laudatus SCHATENIVS (*g*) Ex quibus vti & aliis quamplurimis, quas adducere possemus, illorum temporum chartis vel id etiam adnotari meretur, quod ius canonicum iuri ciuili semper praeponi solitum fuerit.

Reliquae corporis iuris partes longe felicius adhuc in vsum deductae videntur via scilicet plana adeo, & per ipsam decretalium receptionem potissimum patefacta.

Quum enim Clementinae anno 1318. prodierint, vero haud absimile est a Ludouico Bauaro in decreto Rensensi 1338. non solum decretum, decretales, librum sextum Bonifacii VIII. sed etiam illas ipsas Clementinas designatas fuisse, dum ad *testimonia vtriusque iuris Caesarei atque pontificii coelestis thesauri* prouocat. (*h*) Id profecto certum est, libros istos partem omnino corporis iuris fecisse

(*a*) Lib. I. c. 5.

(*b*) Ad tit. de const. §. 50.

(*c*) Rec. Imp. P. I. p. 31.

(*d*) Annal. Paderborn. P. II. L. XI. p. 57.

(*e*) Monument. Würtenb. in Monst. Blaubeur. n. 3. p. 916.

(*f*) In mon. Alpirspac. n. 5. p. 256.

(*g*) Ibid. p. 259.

(*h*) Ap. GOLDAST. constit. Imp. T. III. p. 409.

:isse seculi XV. initio, quum eos 1416. in Auisamentis ita dictis Constantensibus pro veris, & genuinis eiusdem libris haberi intelligimus. (a) Ibi nimirum *Deputati Nationis Germanicae* Caesarem monuerunt: *das durch dieses heilige General Concilium die* Reseruation *aller vnd jeden Kirchenleben, so wohl der Grössern als kleinern die in Corpore iuris nicht beschlossen seynd;* (reseruationes autem beneficiorum habentur in sexto, & Clementinis) *sollen abgeschaffen vnd wiederruffen werden; als nemlich die eingeführt worden in existentia, wie sie reden, ad Regimen, oder durch einige regulas cancellariae &c.* Ex quibus constat constitutionem illam, quae incipit *ad regimen*, iam tunc in iudiciis laudatam fuisse, licet corpori iuris canonici inserta nondum extiterit. Ita in Auisamentis Moguntinis quoque 1440. praeter eam a Benedicto XII. editam, alia praeterea Ioannis XXII. constitutio, quae incipit *exsecrabilis* adducta est. Hac enimuero ratione contigit, vt hae bullae, quae *extrauagantes* dicuntur, postquam frequentius in iudiciis adferri coeperunt, inde etiam sensim sine sensu ipsi iuris corpori accederent & ad eam, qua nunc pollent, auctoritatem eueherentur.

Totum denique iuris canonici complexum, prout hodie conspicitur, olim Maximilianus I. in ordinatione camerali 1495. prae oculis habuisse, non sine ratione dicendus est, cum saepius ibidem *des Reiches gemeine Rechte* occurrant. (b) Qua prorsus compellatione in Recessu Vormatiensi 1521. corpus iuris canonici designari credimus, dum Camerae adsessoribus *iura Imperii communia* commendantur, eo magis quidem, quo luculentius illud ex Recessu Imperii Spirensi de anno 1529. deduci potest, vbi haec verba notatu dignissima deprehendimus, *wiewohl in gemeinen Rechten geordnet vnd versehen* (iur. can. de apostat. & reit. baptism.) *das keine sich zum zweitenmahl tauffen lasse, und fürnemlich in Kaiserlichen Gesäzen solches zu beschehen bey Straff des tods verbotten.* (Cod. ne sanc. bapt. reit.) In quo quemadmodum, & aliis imperii legibus de contractu foenebri agentibus Reform. polit. August. 1530. tit. 26. n. 7. & de anno 1548. tit. 17. §. 7. in Recessu Spirensi 1570. §. 83. Reform. polit. Francofurt. 1577. tit. 17. n. 8. & nouissimo Imp. Rec. 1654. §. 105. semper *iuris communis* nomine *ius canonicum* comprehendi certum est, vt adeo plenissime his omnibus suffragetur Ordinatio Consilii Imperialis Aulici T. 7. §. 24. vbi: *So sollen auch vnsre Kais. Wahl-Capitulation — das Corpus iuris Ciuilis, & Canonici vnd der Stände Priuilegia auf der Reichs-Hofraths Tafel, damit man sich deren in zweifelhaften Fällen gebrauchen könne, stets vorhanden seyn.*

Inde quoque non mediocris *corpori iuris canonici* gratia accessit, quod auctore GREGORIO XIII. summo Pontifice typis vulgatum, eiusque iussu a viris doctissimis emendatum in lucem prodierit. Quum enim hac ratione quam facillime

(a) Ibid. T. IV. class. I. p. 151.

(b) Rec. Imp. T. II. p. 123.

cillime omnibus innotuerit, & vbique recudendum daretur, non potuit non in illis Europae partibus, quae Romanis sacris addictae sunt, iuris communis praerogatiuam consequi, eamque auctoritatem, qua nunc illud vbique pollere conspicitur.

Neque tamen dicendum est, ius canonicum apud solos orthodoxae fidei addictos in Germania obtinuisse, quum illud ipsum de Protestantibus quoque, vt alios taceamus, EYBENIVS potissimum & BOEHMERVS peculiaribus dissertationibus ostenderint. Nobis recentissimi cuiusdam CHRIST. SELCHOWII (a) verba sufficiant: *Quamquam Lutherus de proscribendo e foris Germaniae iure canonico cogitauerit, irrita tamen eius fuerunt consilia neque vnquam vel ipsi Protestantes illud possessionis gratia deiecerunt, multa in eo praeclare disposita esse intelligentes, quae retinenda omnino fuerunt, & quae ignorabat Lutherus, adfectui suo in rebus, quas non intelligebat, nimium, & parum prudenter indulgens &c.* Apud Reformatos denique pari ratione ius canonicum receptum fuisse luculenter MATHIAS STEPHANI, (b) GERH. FELTMANNVS (c) aliique confirmant.

Illud adhuc superesse videtur, vt paucis quantum per arctos praefationis limites licebit, quid de Austria nostra, & vicino Hungariae regno sentiendum sit, exponamus. Exploratum est an 1365. a Rudolpho IV. archiduce consentiente Vrbano V. summo pontifice Vindobonae studium generale erectum fuisse, tam in iuris canonici (verba sunt bullae pontificae Avenione XIII. Cal. Iul. datae) & ciuilis, quam in alia qualibet licita, praeterquam theologica facultate. Academiam vero nostram eo iam tempore insignes in vtroque iure viros protulisse vel exinde colligitur, quod Vrbanus VI. petitioni Alberti 1384. annuens theologicam quoque facultatem institui consenserit, & eam praecipue laudauerit, quod *retroactis temporibus multi eximii eisdem facultatibus viri inde prodierunt & prodeunt cotidie ad magnum decus & praesidium vniuersalis ecclesiae & reipublicae.* Hinc est quod in historia academiae nostrae 389. laudatus reperiatur: *M. Henricus de Odendorff V I. D. & D. Ioannes Reutter Licentiatus in decretis, Ioannes de Venetiis insignis ICtus & professor ordinarius, 1404. Bertholdus Wechinger* (in nostra vniuersitate olim doctor creatus) *Salisburgensis archiepiscopus, 1409. Paulus Deckinger Artium M. Canonum, iurisque Pontificii peritissimus & 1457. Nicolaus de Lüzelburg in Vniuersitate Decretorum Doctor.* (d) Et sic porro. Cum itaque princeps non frustra, sed in vsum & vtilitatem boni publici doctrinam quan-

(a) Elem. hist. iur. vniu. P. VI. sect. II. §. 419.

(b) In tractat. de iurisd. lib. III. praef.

(c) De tit. honor. lib. II. cap. 21.

(d) v. Consp. Hist. vniuers. Vien. P. I. p. 47. 60. 75. 85. 87.

quandam in academiis proponendam iubeat, fatendum erit, ab eo etiam tempore in Auſtria ius canonicum publice praeceptum fuiſſe. Quemadmodum vero id ſine praeiudicio, vt iurisconſulti docent, veterum conſuetudinum, ſtatutorumque fieri debet, niſi populus expreſſe moribus ſuis renunciauerit, ita re vera varia in Auſtria reperiuntur capita, quibus contra principia iuris canonici hodiedum vigor eſt.

Ita nimirum decimae (*a*) ad ſecularem plane cauſſam redactae ſunt, earumque laici capaces habentur. In iure patronatus, ius quod appellatur, nominandi, iuri canonico ignotum, inſignem ab eo differentiam facit, eiusque cauſae omnes ad iudicem ſecularem pertinent, nempe ad excelſum Regimen Auſtriae. (*b*) In iure aſyli Archidux pro exigentia temporum & circumſtantiarum ſtatuit, prout iam Albertus an. 1382. cauit, (*c*) ne vllus tempore nundinarum Viennenſium in quacunque eccleſia, aut domo aſylo gaudeat, quod Ferdinandus I. confirmauit, noſtra vero Auguſtiſſima hodieque feliciter imperans in reſolutione nouiſſima de 1752. 30. Aug. ab aſyli cuiuscunque priuilegio exemit decoctores bonorum, militiae deſertores, & defraudantes telonia. Ad haec ex iure publico vniuerſali clerici tam onera realia, quam perſonalia perferunt, atque *actiue & paſſiue*, vt loquuntur, in ciuilibus, fiſcalibus, & publicis cauſis ſupremo Regimini ſubiiciuntur; appellationes a conſiſtoriis in materia profana ad excelſum Regimen deferuntur, prouocationes ad ſedem Apoſtolicam inhibentur; ſponſalia clandeſtina cum minoribus contracta ab eodem Regimine diiudicantur, idemque ſe in inquiſitione haereticorum, magiae, & aliorum praeteriri non patitur, de quibus omnibus proxime agemus diffuſius.

Similia fere de nobiliſſimo Hungariae regno dicenda ſunt. Quamquam enim ius patriae ex legibus ciuilibus, canonum decretis, & gloſſatoribus coagmentatum eſſe ipſi eorum fateantur auctores, ipſumque ius canonicum eſſe apud ipſos ſubſidiarium, (*d*) ſunt tamen praecipua quaedam capita iuri canonum omnino oppoſita, quibus natio Hungarica ſemper tenaciſſime inhaeſit, neque latum vnquem vt recederet, permoueri vnquam potuit, quorum pauca adduxiſſe exempla iuuabit.

Illud inprimis inſigne eſt ius, quod reges Hungariae ex antiquis canonibus retinuerunt (*e*) videlicet quod archiepiſcopi & epiſcopi nominentur, & eligantur a rege, vel iis, quibus regiae vices commiſſae ſunt, & a pontifice ſolum confirmentur.

(*a*) Tr. de iur. incorp. tit. 6. §. 1.

(*b*) Cod. Auſt. P. II. p. 475. v. Wienſtadt.

(*c*) Ibid. tit. 1. §. 9. & 25.

(*d*) WERBÖCZ Oper. tripart. P. II. tit. 6. SZEGEDY P. I. tit. 9. §. 11.

(*e*) c. 25. diſt. 63.

tur. Abbates vero, praepositi, & praelati, neque papali adprobatione indigent. (*a*) Idem rex deponit, & transfert episcopos pro auctoritate sua, neque ius regaliae tantum post mortem eorum exercet, sed & in mobilia episcoporum ab intestato decedentium ius habet. (*b*) Pluribus haec omnia, & maxima certo cum eruditione pertractaturus est V. C. KOLLARIVS in promissa sua historia diplomatica iuris patronatus regi apostolico competentis. Denique omnes ecclesiastici homagium regi praestant aeque, ac seculares, & bonorum temporalium ratione habita coram iudice seculari forum sortiuntur (*c*), & euocationes ad curiam Romanam sub beneficii amissione prohibentur. (*d*)

Vale, & meam de studio iuris canonici bene merendi voluntatem boni consule. Dabam Vindobonae IIX. Iduum Aprilis MDCCLXI.

Animadversiones Editoris.

Pauca, quae ad hanc RIEGGERI *Praefationem* notanda duxi, sunt

I. REGINONEM aeque ac BURCHARDUM merces spurias *Pseudo-Isidori* in sua collectione venum exposuisse, ait Auctor: sed ego jam notavi *in Instit. meis Part. I. §. XXXI.*, id a REGINONE parcius longe, atque a BURCHARDO factum fuisse; quam in rem addo verba celeb. BALUZII *Praefat. ad Anton. August. de Emendat. Gratiani §. 17.*, ubi ita inquit: *Regino Abbas Monasterii Prumiensis, cum hinc pulsus se recepisset in Monasterium S. Maximini Trevirensis, illic privatam vitam agens libros duos de Ecclesiasticis disciplinis, et Religione Christiana scripsit circa A. 906. jussu Ratbodi Archi-Episcopi Trevirensis, in quibus condendis usus est praecipue Canonibus antiquis, Romanorum Pontificum Decretis, tum etiam, quanquam non admodum frequenter, pseudepigraphis epistolis ab Isidoro collectis, Capitularibus Regum Francorum &c.*

II. Juvat hic aliqua saltem addere de JOANNE SEMECA TEUTONICO, cum Germanis turpe sit virum hunc ignorare, cujus, quanta fuerit in negotiis Ecclesiasticis suo aevo authoritas, patet ex facto plane memorando, quod de eo ex antiquioribus monumentis narrat HAEBERLIN *Tom. 2. f. 475.* Discernendum porro eundem esse a JOANNE quodam *alio*, itidem Germano *Fri-*

(*a*) c. 4. X. de postulat. PET. DE REVA de Monarch. R. H. cent. V. FLORENS Opp. T. I. p. 151. 154. edit. Paris.

(*b*) FLORENS p. 161. 165.

(*c*) Decret. Comit. an. 1647. art. 16.

(*d*) SZEGEDY tyrocin. P. I. tit. 12. §. 2.

Friburgensi dicto, viro pariter celebri Ord. Praedicat., et Episcopi dignitate insigni, perspicue ostenditur *in not. ad Heineccii Hist. Jur. L. 2. §. 63.* immo quae hic referuntur, dubium reddunt, an narratio HAEBERLINII *Joanni* nostro *Semecae*, an alteri conveniat. Praepositus primum Goslariensis dein Halberstadiensis ibidem obiit atque terrae mandatus in Ecclesia Cathedrali Halberstadiensi. In inscriptione *Mausolei* dicitur *Lux Decretorum*, *Dux Doctorum*, *via morum* &c. Scripsit *Collectionem glossarum in Decretum Gratiani*; ubi si quaedam habet minus exacta, id profecto ei ex ejus aetatis gustu genioque condonandum est. Ex hoc SEMECAE labore id perspicue colligitur, quantam jam tum in Germania authoritatem Decretum Gratiani nactum fuerit, idque *ante* ipsum *Jus Romanum*, de quo certè notis et lucubrationibus suis illustrando nemo tum Germanorum cogitavit. *Alterum* SEMECAE *opus* est *Summa Confessionis*, de quo vide MASTRICHT *Hist. Jur. n. 334.*, PANCIROLL. *de claris LL. interpret. L. 3. c. 6.* et alios.

III. Ea, quae Auctor *de Hungaria* inquit, ipsius fidei relinquo. Sane de Regibus Hungariae haec leguntur in vita *Paschalis II.* apud MURATOR. *Script. Rerum Ital. Tom. 3. Renuntiamus vobis* (*Paschalis* denotatur) *Pater venerande! nos Legi divinae subditos, ac secundum eam servire vobis paratos. Unde et investituram Episcoporum hactenus a Majoribus nostris habitam juxta admonitionem vestram dimisimus, et siquid in electionibus hujusmodi minus Canonice retroactum est, de cetero Deo volente cavebimus:* haec autem cum Auctoris assertis non satis cohaerere videntur. Conf. KOCH *in Diss. de collatione dignitatum ac beneficiorum Ecclesiasticorum in Imperio Romano-Germanico* Argentorati 1762. p. 39.

V.

PETRI GALLADE S. J.

SS. Theolog. et SS. Canonum Doctoris, ac eorundem in Alma et antiquissima Elect. Heidelbergensi Universitate nuper Professoris

DISSERTATIO

AD CAP.

HADRIANUS 22. DIST. LXIII.

Heidelbergae MDCCLV.

Ingressus, & occasio argumenti.

Felici literarum fato accidit, ut recentior orbis ætas viros numeret non paucos, qui, quam à Maioribus accepêre eximiam artium cognitionem, & scientiam, novis ipsi inventionibus de suo augeant, digni nepotes; & multa in lucem proferant vel incognita antiquis, aut vetustate obsoleta ingenio suscitent. Quorum conatus, quàm præclari forent, quàm ad absolutam laudem deducti, si non extra limites discederent aliquando, & aut licentiore crisi sanctissimas ac vetustissimas Ecclesiæ disciplinas ad examen revocarent homines novi ac privati *; aut duce *Vitriario* quodam, *Pfeffingero*, *Conringio*, *Goldasto*, &cc. ** in ea abirent placita, quæ cum Orthodoxis Sacrorum Juribus, quorum prærogativa novitatem non patitur, consistere non possunt! Credamúsne latere Viros peritissimos, cùm in aliis laudem habere novitas possit, in iis, quæ Sacrorum jura concernunt, periculo, atque errore vacare non posse; aut an existimemus, viros summos, divenditis Orthodoxis Sacrorum Juribus pacisci cum Adversariis, ut ingenii famam dividant cum iis, quos sequi malunt, quàm anteire;

* Horum classi meritò accensetur Author Anonymus *Principiorum Juris Publici Ecclesiastici Catholicorum ad Statum Germaniæ accommodatorum in usum Tyronum*, Francofurti, & Lipsiæ MDCCXLVI; ubi Cap. I. §. XIV. ad crisin revocat, ac præfidenter notat vetustissimam Ecclesiæ consuetudinem celebrandi Pascha determinatè post Lunam æquinoctialem. Respondit ei R. P. Jos. GAUTIER, S. J. Coloniæ 1750.

** Famosi inter Protestantes JCti; sed nonnisi ab actionibus, quas Catholicis juribus intentant.

ıteire; aut ex certiſſimis antiquitatis documentis operoſiùs inveſtigatis fucum ıſtergere ratiunculis, quas adverſaria ingenia majori excogitarunt oſtentatione, ıàm ſoliditate tueri poſſint? Utùt iſta ſe habeant; in Corollarium incidimus ıper, ſubnexum Caſibus Canonicis, Civilibus, poſitionibus ex Jure Feudali, :iminali &c. Præſide Viro Clariſſimo, ac Defendente Nobili in Academia celeberrima propugnatis (a); quod ordine poſtremum ita habet: „*Cap.* Hadrianus *22. diſt. 63. nihil prorſùs continet falſitatis.*„

II.

Summa Capituli Hadrianus 22. diſt. 63. & ſequelæ quorundam.

Corollarium, utì ſolo Cap. celeberrimi, quod indicabat, principio, controverſiam facti, quam ſpectaret, denotabat, ita ſequelæ non erant obſcuræ, ıas ex eodem legitimâ concluſione inferre ſibi videntur Proteſtantium JCtorum ulti; videlicet, JUS *& poteſtatem eligendi Pontificem, & ordinandi Apoſtolicam lem . . . inſuper & Archiepiſcopos, & Epiſcopos per ſingulas provincias inveſtiendi* :nes Imperatores aliquando fuiſſe; (quippe ab HADRIANO *Papa cum univerſynodo CLIII. Epiſcoporum, religioſorum, & Abbatum Romæ in Patriarchio Laanenſi habita, traditum Carolo M;* idque ſub *anathematis vinculo, & publicane bonorum,* lata in eos, qui contra hoc decretum agerent;) adeòque & eſſe ıſſe; nullam proinde in Laicis reſidere inhabilitatem ex natura rei, jurium ıjusmodi ſpiritualium poſſidendorum, & authoritate propriâ, ùt illi concluınt, exercendorum; quibus conſtitutis, quid vetat dicere, etiam jus Inveſtiræ ab Imperatoribus olim non ſolo facto, ſed jure exercitum; jus decimarum, tronatûs, eligendi ad beneficia minora, aut etiam Epiſcopatus, per ſe, & u portionem ejus, quam in rep. obtinent Principes, poteſtatis competere iis m; quandoquidem & ipſe Papa hujusmodi jura à ſe abdicaverit olim, atque Carolum Occidentis Inſtauratorem pleniſſimè tranſtulerit, aut, ùt quidam loıuntur, reſtituerit? Quas illi quidem ſequelas non horrent, tacitè imò inıunt, atque ex his præmiſſis deducere intendunt quamplurimi hodierni J. ıblici fabricatores, inter Proteſtantes maximè; * in quibus & ſectatores hant Catholicorum nonnullos, quòd hujusmodi ſententia ab aſſentatione erga ıntificiam Sedem remotior, animi plus aliquid, & novitatis habere videatur.

(a) Ad finem Diſſert. ſub titulo: *Bonum, Æquum, Juſtum, & quæ his affinia ſunt, vel contraria, legum ſtylo delineata;* die 19. Septembr. anno 1753. *Auguſtæ Trevirorum.*

* Proteſtantium circa Jura Sacrorum ideas, & aphoriſmos unus omnium ſolertiſſimè complexus *Henricus Linckius*, famoſus inter Proteſtantes JCtus, *in Diſſertatione de Concordatis Germaniæ:* Cujus doctrinæ (uti & aliis DD. Proteſtantium paſſim) in ſuis Colleg. Hiſtoricis accuratè reſpondet Clariſſ. P. Ign. SCHWARZ Part. VI. ad Q. IX.

III.

Scopus Differtationis, & divisio.

Sequelæ assertionem non affingimus Clariss. Thesium Trevericensium Authori, quam non expressit Corollarium; neque nos latet, eum in sua sententia habere antesignanos Viros è Catholicis celeberrimos, putà Doctissimum *Barbosam*, (*a*) Eminentiss. Card. *Sfondrati* (*b*), Clariss. P. *Franc. Schmier*, (*c*) asserentes, *multum probabilitatis* habere prædictum Gratiani Capitulum. Visum tamen est, argumenti causâ, respondere utrisque, & Corollarium primò Canoni, Canonem Corollario opponere, &, quæ sit utriusque firmitas, explorare; tum permissâ, non concessâ, Capituli authentiâ, sequelæ vim examinare, quam inde magnis vociferationibus deducunt Publicistæ maximè Protestantes, & eorum hac in parte sectatores. Bipartitum hoc differendi argumentum Canon ipse cum sua inscriptione subministrat. In quo quidem ita versabimur, ut non de Electione universim, sed de iis solùm, quæ Canon contingit; neque de jure principaliter, sed de solo facto simus acturi, ac discussuri, nihilne falsi subsit memorato tum Canoni, tum Corollario; adeòque: Verâne sit hæc propositio, & Thesium laudatarum postrema assertio: „*Cap.* Hadrianus 22. *dist.* 63. *nihil prorsùs continet falsitatis?*„ juncto, quoad licebit, brevi sequelarum paulò antè insinuatarum examine. Neque sic recedemus ex sphæra Juris nostri Canonici; quippe examinaturi factum, sed cum jure connexum; & ex quo sacrorum potestas, Clericorum privativè, ùt loquimur, propria, divisa cum Laicis, aut his certè habilitas ad possidenda authoritativè, & exercenda spiritualia jura, Adversariorum opinione, derivatur, & vindicatur; præterquam, quòd de Canone loquamur, h. e. parte Decreti aliqua, eâque ex adversariorum commentationibus satìs celebri; de quo rationem reddere, & genuinos à spuriis discernere, Jurisconsulti est.

IV.

Pars 1ma Cap. Hadrianus authentia examinatur.

Canonis Decreto inserti quæ sit authoritas, nemo est inter Juris peritos, qui nesciat. Authoritatem eis competere fontium res est omnibus expedita. Cap. Hadrianus (præsens disceptationis nostræ argumentum) *è Sigeberti*, sæculi duodecimi Scriptoris Chronico, ad finem anni 1111. desumptum, atque à Gratiano synchrono, inter cæteros Decreti Canones relatum est. Videndum igitur, quæ Sigeberti authoritas universim, quæ fides; tum, quid ei nominatim circa prædictum Decreti Canonem deferri possit, ac debeat. Itaque SIGEBERTUS Gemblaci (Gemblours) in Namurcensi Brabantiæ diœcesi natus, Metis 1mùm ad S. Vincentium Monasticam vitæ rationem professus, Gemblacum subinde repetens, *Gregorio VII.* Pontifice, Imperatoribus *Henrico IV.* & *V.* lucubra-

(*a*) J. E. V. L. 1. c. 1. n. 54.

(*b*) *in Regali Sacerdot.* L. I. §. 5. sub n. 5.

(*c*) Jurisprud. Can. Civ. L. I. Tr. 3. c. 1. Sect. 6. §. 1. n. 622. in fin.

cubrationes quasdam edidit *, quas inter primum facilè locum obtinet Chronicon laudatum, quo res ab An. 381. ad annum usque 1112. gestas posteritati consignat. Assurgimus ultro doctissimis Viri laboribus, eique statuam inter eruditos decernimus, cujus operâ, multa Virorum illustrium gesta æternitati transscripta, atque ab oblivione vindicata sunt. Quando tamen de, & pro veritate hìc certatur, amicus sit Sigebertus, magìs amica veritas; neque dissimulare licet, quos in rerum veterum, ac suarum scriptore operòso, nævos notârunt critici censorum oculi.

V.

Sigeberti authoritas universim quæ?

Schismaticum fuisse Sigebertum, atque, cùm inter Henricos Cæsares, & Gregorium Pontif. graves de Investitura simultates intercederent, ab Imperatorum stetisse partibus in comperto est, & cuivis ejus scripta obiter volventi perspicuum. Ab hac eum nota ne Protestantici quidem scriptores eximunt, qui quidem commentitia ejus synodo ad confirmandum Laicis Principibus jus sacrorum, unicè abutuntur. „Porro Sigebertus (ait Bellarm. de Scriptor. „Eccles. ad an. 1100.) in sua chronologia iniquior fuit Gregorio septimo ob „studium erga Imperatorem: qua de causa non pauca mentitus est, & præsertim „cùm narrat obitum ipsius Gregorii.„ Videlicet Gregorium, cùm Salerni è vita excederet, pœnituisse, quòd Henricum Germaniæ Regem & Imperatorem à fidelium communione anathemate separasset; à quo, ut ab obitu suo solveretur, adstantibus demandàrit; Quod à Guiberti, seu Wigberti Ravennatensis, sub nomine Clementis III. Antipapæ sectatoribus in conciliabulo (a) confictum, avidè Sigebertus descripsit, & Chronico inseruit; contra, quàm author ejus temporis in vita S. Anselmi Lucensis prodiderit, Gregorium „in extremis suis, „sicut ab ipsius Capellanis didicimus religiosis, post omnia dixisse: dilexi justitiam, „& odio habui iniquitatem, idcirco morior in exilio." & post pauca: „Grego- „rius, quos obedientes sibi vivens adhuc benedixit, moriens quoque com- „mendavit. Henricianos verò *penitus*, *penitùsque*, nisi post *magnam* demum „conversionem, & pœnitentiam, reprobavit." & *Bertholdus* de gestis Conventûs Nemetensis in Germania, cui intererat, inquit: „in prædicto colloquio „literæ Domini Papæ (Victoris, qui Gregorio VII. successerat) recitatæ sunt; „in quibus ... judicium sui antecessoris piæ memoriæ Gregorii Papæ super „Henricum & fautores ejus, apertissimè confirmavit." Similia habent *Otto Frisin-*

* Vitam S. Guiberti Confessoris; S. Maclovii; S. Lantberti, quæ extant in *Actis Sanctorum*; vitam Theodorici I. Metensis Episcopi, Gesta Abbatum Gemblacensium; de scriptoribus Ecclesiasticis, Vitam Sigeberti Francorum Regis. &c. Baron. in Annal. Bellarm. de Script. Eccl. *Sixtus Senens. Possevin. Vossius, Miræus.*

(a) Baron. ad An. 1084. n. XII.

Frisingens; Paulus Benriedensis in vita Gregorii VII. cap. 110. tom. 3. Scriptor. Rer. Italic. pag. 348. *Hugo Flaviniacens.* in Chronicó Virdunensi apud Labbeum tom. 1. Novæ Biblioth. p. 232; qui omnes eodem cum Gregorio tempore floruerunt. Qua igitur fide in plenam lucem scribit Sigebertus, pœnituisse Gregorium anathematis in Henricum dicti? nempe ut invidiam conflaret Pontifici, & præcipitis in agendo rationis ex palinodia damnaret.

VI.

Huc opuscula pertinent gemina, quæ ipse Sigebertus inter sua enumerat L. de Viris Illustribus; quorum alterum contra epistolam Gregorii Septimi ad Episcopum Metensem, alteram contra epistolam Paschalis II. (eò enim usque cum vita annales produxit) edidit; quæ, cujusm fuerint, inde colligere licet, quòd utrumque ab Ecclesia severè notatum & interdictum fuerit (a). Quâ porrò fide, ac verecundia Gregorium insectatur in Chronico ad An. 1074. *, quòd uxoratis Sacerdotibus, item concubinariis celebratione Missarum interdixerit; fideles autem ab iis adeundis prohibuerit, *novo*, inquit, *exemplo*, & *(ut multis visum est) inconsiderato præjudicio*, *contra Sanctorum Patrum sententiam*, *qui scripserunt*, *quòd sacramenta*, *quæ in Ecclesia fiunt*... *Spiritu S. latenter operante*.. *seu per bonos*, *seu per malos dispensentur*; fingit se nescire Gregorii mentem homo vafer, & aliam ei manifestè affingit; quasi scilicet docuisset, nulla esse sacramenta à concubinariis Sacerdotibus confecta; cujus rei nullum extat vestigium in decretis Gregorii, aut Romani Pontificis cujuscunque; in quo & S. Anselmum, ** Gregorii apologetam, adversarium habuit Sigebertus, & ex ipsis Gregorii verbis, epist. ad Ottonem Episcop. Constantiensem *** convincitur; cùm Gregorius in decreto Synodi Romanæ intendisset nihil,

(a) Bellarm. cit.

* Item in L. contra eos, qui calumniantur Missas Presbyterorum conjugatorum; *qui liber periisse videtur, & jure: indignus enim erat, qui lucem aspiceret*, ait Bellarm. l. cit.

** *Cantuariensem*, ùt ostendit Bagius ad An. 1074. n. VI. non *Lucensem*, ep. ad Guilielmum Abbatem, quæ est numero octava, inquit Bellarm. in verbis: „ nempe nullatenus convenit, ut ibi reverenter adstent, ubi impudenti „libidine fœtentes, .. Sacris altaribus deserviunt, imò commaculant: *non* „*quò quis ea, quæ tractant, contemnenda, sed tractantes execrandos existimet.*

*** Apud Labbeum tom. 10. Conc. pag. 316.: „Statuimus ut, si ipsi con„temptores fuerint nostrarum, imò Sanctorum Patrum constitutionum, popu„lus nullo modo eorum officia recipiat, ut, qui pro amore Dei & Officii „dignitate non corriguntur, verecundiâ sæculi, & objurgatione populi re„sipiscant.„ Ubi hic vel mentio excidit de nullitate sacrificii à sacerdote concubinario confecti? Eandem epist. refert Paulus Benriedens. in vita Gregorii, c. 4.

hil, quàm ùt secundùm instituta antiquorum Canonum Presbyteri uxores non habeant; habentes, aut dimittant, aut deponantur; nec quisquam omnino ad Sacerdotium admittatur, qui non in perpetuum continentiam, vitámque cælibem profiteatur, utì *Lambertus* Schaffnaburgensis, & *Marianus Scotus*, ambo scriptores hujus temporis ad hunc annum referunt. Quæ porrò fuerint conjugatorum hujusmodi Sacerdotum voces, quàm præclaræ machinationes, ex Lamberto refert Baronius ad An. 1074. n. XXXVII. seqq. * Et propter istius farinæ homines, officii ex antiquorum *instituto Canonum* commonitos, Pontificem verè Maximum carpi à Scriptore privato, scripto Libro etiam integro oportuit? Liquet ex his, in omnes intentum occasiones excubasse Sigebertum, ut nodum in scirpo aliquem deprehendisse visus, maculam Gregorio affricaret, & Henricorum causam, quibus posset, artibus, meliorem redderet; fide, non historicâ, sed Sigebertinâ. hoc est, Cæsaris factioni addictâ, atque à partium studio nequaquam immuni.

VII.

Atque ex his demum omnibus, si ex ipsa æquitate naturali, & juribus omnibus testimoniorum usus ab his præcipuè exigendus, quorum fides non vacillat, *L. 1. ff. de Test·b.* qui omni gratiæ, & potentatui fidem, religioni ac veritati debitam, possint præponere, *L. 5. C. eod.* si omni jure testes repellendi sunt, qui partium studio quacunque ratione ducti, aut odio commoti testimonium dicere deprehensi sunt, *L. 3. pr. ff. L. 17. C. c. 1. h. t.* pronum erit sano cuivis judicare, quanta Sigeberti authoritas esse possit universim in iis, ubi de Pontificibus, eorumque circa Ecclesiastica jura prærogativis narrationem instituit; cætera enim, quòd ad nostrum institutum non faciant, intacta relinquimus.

VIII.

Cap. Hadrianus 22. suppotitium est.

His prævié stabilitis ad Capitulum nunc ipsum delabimur, & quæ in eo sit aut Historici fides, aut narrationis veritas, inspiciamus. ** In partes duas Capi-

* „Hæreticum clamitabant (Gregorium); malle se Sacerdotium, quàm conjugium deserere. In synodo verò Erfordiensi nonnulli confusis vocibus „clamitabant, melius sibi videri, ut in synodum regressi Archi-Episcopum „(Moguntinum, quòd Gregorii constitutionem urgeret) cathedra deturbarent, & merita morte multarent.„ Extat Decretorum Gregorianorum in Simoniacos & incontinentes Altaris ministros, apologeticus, quem recitat Labbeus Tom. X. Conc. pag. 315. & seqq. in quo ostendit egregiè author coævus, nihil in his decretis deviasse Gregorium à SS. PP. vestigiis.

** Scitè Pagius ad an. 774. n. XIII. ab hac impostura Sigebertum vindicat, culpam omnem in eius interpolatorem rejiciens, quòd nulla hujus Synodi apud Sigebertum, juxta editionem Miræi cum MSs. exemplaribus collatam,

Capitulum resolvitur: priore Carolum M. relicto in obsidione Papiæ exercitu, Romam venientem, ibique in sancta Resurrectione ab Hadriano Papa honorificè susceptum exhibet; in posteriore, capto Desiderio, postremo Longobardorum Rege, Romam iteratò reversum; atque in constituta ibi Synodo cum Hadriano Papa & CLIII Episcopis &c. iis ornatum *juribus*, ac prærogativis, quas supra ad Num. II. retulimus, & videri possunt in Cap. Hadrianus cit. Partem priorem falsi nihil continere, fatemur ultro, testibus coævis; & nemine, seu veterum, seu RR. quod constet, refragante; fuitque ea Caroli Romam profectio, omnium prima. Quoad posteriorem verò partem, in qua totius controversiæ cardo versatur, veritatis causâ, bonâ Adversariorum pace, ita respondemus, ***multum in ea prorsus contineri falsitatis.***

IX.

1. Ex silentio veterum,

Synodus 1mùm illa fictitia est, quam unus asserit, non probat Sigebertus, sæculis tribus, & annis duobus de quadraginta posterior: quem enim testem alium adducit ex coævis, qui illa tempora inspexerunt propiùs, & scriptis, ac vitâ illustrârunt? Cur concilium illud notitiam fugit & calamum celeberrimi *Rheginonis*, *Adonis*, *Othonis Frisingensis*, *Lamberti* Schaffnaburgensis, *Mariani Scoti*, *Urspergensis*, quorum aliqui Sigeberto longè anteriores, Otho etiam Henricis Impp. sanguine junctus, IVti nepos; Vti Sororius; reliqui omnes gesta Caroli accuratissimè descripserunt? Cur *Eginhardum* fefellit, & *Florum*, quorum uterque coævus; ille in comitatu etiam Caroli existens, res ejus omnes ad minima usque, quàm notavit exactissime? quomodo latere potuit conventus tanti momenti, quémque inter potissimas constitutiones referri tum à Pontificiis, tum Cæsarianis scriptoribus oportuit; & ab uno tandem Sigeberto detegi? Premi se isto Baronii argumento sensit, *Goldastus* Baronii Criticus; unde mirè elaborabat in perquirendis hâc super re veterum testimoniis: plures imò reperisse sibi videtur, qui privilegii dati ante Sigebertum meminerint; quos & in aciem educit pro Canonis authentia *; Verùm ludit Goldastus, *Waltramum* cùm adducit tanquam vetustiorem Sigeberto, cùm ille ad annum 1109;

tam, mentio fiat; In quo, etsi nobis Sigebertum ob ante dicta a suspicione non purget, tamen perinde nobis tantisper in hac parte sit, sive Sigebertus, seu ejus Interpolator Canonis author sit; in qua etiam hypothesi porrò loquemur.

* WALTRAMUM Naumburgensem, Tract. de Investit. Episcop. apud Illyricum: EUTROPIUM Longobardum apud eundem; PAULUM DIACONUM de Metensibus Episcopis opere inedito, ADONEM Viennensem, AUSTRASIUM, ADHELMUM, STRABONEM Fuldensem, Monachum PADERBORNENSEM. ANASTASIUM Bibliothec. alibi producit cum GREGORIO VI. apud MAL. MESBURIensem L. 2. de rebus gestis Anglorum; PETRUM denique Damianum, & THEODORICUM Niemum.

1109; Sigebertus ad annum 1112. sua scripserit; præterquam, quòd ille Waltrami partus, nonnisi obstetricante *Illyrico* prodierit; cujus, quanta pro argumento à Centuriatoribus aut excogitato, aut resuscitato apud nos fides esse possit, aut debeat, Goldastus nescire non potest. *Eutropii*, quem huc laudat, nomen malè descripsit ex Illyrico idem Guldinastus; non Eutropio quippe, sed *appendici ad volumen Eutropii à quodam non admodum literato* scriptæ, *tribuit* Flaccus ea, quæ allegat Goldastus. Circa hunc porrò, & reliquos, quos perperam, ac præter scopum adducit, fallit; quibus omnibus respondens *Gretserus* (a) Baronii apologeta fortissimus, provocat, & nos cum eo, ubi ubi demum, & quibus conceptis verbis mentionem illi faciant *synodi à CLIII. Episcopis, in Patriarchio Lateranensi* habitæ, concessique Carolo *Juris eligendi Pontificem,* cum cæteris, quæ decretum Sigebertinum refert? aut ubi plus testentur, quàm Carolum *de ordinatione Pontificis statuisse*, ut interesset quis Legatus; Romam item venisse, ut Urbem à Longobardorum violentiâ liberaret. De synodo Romána, & Hadriani decreto altum ubique silentium.

X.

2. Quia dissonantia & falsa involvit.

Incredibile porrò est, ùt egregiè advertit Natalis Tom. V. fol. 658., quòd Carolus post pascha Papiam redîerit ad castra, urbem illam, regni Longobardici caput, ad deditionem compulerit, ibi rebus ordinatis Romam redîerit, synodo interfuerit; inde Spiram adîerit, & Laureshamensis Ecclesiæ Dedicationi interfuerit postridie Idus Augustas; quæ tamen omnia tam brevi temporis intervallo confecta esse oportuit. Quin scriptores potiùs omnes oppositum tradunt, quòd Carolum capto Ticino non iterum venisse Romam, sed celeriter in Franciam remeâsse, ad parandum adversùs Saxones perduelles bellum, asseverent. Quis porrò capiat, tam brevi, quod post captam Papiam usque ad reditum Caroli in Galliam intercessit, spatio, Concilium, & quidem universale, ùt nominatur à Sigeberto in fine Chronol. ad an. 1111, convocari potuisse; coactis centum omnino, & quinquaginta tribus Episcopis, Religiosis &c.? ex castris, inquit, adductos à Carolo Goldastus. Risum teneatis Credas pro prætoriis excubiis à Cæsare in commeatu circumductos. Illud demum manifestum falsi indicium, quòd adversaria sententia, quintum Caroli Romæ adventum supponat, cujus meminit nemo; Caroli verò comes individuus, & vitæ scriptor *Eginhardus* nonnisi quater venisse Romam testatur, & magnâ accuratione describit; videlicet contra Longobardos 1mùm, An. 773. tum voti solvendi causâ, A. 780. Anno subin 786 adversus Ducem Beneventanum; ad restituendum Leonem III.* postremò, ad An. 800.

(a) Apologiâ pro Illustriss. C. BARONIO c. 1. & L. 2. contra Replicatorem *Goldastum c. 1. & 2.*

* In hac 4ta profectione misit LEO Legatos cum muneribus ad Regem; claues etiam

XI.

Ipſum porrò Sigeberti Canonem, ſi rectè inſpiciatur, ſecum pugnare ipſo, ſéque deſtruere facilè advertet, quisquis in eo *Inveſtituræ* vocabulum legi notaverit, iſtis ignotum temporibus: Oſtendant enim illi unum ex omnibus aliquem, quod jure ab iis poſtulat Baronius (*a*), qui Caroli temporibus aliquid ſcripſerunt, ſi alicubi penes eorum aliquem invenerint nomen inveſtituræ, vel uſum ejus per annuli collationem, ùt tradunt, & baculi. Veritatis plus non habet, quod additur in Canone, dignitatem quoque *Patriciatûs* Carolo in hac ſynodo conceſſam; quippe, quem ante Hadrianum *Stephanus* Papa III. cum Patre *Pippino*, & *Carolomanno* fratre, Patricium Romanorum ſalutaverat, utì fortiſſimè oſtenditur ex Stephani literis, quas ex num. IX. Codicis Carolini, notat Illuſtrator Baronii Pagius (*b*), & ex Bibliotheca Vaticana refert Baronius. *

XII.

3. Uſu contrario, & Conſtitution. Caroli, Hadriani,

Urgeo demum cum Gloſſa, ad c. In Synodo, *diſt. 63. cum hac privilegia fuerint* Carolo, & *omnibus ſucceſſoribus data, cur non utuntur,* aut uſi ſunt *eis Carolus, Ludovicus Pius, Lotharius* &cc ? Cur Carolus ipſe *Capitularium*, ſeu Legum Francicarum L. 1. c. 84 Epiſcoporum electiones per Clericorum electionem *ſecundum ſtatuta Canonum* liberas eſſe, decrevit **? Cur Hadrianus idem in ep. (*c*) ad Carolum M. A 787. data, poſtquam indicâſſet deſiderium Chriſtianiſſimi illius Regis, ut Epiſcopi Ravennatis electio non fieret absque Miſſorum ſuorum interventu, reſpondet, id nunquam factùm; ſed morem iſtum obſervatum etiam temporibus Pippini Regis, ut Decreto Cleri, atque plebis ad Sedem Apoſtolicam perlato, proprium Antiſtitem ſibi conſecrandum Ravennates peterent; quo pacto igitur ipſius Pontificis electionem, quâ ratione inveſtituram *per ſingulas provincias* conceſſit Carolo, qui in unius etiam Epiſcopi Ravennatis electione, etiam Legatos admitti noluit? quorſum ad ipſum annum 774. quo hæc conceſſio Carolo facta traditur, Hadrianus eidem, capto jam Longobardorum

etiam Confeſſionis S. Petri, & Vexillum Romanæ urbis eidem direxit, ùt habetur in *Annalib. Francorum Loiſelianis* ad An. 796. apud Duchesn. Tom. 2. p. 39.

(*a*) ad An. 774. n. XV.

(*b*) ad An. 755. n. III.

* ad An. 755. n. II. Literarum inſcriptio eſt: Domnis Excellentiſſimis Filiis Pippino Regi, & noſtro „ſpirituali compatri, ſeu Carolo & Carolomanno item Re„gibus, & *utrisque Patriciis* Romanorum, Stephanus Papa.

** *Libros Capitularium* Caroli M. & Ludovici, collegit Benedictus Levita, habeturque idem Decretum Can. 34. diſt. 63. cit.

(*c*) Pag. ad An. 774. n. XIV.

rum regno (adeóque & post synodum illam Romanam) in altera mox epistolâ * nunciavit, factas ab se Episcoporum in regno Longobardico electiones, post Cleri duntaxat, & plebis Decretum ad se missum? Ludere scilicet placuit Pontifici sapientissimo cum Rege Maximo, atque de Ecclesia, & Pontificiis ditionibus meritissimo, ut concessionem faceret hodie; factam paulò post eodem anno revocaret; cur *Ludovicus* ipse *Pius*, Carolo parenti suffectus, Paschali mox Imp. peculiari constitutione (*a*) cautum esse voluit; „non modo circa ea, quæ „Pontificiæ ditionis imperium concernerent, verùm etiam, ut nullus, seu „Francus, seu Longobardus, aut de qualibet gente homo sub suâ Ludovici „potestate constitutus.. licentiam habeat electionem faciendi; ... Pontifice au„tem *more Canonico* à Romanis electo, & consecrato, Legatos [illegible]tùm ad se, & „successores Reges Francorum, mitti voluit, *amicitiæ*, *charitatis*, & pacis cau„sâ?„ Porrò, cùm Hadriano II. ad Pontificatum evecto, Ludovici Legati tum in Urbe præsentes, minimè invitati, ut optatæ futuri Præsulis electioni interessent, graviter id tulissent, " acceptâ ratione, quòd non causâ contemptûs Augusti, „sed futuri temporis prospectu omissum hoc fuerit (ne videlicet Legatos Prin„cipum in electione Romanorum Præsulum exspectandi *mos* per hujusmodi fo„mitem inolesceret) acquievêre continuo, atque ad salutandum etiam ipsi humi„liter accesserunt;„ quod Romanorum facinus Ludovicus ipse imperiali mox epistolâ comprobavit, vehementérque dilaudavit; (*b*) *Lothario* verò Regi, Ludovici filio, *Nicolaus I.* sub divini judicii obtestatione injungit, (*c*) ut in Trevirensi urbe, & in Agrippina Colonia, nullum eligi Episcopum patiatur, antequam relatum super hoc suo Apostolatui fiat: *Hadrianus* item II. in universali synodo 8va An. 869. celebrata (*d*), sub anathematis etiam intentatione, ne quis sæcularium Principum Episcoporum electioni se inserat, prohibuit. *Leonis IV.* ad Lotharium & Ludovicum II. decretum (*e*), *Henrici* item & Othonis I. (qui quidem ad alterum à Carolo sæculum excurrunt) constitutiones (*f*), de libera electione Romani Pontificis *ex præscripto Canonum* facienda, recitare omittimus.

Ludovici Pii,

Nicolai I.

XIII.

4. Nequit dici Impp. privilegio dato renunciasse.

Atque hæc omnia primis ab Hadriano, & Carolo temporibus, continuâ pene

* V. Natal. Tom. V. fol. 659. a.

(*a*) C. 30. §. 1. dist. 63.

(*b*) C. 29. eâd. ex Pontificalibus MSS. inter gesta Hadriani II.

(*c*) Can. 4. ibid.

(*d*) Can. 22. apud Caranz. fol. 277. b. Harduin Tom. V. fol. 909., & habetur rursum Can. 1. & 2. dist. cit.,

(*e*) Can. 31.

(*f*) Can. 32. ibid.

pene ſerie, ita geſta ſunt, ut neque contrariis conſtitutionibus privilegium datum Cæſares opponerent; & poſito etiam ſacris deſideriis modo, reverenter obtemperârint, neque hi *renuntiationis* privilegio factæ, neque Pontifices *derogationis* mentionem ullam facerent; quod tamen factum omnino oportuit: quis enim prudens, ùt rectè advertit Baronius, renunciat aliquando, quin exprimat, quia renunciat? incumbétque Adverſariis id affirmantibus, hujus rei veſtigium uſpiam aliquod oſtendere, aut afferre documentum. Cedo denique, quis Imperatorum omnium usque ad Henricos Schismaticos, inveſtiendi jus per vim ſibi uſurpantes, ſimilis privilegii ab Hadriano conceſſionem, allegavit unquam, aut nominavit?

XIV.

Argumenta Petri de Marca L. 8. de Concord. c. 12.

Fortiter adhuc ſtringit adverſarios *Petrus de Marca*, allatis rationibus quatuor, è quibus duæ potiores hæ ſunt: primam repetit ex teſtimonio *Flori* Magiſtri, Tract. *de Election. Epiſcopor.*, ubi conſenſum Regis in huiusm. electionibus *conſuetudine** *inductum* docet: quæ, cùm Florus ſcripſerit ad annum 820. Carolo

* Variæ Electionis Pontificum, quantùm huc pertinet usque ad Caroli M. tempora, ſyſtema ſic habe. Ad præcavendas in futuri Pontificis electione turbas, ac ſtrepitus, Regis auxilium initio implorabatur, quod ab Odoacris Vicario BASILIO, petiiſſe SIMPLICIUM, conſtat ex Actis Conc. Romani An. 502. apud LABB. Tom. IV. p. 1334. Aliquando ortis in electione ipſa diſſidiis, diverſisque ſtudiis, Regi, ut inter ſuffragia diſcerneret, delatum eſt, quod in SYMMACHI electione commiſſum THEODORICO, annales teſtantur apud BARON. ad An. 499. n. II. VIII. X. XXXIV. PAG. hic n. III. Theodoricus ſubinde non ſolum confirmandi, ùt antea Odoacer, ſed etiam eligendi Romani Pontificis jus ſibi uſurpabat in electione FELICIS IV. teſte eod. Baron. ad An. 526. n. XXIV. Gothis paulò poſt Italiâ exactis JUSTINIANUS, cùm VIGILIO PELAGIUS ſufficeretur, idem confirmandæ electionis Pontificiæ jus ad ſe traduxit; cui & Juſtiniani ſucceſſores usque ad CONSTANTINUM POGONATUM mordicus inſtiterunt, impoſitâ etiam pro electionis confirmatione, certa pecuniæ vi, ùt ANASTASIUS teſtatur in vita Agathonis p. 140. Et licèt BELAGIUS II. Longobardis Romam obſidentibus & Italiam fœdè populantibus, ſine juſſione Principis ordinatus ſit, ùt ſcribit idem Anaſtaſius in vita Pelagii pag. 114. & PAULUS DIAC. de geſtis Longobardorum L. 3. c. 20. nihilominus THEODORI EXARCHI tempore innovatus mos eſt, ut non crearetur Pontifex absque Exarchi conſenſu; magno Eccleſiæ detrimento, ùt notat THOMASSIN. de Vet. & nov. Eccleſ. diſciplin. part. 3. L. 2. c. 16. §. 10. Tolerandum itaque erat, quod aliquando beneficii loco expetitum, in morem Eccleſiaſticæ diſciplinæ, ac libertati perniciosum, & gravem deſiverat. Reliquam Pontificis eligendi rationem variam, usque ad eam, quæ hodie obtinet, V. apud SANDINI in vita GREGORII VII. n. 3. ALEXANDRI III. n. 8. GREGORII X. n. 1. PII IV. n. 4. ac demum GREGORII XV. n. 4. cujus conſtitutionem 13. & 19. URBANUS VIII. ſucceſſor confirmavit.

Carolo M. maximè vicinus, rectè arguit Marca, concessionem Hadriani, & Romanæ Synodi incognitam Floro fuisse, adeóque nec extitisse. Addit *Lupi* Ferrariensis, qui circ. An. 850. floruit, epistolam ad *Amulum* Archiep. Lugdun.; ubi de jure Regum in electionibus stabiliendo tractans, omne robur trahit à concessione *Zachariæ*, facta *Pippino* adhuc Majori Domûs, in Conc. Suessionensi, an. 744. „ut acerbitati temporis, inquit Pontifex, industriâ sibi probatissimorum „mederetur (Pippinus), ne fortè simplicitate Pontificum (distantium) posset „contingere, quod in hac Heduorum Urbe, cuius nos nunc cura exercet, eve„nit." &c. Recentior itaque & firmior erat auctoritas Hadriani; quæ, si extitisset unquam, rectè colligit Marca, Lupus vicinus illorum temporum, & peritissimus non omisisset. Rationem alteram petit è duabus Hadriani epistolis, quarum ipsi meminimus supra ad n. XII., quem vide. Afferant Adversarii paria his, aut fortiora; & de Capituli authentia iis haud gravatè concedemus.

XV.

Notandus hoc loco, I. Heining. BOEHMERUS, Halensis JCtus, qui in Corpore juris, quod morti jam proximus edidit, SSimóque moderno BENEDICTO XIV. dedicavit, ad Can. Hadrianus 22. D. LXIII. sub n. 17. ita notat: „ argumentis, quibus imaginariam hanc (Sigebertinæ Synodi) impostu„ram destruere Baronius voluit, quod nec Eginhardus, nec alii coævi eius con„cilii mentionem facerent, satisfecisse Petrum de Marca de concord. Sacerd. „& imp. lib. VIII. c. 12. & 19. n. 6.„ Ut eruditi, ita boni & ingenui viri partes egisset Bœhmerus, si non omisisset, Marcam ibidem mox aliis quatuor argumentis (quorum duo proximè recensuimus) concilii falsitatem evincere. Baronii igitur rationibus, non asserto, quod ipse confirmat, adversabatur Marca. Quorsum igitur, & quâ fide Bœhmer ad ostendendam Canonis veritatem ad Marcam provocat, qui ejusdem falsitatem ibidem, etsi ex aliis, quàm Baronius, rationibus supponit, & ostendit? Advertit insuper Natalis, Tom. 6. fol. 32., *Reclamare Petrum de Marca, sed Baronii argumentis non respondere.* Pergit Bœhmer: „ neque enim potest dici, hoc concilii decretum confictum à „Sigeberto, cujus jam meminit Leo VIII. in c. seq. longè ante Sigebertum, „qui ideo objurgavit Benedictum V. in plena synodo, quod absque consensu „imperatoris contra fidem datam (etiam jurato) sedem occupaverit. „ Supponit h. loco glossator novus, Canonem 23. cit. genuinum esse, neque pariter ab aliquo, similis cum Sigeberto fidei, quodam post Carolum M. tempore confictum, quod itidem probandum erat: Quis enim non videt, quot in uno Can. 23. falsa, æquè ac in 22. contineantur? Quis antiquorum unus mentionem fecit Concilii *à Leone in Ecclesia S. Salvatoris* habiti? data fertur ea synodalis constitutio 3*tio Kal. Maii*; cùm ex *Rheginone*, scriptore illius temporis constet, *Othonem* expugnatâ Româ *nono Kal. Julii*, in ipso D. Ioannis Bapt. pervigilio, Urbem ingressum

Bœhmerus, notatur.

Can. 23. dist. 63. examinatur.

gressum esse, & synodo *Lateranensi*, non alteri in Ecclesia S. Salvatoris, interfuisse; idque anno, non 1mo Othonis, Leonis 2do, ùt prætenditur; sed Othonis 3tio, Leonis 1mo. Adde, quòd Cardinales, Episcopi, &cc qui subscribunt, alii sint ab iis omnibus, qui anno superiori easdem Ecclesias regebant, & in synodo Romana *Joannem XII.* exauthorârant: necesse igitur est intra annum eundem repentinâ omnes morte sublatos esse; & hoc, si fingas, constat Joannem Episc. *Narniensem* postea in Pontificem, retento nomine *Joannis XIII.* electum esse; quomodo igitur *Martinus* Episcopus *Narniensis*, in hac synodo subscribit, vivente adhuc *Joanne*, ejusdem sedis antistite? Quomodo ista inter se cohærent, aut quam veri speciem præferunt? Cur has Baronii rationes, non æquè, ac priores, authoritate aliquâ objecta elevare contendit Bœhmerus? aut, quid demum pro hac causa præsidii accerseret, si Canon genuinus esset, ab authoritate Leonis, Pseudo-Pontificis, hominis violenti, ab Othone per vim intrusi, & S. sedem, vivo etiamnum & superstite Joanne XII. sibi usurpantis? *Benedictus V.* homo ante Pontificatum privatus, an juraverit; rectène, an secus? instituti nostri non est examinare.

XVI.

Conclus I. part.

Firma igitur manet assertio, confictum à Sigeberto Capitulum in gratiam schismatici Henrici, ut veri speciem acciperet aliquam, quod ille sibi perperam, ac per vim jus arrogabat; Quod à Gratiano malè, ac sine examine descriptum, à Gratiani sequacibus leviter creditum, ac propagatum est, dum ad Adversariorum clamores, Viri eruditissimi rem totam altiùs repetere ceperunt, atque ex istis documentis illustrare; quos inter primam facilè laudem habet Eminentiss. Baronius laudatus.

XVII.

Pars 2da sequelæ examinantur, ex supposita Cap. authentia illatæ 1. à Linckio ex Conring. &cc.

Restat, ut sequelis, Protestantium maximè, parte nunc alterâ breviter respondeamus. Ratiocinatur 1mò *Linckius* cit. supra: Suppositâ Capituli authentia, Hadrianus Carolo jus ordinandi Apostolicam Sedem, Investiendi &c. tradidit: quid infert? ergo *jus Regium* est, seu Imperatori *ex officio proprium* ℞ minime gentium. Paulò rectiùs inferunt Jurisconsulti, & Canonistæ, v. g. *Turrecremata*, & Glossa ad *Cap.* Hadrianus: ergo jus istud Carolo non competiit ex officio, sed indulto Pontificis, exigente temporis necessitate, *personaliter*, ac revocabiliter. Consonat *Can. In nomine 1.* §. 4. dist. 23., ubi Nicolaus II. in Conc. Lateranensi ait, hujusm. jus concessum à se esse Henrico Regi, & successoribus illius, qui ab hac Apostolica Sede *personaliter* NB. hoc jus impetraverint. Argutatur 2dò, & Achillem suum opponit *Goldastus*: Carolus M. fuit à Romanis (in dicta scil. synodo) creatus *Patritius: hoc nomen qui dicit, omnia dicit*, (a). Quid igitur? Ergo Hadrianus Papa dedit Carolo M. jus eligendi Ponti-

2. à Goldasto.

(a) in replicat. c. 13. fol. 129.

Pontificem, Investiendi Episcopos? Acutè me herclè; éstque illatio ista tam ad rem, ùt respondet ad alium Goldasti locum *Gretserus*, quàm si Goldastus pro se citasset apologum illum Æsopi de rustici filio, qui cochleas assabat, & stridentibus accinebat illud: *ὦ κάκιςα ζῶα.* Nempe Antecedentis falsitatem ostendimus supra n. XI. quem vide; sequela per se ruit: Si enim ex eo, ùt syllogizat Goldastus, dictum jus Carolo competiit; igitur non præcisè ùt *jus Regium*; igitur & aliis, quotquot erant, Romanis *Patriciis*, etiam non Principibus; quod nec ipsi volunt Goldasti *. Atque his duabus sequelis videmur nobis complexi consecutiones omnes, quæ in hoc argumento ab adversariis Protestantibus offeruntur, & in idem recidunt. Cujus rei rationem universim si petant, eam damus, quæ innuitur *c. 2. de judic.* & *c. 7. de præscript.* quòd Laici scilicet inhabiles sint ad negotia hujusm. spiritualia *per se & ex officio* tractanda, utpote toto ordine & linea sublimiora; neque hæc illis potestas à Legislatore Christo, neque communitati, à qua in Principes sæculares transferatur, concessa sit.

XVIII.

Illud non ferendum postremò, quòd Gratianum in hac controversia quasi à suis stare partibus glorientur Protestantes; ut adeo Bœhmerus intrepidè universim scribat, cum *Pertschio*, *Pfaffio*, *Stryckio*, &c. *Jus Protestantium Ecclesiasticum* DECRETO, sicut *Pontificium* DECRETALIBUS contineri. Non imus hìc vindicatum Gratianum. Sit hic ejus in tanta laude nævus, quòd non pauca Decreto inseruerit, sine examine, ac nullo authorum delectu; at in hac certè Distinctione LXIII., si eam accuratiùs expendissent DD. Protestantes, vidissent illi sanè, quid inter se, & Gratianum intersit. *Quatuor* ille partibus Distinctionem totam complectitur: in *1ma* veluti thesin statuendo, ostendit *Can.* 1. 3. 4. 5 7. 8. quæ sit, ac fuerit Ecclesiæ disciplina, ac libertas in Pontificum, ac Episcoporum electione; quæ, adducta citatis Cann. Conciliorum authoritate, Valentiniani effato ** in Electione Ambrosii; Pontificum statutis, & constitutionibus roborat. Tum in *altera parte*, objiciens veluti sibi Canones quosdam oppositos, ad *Can.* 25. & 26. de populi & Principum non electione, sed consensu ostendit accipiendum; quod ipsum *3tia parte* confirmat, notans, *usu* factum, & *consuetudine*, ut de electionibus Romanorum Pontificum, atque aliorum Episcoporum referretur ad Principes & Imperatores, pro *schismaticorum, & hæreticorum dissensionibus, contra quos legibus fidelissimorum Imperatorum frequenter Ecclesia munita legitur.* &c. *Quartâ* demum *parte* ad Can. 29., *quia Imperatores quandoque modum suum ignorantes, non in numero consentientium, sed primi distribuentium, imò exterminantium esse voluerunt, frequenter etiam in hæresin pro-*

Dist. totius 63. œconomia evolvitur.

* neque CONRINGIUS, Bibliotheca Goldasto viva honoris causa, appellatus.

** Vid. Can. 3. dist. 63.

prolapsi, . . ideo Sanctorum Patrum statuta adversùs eos prodierunt, ut semet electioni non insererent, & quisquis eorum suffragio Ecclesiam obtineret, anathematis vinculo innodaretur. &c. Habent hìc DD. Protestantes totius Dist. analysin, & Gratiani sensum, quæ si attendissent, nequaquam tam fœdè Gratianum à nostris partibus, ac se ipso, ad suas accedentem comminiscerentur.

XIX.

Conclusio.

Liceat hìc concludere, & ex hac una consecutiones nectendi & argumentandi methodo metiri cætera, cujusm. merces sint, quæ à Protestanticis scriptoribus in J. præsertim Publico exponuntur; quæ satìs sæpe probatæ multis sunt, modò Protestantis commentatoris, aut Academiæ nomen præferant, aut nescio, quos fontes turbidos sapiant; corrupti sive judicii vitio, sive genuinæ eruditionis defectu, seu gloriolæ consectatione quadam, quam assecutos se putant, si contra Pontificiam Sedem, Episcoporum, & Ecclesiarum facultates, disserere licentiùs aliqua ex Doctore Protestante possint. Qua demum fide, & conscientia? ii viderint, qui se, suósque ducibus hujusm. credunt, a quibus necesse est cum doctrina ipsa judicium circa Catholicam fidem & disciplinam absonum, atque, ùt mitissimè dicam, parum honorificum instillari; eò periculosiùs, quò tectioribus illi artibus ædificium, quod aggredi se rectà nolle simulant, suffodiunt, vacillaturum ultro mox, & ruiturum.

Nos hìc quiescimus, atque ex his præmissis inferimus: *Cap* Hadrianus *22. dist. 63. multum prorsus continere falsitatis;* sive factum spectes, sive sequelas, quas inde deducere Protestantici DD. tanta contentione, sed adversa Minerva, & infelici argumentandi methodo allaborant.

Animadversiones Editoris.

Ad §. 2. HENRICUM LINCKIUM Protestantium Jus circa Sacra accurate delineasse, ait Auctor; sed tum nimirum, cum recentius eorum systema circa jura tum Collegialia, tum Majestatica necdum adeo divulgatum esset. Hodie itaque, si potissimum cum JCtis Protestantibus res est, ad illud respiciendum erit, cum ab his saltem passim adoptatum sit: nam Theologis Protestantibus pluribus nostra adhuc aetate illud displicere, ait SCHOTT, dum Tomum primum Institutionum mearum recenset Unpartheyische Critik der neuesten Juristischen Schriften 25 Stück. ubi ait: unsere Gottesgelehrten wollen sich, ich weiß selbst nicht, aus was für einem Vorurtheile, noch immer nicht recht daran gewöhnen. Lucem haec res accipiet novam, dum suo loco

co fistemus Diff. *Cl.* FRANCKII *Mog. 1771.* editam: *Censura principii Judictio Supremorum Imperii tribunalium in causis ecclesiasticis Protestantium non ma-, quam Catholicorum fundata.*

Ad §. *2.* Alia quoque plura sunt, quae fidem historicam SIGEBERTI *emblacensis* haud parum enervant Sic GREGORIUM VII. *ante mortem* init *anathema in Imperatorem retractasse;* quod falsum esse apparet tum ex PAU-O BERNRIEDENSI *in vita Gregorii*, de quo vide ACTA SS. *Tom. 6. Maii 140.* PAG. *T. 4. Crit. ad A. 1085.*, tum ex HUGONE FLAVINIACENSI ejusdem *Gregorii vita* Chronico Virdunensi inserta, et post LABEUM *T. 1. vae Bibliothecae MSS.* etiam a JANNINGO *T. 6. Junii ap. 167.* reddita; i in notis *Janningus* id adhuc uberius adversus *Sigebertum* ostendit. Porro S. *ssianum* Abbatem a S. *Joanne Chrysostomo* ex Ecclesia *CPolitana* fuisse ejectum, orsus falso inquit, prout CUPERUS *T. 5. Jul. p. 476.* ostendit Dum ad 1025. Pontificem istum Romanum, qui fratri suo *Joanni XIX.* post obitum sti habitu comparuerit, *Stephanum* compellat, plures errores uno loco accuilat, uti facile cuivis patet. Edidit quoque *Vitas SS. Sigebertus:* sed et has ;oribus resperfas extra dubium est; uti vel ex sola S. *Lamberti Episc.* vita vire potes apud SUYSKENUM *Tom. 5. Sept.*

Ad §. *9.* De WALTRAMO quoque *Naumburgensi*, et *Pseudo*-EUTRO-O, qui hic etiam tanquam testes adduci solent, pauca quaedam addidisse jurit. WALTRAMO, aut ut alii, WALRAMO tribuitur in primis *Apologia Henrico IV.* ab ILLYRICO, FREHERO et aliis edita: huic enim illam buit GOLDASTUS; quanquam alii eius editores non ita indubie Auctorem minare ausint. Alterum eidem opusculum adscribitur hoc titulo: *Tractatus investitura Episcoporum et Abbatum, quod primum sub Waltrami nomine evulga- t Illyricus:* sed an revera *Waltrami* partus sit, multis ex capitibus dubium est RETSERO *L. 1. contra Replicatorem.* *Waltramum* ipsum vivido, sed non iico colore pingit DODECHINUS *in Append. ad Mariani Chron.*, et STE-IANUS (qui et HERRANDUS) *Halberstadiensis* Episcopus in epistola, quam nomine *Ludovici* Thuringiae comitis ad eundem *Waltramum* exaravit apud ndem *Dodechinum l. cit.;* quam si legeris, profecto parum authoritati *Waltra-* porro tribues. Porro in *citato Tractatu* inter alia afferitur, *Carolum M.* :ctum et coronatum Imperatorem, eoquod mulier excoecato filio suo Grae-imperaret: *Zachariam* assensu Romanorum et Francorum in Regem et Imratorem unxisse *Pipinum:* ab eodem *Zacharia Carolum* et *Carolomannum* fratres *pini* filios unctos, et in Regia et Imperatoria dignitate confirmatos etc.; cu-; generis adhuc plura afferri possent: quam autem sint absona, primo obtutu tet. Stilus praeterea tum Apologiae tum Tractatus plane est diversus, ita

 ut

ut eundem patrem gemini hi partus vix habere queant. Tractatus demum de Investituris compositus et absolutus dicitur 1109.: jam vero eo anno *Waltramum* cum Pontifice in gratiam rediisse, patet ex *epistola* S. ANSELMI *de Sacramentorum diversitate* ad eundem *Waltramum*, ubi eam reconciliationem ipsi gratulatur. Scripta autem esse debet vel plane ante Annum 1109, vel saltem eodem ipso, cum S. *Anselmus* A. 1109 21. April. diem jam suum obierit.

Quod *Pseudo* EUTROPIUM concernit, eo nomine non denotatur EUTROPIUS scriptor *Romanus*, qui jussu VALENTIS *Imp.* scripsit *Breviarium Historiae Romanae:* eandem vero partim auctam, partim continuatam a PAULO DIACONO (licet id secus videatur, LABBEO *de Scriptor. Eccles. T. 2.* verbo: *Paulus Diaconus*) patet ex *Chronico Casinensi L. 1. c. 17.*, ubi id expressis verbis de Paulo narratur. Quaestio hic est de *alio Anonymo*, qui serius vixisse, pariterque *Eutropium* continuasse dicitur. Continuationi ejusdem titulus praefigi solet: *Tractatus de juribus ac privilegiis Imperatorum in Imperio Romano.* Protulit eum ILLYRICUS in *Catalogo testium veritatis;* qui tamen ipse de eo inquit: *Habeo exemplar satis vetustum MS. Eutropii, ... in cujus fine est quaedam vetusta historiola a quodam, ut verum fatear, non satis literato descripta.* Ab aliis dein nomen primum *Eutropii Longobardi* immo et *Presbyteri* nactus est. Eundem explodit PAGIUS *T. 3. Crit. Ad A. 875.* et alibi, tanquam scriptorem, qui ad Sec. IX. ea comminiscatur, quae nullus alius aequalium scripserit, immo quae apertè falsa sint. ECKARDUS *Tom. 2. Comment. p. 607.* eum fidei pene nullius hominem dicit. Plura de eodem vide apud P. SCHWARTZ *Colleg. Histor. Part. 9. p. 123. seqq.*, GRETSERUM in *Examine Mysterii Plessaeani*, *Apologia Baronii*, et alibi.

Ad §. 11. *Investiturae* nomen sub Regibus Francis non occurrere existimat Auctor: res ipsa videtur illi jam tempori coaeva, quo Praesules Regalia quoque, terras, atque Feuda majora a Principibus obtinere coeperunt; quanquam instrumenta illa annuli et baculi, de quibus deinde tantae controversiae extiterunt, ab hujus rei origine adhibita fuisse dicere nolim. In Germania saltem *Ferulae*, i. e. Baculi pastoralis, jam collati *Remberto* Hamburgensium Praesuli, mentio fit sub *Ludovico* jam Germanico apud ADAMUM BREMENSEM *L. 1. C. 32.* Adde eundem *l. cit. C. 43. 47. L. 2. C. 1. 20.* etc. Non tamen hic silendum est, locum Adami Celeb. HAGIOGRAPHIS ANTWERPIENSIBUS *T. 1. Febr. p. 557. §. IV. de investitura Archi Episcopali aevo S. Remberti a posteris afficta*, suspectum esse. En illum! *Pallium Rembertus Pontificale suscepit a Papa Nicolao, ferulam pastoralem a Caesare Ludowico*, sicut *in privilegiis dignosci potest. Quae autem sequuntur, ex vita ejus excerpta sunt,* quasi vero priora in vita non legerentur, sed postea demum intrusa essent, ajunt Antwerpienses.

De *privilegio*, cujus meminit ADAMUS, itidem nulla mentio fit *in Privilegiis Ecclesiae Hamburgensis* editis a LINDEBROGIO, ut iidem advertunt: praeterquam quod ADAMUS chartis haud satis genuinis usus videatur, quarum exempla ab iisdem l. c. afferuntur.

Adverto demum, quod Celeb. DE SELCHOW *Elem. Jur. Publ. Tom. 1. §. 15.* totum hoc *Diploma* LEONIS VIII., saltem, si formam spectes, suspectum sit; neque, si maxime genuinum sit, aliquid exinde pro conjunctione Imperii Romani cum Regno Germanico repeti queat, uti complures faciunt. Conf. *Instit. mearum Part. I. §. LIX.*

VI.

GEORGII CHRISTOPHORI NELLER,

J. U. D. et ad SS. Theologiae Doctoratum admissi, in Alma Universitate Trevir. SS. Canonum Professoris ordinarii, Eminentissimi et Serenissimi Archiepiscopi Trevir., S. R. I. Principis Electoris Consiliarii in Ecclesiasticis intimi et Examinatoris Synodalis, insignis Ecclesiae Collegiatæ ad S. Simeonem Treviris Can. Capit., et Bibliothecarii &c.

DISSERTATIO JURIDICA

DE

CERTIS S. CONCILII BASILEENSIS DECRETIS MAXIME HIERARCHICIS,

A

GERMANIA ET GALLIA

ANNO 1438., ET 1439. ACCEPTATIS,

GERMANIAE AB EUGENIO IV. S. P. SPECIALITER INDULTIS,

PER HARUM NATIONUM CUM S. SEDE CONCORDATA

ANNO 1448., ET 1516. IMMUTATIS, VEL NON.,

Augustae Trevirorum 1764.

CAPUT PRIMUM.

De Basileensibus Decretis in genere, & nonnullis in specie.

§. I.

QUANQUAM S. Concilii *Basileensis* œcumenicitas, approbatio, & acceptatio *pro totâ Ecclesiâ Catholicâ* non queat sustineri; * quin vel ipsa adeò illius memoria, & allegatio Nationi Italicæ, multisque aliis, principia ultramontana in sinu Germaniæ deperientibus, sit in odio; **

* Legi-

* Legitimè an. 1431. inchoatum, illegitimè verò an. 1442. terminatum fuisse, in confesso est; desiit enim jam an. 1437. nonis Maji, dum celebrabatur Sessio 25ta, repræsentare unitatem universalis ecclesiæ, orto inter Patres dissidio, conditis super translatione Concilii decretis confliсtantibus, retrahentibus sese S. Apostolicæ Sedis Legatis, EUGENIO IV. partis, illud propter unionem Græcorum transferre statuentis, decretum approbante: de Sessionibus *intermediis*, post habitam 3tiam, cujus decretum EUGENIO displicuit, indecisa quæstio est; nam, licet ipse in Sess. 16tâ bullas suas, quibus dissolvere Basileensem conventum nisus est, cassaverit, declarans, eâ non obstante, *generale concilium Basileense à tempore inchoationis suæ legitimè continuatum fuisse, & esse, prosecutionémque semper habuisse, continuari, ac prosecutionem habere debere* (ad exstirpationem hæresum, pacem populi Christiani, ac generalem reformationem ecclesiæ in capite, & in membris, & pertinentia ad ea) *perinde, ac si nulla dissolutio facta esset;* licet quoque idem Papa hanc Synodum vocet *sacrum generale concilium Basileense,* quod ipse *purè, simpliciter, & cum affectu, ac omni devotione, & favore* prosequatur; licet denique revocaverit, quidquid in *præjudicium, aut derogationem, seu contra ejus authoritatem* actum, & attentatum est; non constat tamen apertè *de positivâ approbatione omnium & singulorum decretorum*, sive ab EUGENIO, sive à NICOLAO V. factâ; utrum verò decreta alicujus Concilii generalis *jam ante approbationem summi Pontificis* plenum, atque perfectum robur *pro totâ Ecclesiâ* habeant, super hoc ipso Doctores nondum convenerunt, propter *cap. 4. de elect.*, & huic conforme Dictum LEONIS X. in Concil. Lateran. V. Sess. XI. constit. *Pastor æternus*, ubi: „Consueverunt antiquorum Conciliorum Patres, *pro eorum*, quæ „in suis Conciliis gesta fuerunt, *corroboratione*, à Romano Pontifice *subscri-* „*ptionem, approbationémque humiliter petere, & obtinere;* prout ex *Nicœnâ*, „& *Ephesinâ*, ac *Chalcedonensi* hujusmodi, & sextâ *Constantinopolitanâ*, & „septimâ eâdem *Nicœnâ*, & *Romanâ* sub *Symmacho*, Synodis habitis, earúm- „que gestis, nec non in *Aymari* libro de Synodis, manifestè colligitur, quod „etiam novissimè *Constantienses* Patres fecisse constat; quam laudabilem con- „suetudinem si *Bituricenses*, & *Basileenses* secuti fuissent, hujusmodi molestiâ „procul dubio careremus.„ Argumenta *Lucæ Holstenii*, Canonici Vaticani, contra Concilium hoc lege in edit. novis. Colon. Conciliorum Germaniæ Tom. V. pag. 987.

** Sunt, qui Basileense de serie generalium Conciliorum planè expungant: sunt, qui illud in censum partim approbatorum, partim reprobatorum, referant: dum edebatur Romæ an. 1608. usque 1612. collectio Conciliorum, acriter disputatum fuit, sitne inter illa locus *Basileensi* dandus. LEO X. Papa cit. bullâ: *Pastor æternus*, sacro approbante Concilio an. 1516. publicatâ, idem vocat *conciliabulum, seu potiùs conventiculum, quod, præsertim post translationem* EUGENII *Papæ, concilium ampliùs appellari non merebatur*, Fuêre in *Tridentino* Concilio, qui indignabantur allegantibus ejus authoritatem.

II.

Germanis tamen, & *Gallis*, refricatio memoriæ *quoad certa decreta* huius oncilii, nec non diligens actorum ejus perlectio, prorsùs est commendanda, tum

tum propter connexitatem historicam eorundem cum utriusque Nationis *Concordatis*, * tum vel maximè propter solemnem eorundem acceptationem, Sedisque Apostolicæ pro iisdem populis respectivam approbationem.

* Rmus, & Amplifs. D. *Gregorius* ZALLWEIN O. S. B. Salisburgensis SS. Can. Professor emeritus, nunc celebris illius Universitatis Rector magnificus, & Celsifs. Archiepiscopi Salisburg. Consiliarius actualis intimus, in suo præclaro opere *Principiorum juris ecclesiastici Germaniæ* Tom. 2. pag. 310. his verbis commendat lectionem actorum concilii Basileensis: „In ea Synodo actum „fuit *de regendis finibus jurisdictionis, & jurium Pontificiorum, de tollendis „gravaminibus, ab omnibus fermè nationibus contra Pontifices propositis, & „oblatis, de gratiis exspectativis abolendis, reservationibus restringendis, Annatis prorsùs cassandis, appellationibus ad Curiam Romanam coërcendis*, ex „quibus maxima sanè sequi debuit immutatio in jure ecclesiastico. Ex hàc „ulterius Synodo originem traxit *Sanctio pragmatica Gallicana*, & inde secu„tum *Concordatum Gallicum:* huic potissimum Synodo debemus nostra *Con„cordata Germaniæ* . . . Quod alibi jam monuimus, iterum, iterùmque mo„nemus, nempè, ut in pervolvendis hujus, aliarùmque mox præcedentium, „& subsequentium Synodorum actis simus solliciti; *quia ex his præcipuè jura „singularia nostræ Germaniæ sunt discenda.* Vir, reformandi in melius studii SS. Canonum *pro usu Germaniæ* desiderio flagrans ingenti, vidit procul dubio, hactenùs, si paucos quosdam *de Clero sæculari* modernos exceperis Canonistas, à plerisque aliis neglectam, imo contemptim habitam fuisse *Basileensem* Synodum, in præjudicium Patriæ nostræ, cui multa hodieque debentur ex dispositis à laudato Concilio. Sic nempè Germani suas prærogativas lapsu temporis obliviscuntur, si cathedras canonicas teneant homines, opibus, & pastu Germani, spiritu autem, vel instituto, exteri; ab his enim canonica pubes nihil boni audiet de Concilio Basileensi: his erunt Patres illi simpliciter schismatici, temeratores Primatûs Romani, tumultuarii legislatores, abjecti demùm adeò Episcopi, ut presbyterorum plebi decisivum votum secum indulserint, aliàque contra formam celebrandi concilia admiserint.

III.

Postquàm remanentes Basileæ Patres an. 1438. Kal. Febr. in sess. 31ma EUGENIUM IV. ex capite contumaciæ ab omni Pontificatûs administratione suspenderant, hanc ad Concilium devolutam esse declarantes, eodem anno *Natio Gallicana* mense Julio habuit celebrem suum conventum *Bituricensem*, præsente Rege CAROLO VII. & Principibus de sanguine regio, dictique mensis 7ma die acceptavit *sub certis moderationibus* * plurima decreta Basileensia, condens desuper sic nuncupatam suam *Sanctionem pragmaticam*, à LEONE X. autem *potiùs corruptelam.* **

* Cur *Bituricensis* conventus moderationes apposuerit, ipsemet explicat in proœmio Pragmaticæ §. 11.; recepit enim illicò, & indilatè „*Statuta aliqua*, ut „*jacent*, alia verò *cum certis modificationibus, & formis*, non hæsitatione po„*testatis*, & authoritatis *Condentis, & promulgantis*, ipsius scilicet sacræ Basileense

„sileensis Synodi, sed, *quatenùs commoditatibus, temporibus, & moribus re-
„gionum, & personarum Regni, & Delphinatûs congruere, conveniréque con-
„gruè*, juréque *conspexerunt.*„ Et sic facit Gallia, sic rectè omnes quoque nationes, novis constitutionibus Conciliorum generalium, quæ de *disciplinâ* sunt, ut *nonnisi accommodata populis* recipiantur, non *contemnendo constituentes Synodos*, sed *practicabile ab impracticabili discernendo.*

** Exstat apud *Guy du Rouseaud de la Combe, Recueil de la jurisprudence canonique* in fine inter leges canonicas, & beneficiales pag. 27. Vetus, & nunc rarior editio est Parisiensis de an. 1503. cum glossa magistri Cosmæ *Guymier*, utriusque juris Licentiati. Habet hæc Sanctio post ingressum Titulos 23., divisos in capita, & paragraphos. Quæ decreta cum Germanis, vel ultra Germanos, acceptaverit tunc Gallia, dicam, cùm locutus fuero de receptis in Germania capitulis.

IV.

Germania nostra, licet ardorem Concilii adversùs Papam studuerit temerare, imò contra suspensionem EUGENII protestata fuerit; * perspexit tamen utilitatem, imò necessitatem, recipiendi *nonnulla Basileensia decreta*: hinc an. 1439. die 26. Martii Moguntiæ in Stuba capitulari majoris Ecclesiæ erigebatur instrumentum publicum super receptione eorundem, ** cum nonnullis moderationibus: ***

* Vid. Rescripta Patrum Basileensium ad Germaniæ Principes in *Goldasti* Constit. Imp. Tom. III. pag. 455. 456. 463.; quæ hortamenta calidiora non attendentes Germani, instrumento acceptationis præmiserunt sequentia: *Decretum tamen suspensionis sanctissimi Domini nostri Papæ, & aliorum, quæ illam suspensionem concernunt, vel quomodolibet respiciunt, pro præsenti non acceptamus; sed & circa illud, & alia certa dicti sacri Concilii decreta, stare volumus in prioribus nostris, & nationis nostræ Germanicæ, protestationibus pridem factis, nec ab illis recedere, donec aliter duxerimus deliberandum, de quo solemniter protestamur.*

** Aderant Ambasciatores, & Oratores ALBERTI II. Romanorum Regis septem, atque inter hos primo loco Episcopi, *Pataviensis*, & *Augustanus;* Electores S. R. I. Principes duo, *Moguntinus*, & *Coloniensis*, qui & procuratorem egit Electoris *Brandenburgensis;* Legati cœterorum, *Trevirensis*, *Palatini*, *Saxonis*, nec non Archiepiscoporum, *Salisburgensis*, *Magdeburgensis*, & *Bremensis* &c. Acceptabant verò, ALBERTUS Rex *pro se, & totâ Alamaniâ, cunctisque suis Principibus, & Subditis, ecclesiasticis, & sæcularibus, cujuscunque statûs, gradûs, conditionis, seu præeminentiæ fuerint;* Moguntinus *pro se, ecclesiâ, & cunctis Comprovincialibus, & Clero, suis;* Trevirensis *pro se, ac ecclesiâ Trevirensi, & Clero, suis;* Coloniensis *pro se, ac ecclesiâ suâ;* Salisburgensis, Magdeburgensis, Bremensis, etiam *pro suis provinciis, & suffraganeis.* Verba acceptationis sunt: *Decreta sacri Basileensis Concilii acceptamus cum omni honore, reverentiâ, & devotione, quâ decet.*

*** Quasdam moderationes mox adjecerunt, quasdam sibi faciendas pro exigentia territoriorum reservarunt: *Salvis tamen in quibusdam ex eis declarationibus*

bus, modificationibus, & limitationibus, nostræ Germanicæ nationi, ac cuilibet nostrûm singulariter in suis provinciis, diœcesibus, seu territoriis, congruentibus, & accommodis factis, & fiendis, suis, loco, & tempore opportunis, exprimendis, ac per sacrum Concilium decretandis; quæ clausula repetitur in fine instrumenti. Non poterant Germanis denegari istæ reservationes; cùm eo tempore jam stetissent *in suâ neutralitate*, nec adhærentes Concilio, nec positivè Eugenio; hinc receptio Basileensium Decretorum erat Germanis spontanea, ex adoptione libera, non ex obediendi necessitate; qui verò liberè legem recipit, ei salva est moderatio.

V.

Ante hanc acceptationem placuerat equidem Germanis *solùm ad sex menses* neutralitas eorum, sed protracta fuit *ultra sex annos*, quibus ipsi nec Romana, nec Basileensia Ordinata respexerunt, solis de natione Prælatis Ecclesiam hanc magnam regentibus: * Qui status indifferentiæ profectò malè faustos contra *centri cathedrarum unitatem* effectus procreasset, nisi demùm *Electoralis unio* de an. 1446. ostium redeundi *ad positivam obedientiam* aperuisset. **

* Hanc politicè excogitatam Germanorum neutralitatem an. 1480. Augustinus *Patritius* in *Summâ Conciliorum*, *Basileensis* &c. eleganter sic depinxit cap. 73. *Convenerunt Francofordiæ Electores Imperii post mortem* SIGISMUNDI *Cæsaris ad novum Cæsarem subrogandum, ùt dictum est; qui cùm varia indies edicta Romani Pontificis, & Basileensium, cernerent, communi consensu XV. Kalend. Aprilis ejusdem anni* [1438] *statuunt, se, provincialésque omnia decreta alterius partis contra alteram partem non suscipere, venerarique &* EUGENIUM *Pontificem, & Concilium* BASILEENSE, *velléque* USQUE AD SEXTUM MENSEM *deliberare, cujus parti sit adhærendum: intereà tamen protestari,* SE NON DISCEDERE AB OBEDIENTIA, ET REVERENTIA SEDIS APOSTOLICÆ: *Prælatos autem ecclesiarum populos sibi commissos jure ordinario gubernaturos. Hoc principium fuit* NEUTRALITATIS GERMANICÆ, *quæ, prætextu concordiæ per sex menses instituta, suprà sex annos perduravit, ab* EUGENIO, & BASILEENSIBUS *reprobata; nemini enim parebant, cùm censuræ imponebantur;* & *quod ab altero non poterant impetrare, ab altero petebant. Causa autem fuit Germanorum neutralitas, ut* FELICI *deinde Antipapæ à multis non obediretur; cùm Germani illum non susciperent, &* EUGENIUM *nòn negarent.* Tom. V. Concil. Germ. edit. noviss. pag. 827. Ipsum verò hujus Neutralitatis instrumentum, lectu dignum, quia provida manu conceptum, extat apud MÜLLER im Reichs-Tags-Theatro pag. 31. lingua latina; & est compromissa unio septem S. R. I. Principum Electorum, in qua 1.) Auditis tam EUGENII Papæ, quàm Concilii *Basileensis*, legationibus, exponitur nodus difficultatis, nempè clarè liquere, *eundem Dominum nostrum sacrum Concilium Basileense minimè pro legitimo, sacróque concilio tenere, nec ullam sibi authoritatem deferre: rursùs ex adverso liquidò constare, ipsum Sacrum Basileense Concilium nullum administrationis Papalis exercitium eidem Domino nostro Papæ attribuere*, insuper, *quòd in Diœcesibus, & territoriis nostris quàm plurima edicta, processus, ac mandata pœnalia, nunc à præfato Domino nostro, tunc*

tunc ab ipso sacro Concilio, manantia, cotidie publicantur. 2.) Ostenditur periculum: *non immeritò veremur, nisi firmissimâ, fraternâque constantiâ nostra solidetur integritas, ne ipsius dissidii scintilla flammas discordiæ usque ad Apicem, Columnásque S. R. Imperii protendat, ut sic, utriusque gladii potestate conscissâ, & confractâ, alter alteri minimè subvenire possit; electio quoque Romani Principis, per Nos de præsenti celebranda, prætextu cujuscunque censuræ cavillari queat.* 3.) Firmatur obedientia erga Sanctam Sedem, & Ecclesiam in abstracto: *Ante omnia protestamur, quòd per ea, quæ nunc dicimus, aut per alium quemcunque actum, quem facturi sumus, ab obedientiâ, & reverentiâ* SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ, *sanctæque* MATRIS ECCLESIÆ, *nullo unquam tempore discedere volumus, nec in aliquo vacillare; quin imò, prout ex debito Christianæ religionis, cujus professores sumus, & sacramenti vinculo, tenemur,* IPSAM SEDEM APOSTOLICAM, *sanctámque* UNIVERSALEM ECCLESIAM, *matrem nostram, sincerâ mente venerari, & illis integraliter obedire.* 4.) Propter perplexitatem rerum, & impotentiam, durante Electionis Cæsareæ negotio, sese nunc pro alterutro declarandi, decernitur provisionalis neutralitas: *Edicimus, & protestamur, ac invicem bonâ fide promittimus, quòd ... nullam partem adversus alteram de præsenti quomodolibet fovere proponimus, quin imò, siquæ mandata, processus, vel edicta, tam ab ipso Domino nostro Papâ, quàm à sacro Basileensi Concilio ad Nos, aut subditos nostros, emanare contigerit, quascunque pœnas continentia. Nos* PROPTER DUBIUM PROBABILE, ET AD PRÆSENS INDISCUSSIBILE, *animos nostros* SUSPENSOS RETINEBIMUS, *ne ulli parti adversùs alteram favere videamur, & in sola ordinaria jurisdictione, citra præfatorum, tam* PAPÆ, *quam* CONCILII, *supremam potestatem, ecclesiasticæ politiæ gubernacula per Diœceses, & Territoria nostra sustentabimus, donec Romanum Principem .... eligemus, Nósque unà Secum de viis, & mediis aptioribus pertractemus, quibus supradicta discordia inter præfatum Dominum nostrum Papam, & sacrum Basileense Concilium, tollatur è medio.* 5.) Constituitur, quid agendum, si nequeat in brevi procurari concordia: *Quodsi intra sex menses, proximè futuros, nequeat procurari, ... Nos hoc interim, & ex tunc in continenti cum ipso Principe nostro, ac Pontificibus, Prælatis, ac divini, & humani juris peritis, Deo propitio consulemus, & quod ratio dictaverit, cui parti favendum, & obtemperandum sit, idipsum omnes unanimi consensu, & sincero corde, cum omnibus Pontificibus, & Prælatis, ac reliquis Principibus, Comitibus, Baronibus, Satrapis, & Optimatibus S. R. Imperii constantius amplectemur.* Acta hæc sunt Francofordiæ in ipsis Comitiis pro eligendo novo Imperatore.

** Promoverunt Diætam Electoralem, Francofurti feria 2da post Dominicam *Oculi* habitam, novi tumultus in Germania formidati ex depositione duorum Archiepiscoporum, *Trevirensis*, Jacobi à Sirk, & *Coloniensis*, Theodorici Comitis a Mörs, facta per EUGENIUM IV. an. 1445., eò quòd, excessis neutralitatis finibus, adhærerent *Felici* V. Antipapæ, & Concilio Basileensi. Vid. *Histor. diplom. Trevir. Tom. II. pag.* 396. & 406. Provisio de Ecclesia *Trevirensi*, studiose facta *Joanni* Archiep. Cameracensi, fratri naturali *Philippi* Ducis Burgundiæ, & de *Coloniensi* ejusdem ex sorore nepoti, *Adolpho* Cliviæ Comti, formidolosa fuit satis duobus depositis Archiepiscopis, ob potentiam adversariorum. Sed hoc erat infelices facere velle terras per bella, à quorum calamitate sub *Rabano* Archiep. nondum respiraverant Treviri.

VI.

In hac quippe concluſerunt Principes ſex de Septem Viris, ſe primùm *Eugenio*, dein, ipſo nolente, Baſileenſi Concilio, ſub çertis conditionibus, acceſſuros: *

* Inſtrumentum eſt idiomate teutonico erectum apud MÜLLER lib. cit. pag. 278. 1.) Dolent, tot curis, & ſumptibus adhibitis, nondum illuxiſſe pacem in Eccleſia. 2.) Novas pro ea vias ineundo, adhærebunt *Eugenio* Papæ, hac lege prævia: a) Das Pabſt Eugenius die Decret in dem Concilio zu Coſtenz geſetzt, und in dem Concilio zu Baſel erneuert, inhaltende die Gewaltſam der gemeinen *Concilien*, erkennen, und verjehen ſolle, von worte zu worte, als die Form, darüber begriffen, inheldet. b) Daß der Pabſt Eugenius der Stette eine, nemlich Conſtentz, Straßburg, Wormis, Meentz, oder Trier, benenne, dahien er ein Gemein Concilium beruffe, angehende uf den erſten Tag des Mayen an. 1447., in welchen Concilio ercleret werden ſoll die zweytracht in der H. Kirchen, von des Papſtums wegen, und auch ſunſt entſtanden. c) Daß Er Bullen gebe von den *Decreten* des *Concilii* zu Baſel, mit ſolchen Unterſcheiden, und in Maſſen die, durch König Albrechten ſeeligen, und unſere Herrn, die Churfürſten, zu Mentz ufgenommen worden, ſind (en acceptationem Decretorum Baſileenſium de an. 1439.) Verſehungen gegen die Neuigkeiten, die dazwiſchen, als die Proteſtatio gewehret hat, und noch weren wirdet, (i. e. intermedio tempore neutralitatis) geſchehen weren, oder noch geſchen, und auch den Verſorgniſſen, nach Notturfft unſer Nation; als das in ſchrifften begriffen: intelliguntur aviſamenta, tempore Baſileenſis Concilii ab Electoribus Imperii an. 1440. Moguntiæ in publico conventu concepta, apud eund. MÜLLER pag. 52. d.) Und ſo Pabſt *Eugenius* ſolches alſo gethan, und die Bullen uf die gemelten Zeit ungeverlich alſo unſeren Herren geantwortet hette, ſo ſolt man ihn für ein Pabſt halten, und ihm gehorſam ſeyn; e.) Und doch in dem künfftigen *Concilio* der Erclerunge der obgemelten Zweitracht, in der H. Kirchen entſtanden, warten; f.) Und ob Pabſt Eugenius ſolches nicht thun wolte, ſo were wol zu verſtehn, das er fürſatz hette, die H. gemeinen *Concilia*, und ihren Gewaltſam, ewiglich zuverdrucken; ſo vermeinen g.) Unſere Herren, ſolchen Gewalt nicht verdrücken zu laſſen, ſonderen ſollen das *Concilium* zu Baſel vor ein *Concilium* halten, und dem Gehorſam ſein. Conditiones, quas a Concilio Baſileenſi in caſum declinationis ad ejus partes Electorale Collegium ibidem requiſiverat, hic recenſere abs re eſſet.

VII.

Hanc in unionem ut concederet quoque Rex FRIDERICUS III., ſuámque propriam, unà cum Electorali, tribus viris conſtatura, legationem deſtinaret ad EUGENIUM Papam, rogandum fore Regem, cenſuêre; eo autem detrectaturo, nihilominùs Electoralem ablegandam, & in concluſo unionis perſtandum: *Fridericus*, licet unioni non accederet, * Legatum tamen miſit, ſuum *Æneam Sylvium*, qui, ſecreto ſecretiſſimæ hujus unionis Electoralis, ſicut

ut mandaverat ei: Rex, patefacto, remonstravit Papæ, quid exspectare de-
ret ab Electoribus, si, & nisi in petita condescenderet eorum. **.

* Quia Rex jam fecerat Romæ suos contra neutralitatem passus ad obedientiam; a quibus recedere non licuit Majestati; forté quoque retinuit eum ab hac ad unionem accessione ÆNEAS SYLVIUS, qui in *Histor. Europ. cap.* 42. suum de sex Principum Electorum postulatis sic aperuit sensum: *postulabant autem res prorsùs negandas.* GOBELINUS PERSONA *lib.* 1. *Commentar. de reb. Pii II.*, cujus erat Secretarius, sic de hac re scribit: *Cæsar, ùt audivit Electorum mentem, missurum se ad* EUGENIUM *dixit, rogaturùmque, ut eorum petitionibus morem gereret;* FOEDUS AUTEM SPREVIT, *indignum, atque impium dicens, nisi Papa, quæ petuntur, concesserit, ab eo descire.*

* Idem GOBELINUS loc. cit. *Misit Æneam ad* EUGENIUM, *ut suaderet ei*, NE PRINCIPES ELECTORES CONTEMNERET, *maximè verò*, UT DEPOSITIS ARCHIEPISCOPIS PRISTINAM REDDERET DIGNITATEM; *sic enim futurum, ut Germani omnes*, DEPOSITA NEUTRALITATE, *ad ejus gremium redirent; quòdsi durior in sententiâ perseveraret, timendum esse, ne scandalum* PERPETUÆ DIVISIONIS *oriretur.*

VIII.

Aulicismi versutissimus Italus *Æneas* Piccolomineus, audientia EUGENII
ıæ sibi procurata singulari ante Legatos Electorales, id effecit, ut Cæsari,
dem omnia se facturum, quæ suaserat, promiserit Papa; Electorum Prin-
um verò Missis primùm, pro sustinenda authoritate sua, asperiora, demùm
:m solatii quoque verba hæc daret, se restituturum Sedibus suis *Treviren-*
, & *Coloniensem*, missurúmque Legatos suos ad Diætam Francofurtensem,
m 1. Septembris habendam constituerat Electoralis Unio, ut ibi, informatio-
deliberationéque præviis, concluderetur, quod possibile. *

Müller loc. cit. cap. 26. §. 4. EUGENII, & S. Apostolicæ Sedis Nuncii *cum plenâ, & liberâ potestate Legatorum de latere* erant, *Joannes* Leodiensis, & *Thomas* Bononiensis, Episcopi, *Joannes de Carvajal*, Auditor Cameræ, & noster *Nicolaus Cusanus*, existens tunc Archidiaconus Brabantiæ in ecclesia Leodiensi. Litteræ credentiales sunt de 1. Aug. 1446., in quibus 1.) Narrantur desideria Germanorum, pro salute fidelium, tollendo schismate, deponenda animorum suspensione, seu neutralitate, manutenenda tamen generalium Conciliorum authoritate, receptione, approbatione, & confirmatione Decretorum Basileensis Concilii, per nationem Germanicam acceptatorum, etiam a Papæ, & Apostolica Sede, facienda, & danda. 2.) Declarat EUGENIUS animum suum super Conciliis, Constantiensi, & Basileensi: *sicut Prædecessores nostri generalia Concilia, suis temporibus ritè instituta, atque canonicè celebrata, recipere, amplecti, & venerari consueverunt; sic generalia Concilia*, CONSTANTIENSE, *ac* BASILEENSE AB EJUS INITIO USQUE AD TRANSLATIONEM *per Nos factam*, ABSQUE TAMEN PRÆJUDICIO JURIS, DIGNITATIS, ET PRÆEMINENTIÆ SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ, AC POTESTATIS, SIBI, ET IN EADEM CANONICE SEDENTI, IN PERSONA B. PE-

 TRI

TRI A CHRISTO CONCESSÆ, *cum omni reverentiâ, & devotione suscipimus, amplectimur, veneramur.* 3.) Super confirmatione Decretorum Basileensium commissionem dedit Legatis, in Conventu Francofurtensi; vel alio, ut ipsi, de dictis Decretis sese informantes, eadem, ùt opus fuerit, *suo, & Apostolicæ Sedis nomine confirment, ratificent, & approbent;* PROVISO TAMEN ANTE OMNIA, *quod* IN RECOMPENSAM GRAVAMINUM, *quæ ex aliquibus ex his Decretis Sibi, & Apostolicæ Sedi inferuntur,* DEBITA *fiat per Nationem ipsam, ac ejus Prælatos Sibi, & ipsi Apostolicæ Sedi* PROVISIO. 4.) Denique super *aliis gravaminibus,* quæ Natio prætendit, *moderandis, limitandis & auferendis,* tractabunt cum eadem Legati omnes, vel duo ex ipsis.

IX.

In frequentissimo Legationis Cæsareæ, & Principum Conventu *Francofurtensi* 1. Septembris an. 1446. res Papæ principio prosperè succedere non videbatur; quoniam Oratores Principum retulerant, se Romæ ab EUGENIO asperiùs exceptos fuisse; sed *Æneæ* dexteritas demùm procuravit per majoritatem votorum mitiorem, Papæque honorificentiorem *petitorum Nationis* formulam. *

* Nempè, sicut eam ex oratione Cæsarei Legati, prædicti *Æneæ,* ad Papam habemus, primùm Germania petiit, *ut generale Concilium in tempore, locoque designando convocetur:* alterum, *ut professio potestatis, auctoritatis, & præeminentiæ generalium Conciliorum, Catholicam militantem Ecclesiam repræsentantium, per Oratores* EUGENII *facta, literis ejus approbetur:* tertium, *ut Nationi Germanicæ super suis gravaminibus opportunè provideatur:* quartum, *ut, quæ in præjudicium duorum Principum Electorum, Trevirensis, & Coloniensis, acta sunt, revocentur:* Et pulchrè subjunxit Æneas: *in* prima *petitione communis versatur utilitas,* in secunda *Tua humilitas,* in tertia *æquitas,* in quarta *benignitas, & tua desideratur humanitas.*

X.

Decreta ibidem extitit nova ad EUGENIUM *Legatio obedientiæ innovandæ,* quam Roma, & Papa gaudens an. 1447. excepit. Morbus tamen Pontificis supremus, ipso Audientiæ Germanis datæ die accidens, pœnitere fecit istos: novis hìc persuasionibus *Æneæ,* aliisque opus erat ad eos in cœpta via continendos; qui demùm ante lectulum infirmitatis sese submiserunt Nationis nomine, eaque submissione in publico S. R. E. Cardinalium Consistorio repetita, Brevia, & Bullas favorabiles retulerunt, * exultante festivis ignibus, aliisque lætitiis Roma, ùt refert *Gobelinus,* author coævus.

* Breve ad FRIDERICUM Regem, & Electores, *Moguntinum, & Brandeburgicum,* datum est, Non. Febr. 1747. de ead. data est Bulla: *Ad tranquillitatem:* alia: *Inter cœtera* est de 7. idus Febr. Collegit eas recentissima editio Anonyma *Concordatorum Nationis Germanicæ integrorum* an. 1762. Francofurti,

furti, & Lipsiæ, authoribus, ùt ferunt, ICtis Moguntinis. Adjecit EUGENIUS sub Nonis, sive 5. Febr. Salvatorium-*Decet Romani*, per quod repetiit clausulam, priùs insertam Credentialibus literis suorum Legatorum supra §. VIII. punct. 2. vers. *absque tamen præjudicio*, nempè: *Quoniam propter imminentem nobis ægritudinem non valemus omnia, per eos petita, & per Nos concessa, cum ea integritate judicii, & consilii examinare, & ponderare quæ rerum magnitudo, & gravitas requirit, tenore præsentium protestamur, quod per quæcunque, a Nobis dictis, Regi, Archiepiscopo, Marchioni, Prælatis, Principibus, ac Nationi responsa, & respondenda, concessa concedenda, non intendimus in aliquo derogare doctrinæ Ss. Patrum, aut præfatæ Sedis privilegiis, & authoritati, habentes pro non responsis, & non concessis, quæcunque talia a Nobis contigerit emanare.* Veruntamen hoc qualecunque Salvatorium nihil operatur in rei veritate; quia, licet infirmus fuerit Papa, infirma tamen non fuit Curia, nec ipsa Sedes Apostolica, de qua præsumi nequit, quòd concesserit aliquid, sive contra *doctrinam Ss. Patrum*, sive contra *vera*, & *genuina privilegia* Cathedræ Romanæ, *eadémque certa, & indubitata:* siquid cedatur quoad *prætensa, & disputata*, Salvatorium non evertit concessa, sed unicè *prætensionem in esse prætensionis* tantum tenùs conservat, ut, siquid *heterodoxum*, vel *irremissibile juris*, evidenter appareret, ipsa cessio corrueret: in tali materia autem non erat cum Sancta Sede Germania; neque enim omnia, quæ prætenduntur esse privilegia, vel authoritates S. Sedis, sunt re certa juris *divini*, vel *inabdicabilis*, sicut Germani, Galli, aliarumque Nationum Doctores observarunt, & indies apertis magis oculis observant.

XI.

Quantum *ad Conciliorum generalium authoritatem*, EUGENIUS IV. ita se :claravit in Brevi prædicto: *Concilium autem generale* CONSTANTIENSE, *ecretum* Frequens, *ac alia ejus Decreta, sicut* COETERA ALIA CONCILIA, *utholicam militantem Ecclesiam repræsentantia, ipsorum potestatem, auctoritatem, norem*, & EMINENTIAM (*præeminentia* verbum studiosè videtur omissum) *ut & cæteri Antecessores nostri, à quorum vestigiis deviare nequaquàm intendimus, (cipimus, amplectimur, & veneramur.* *

* Ex mente ejus, qui hoc Breve concepit, latere hic quidem possent *abstrusæ cautelæ*, quibus plerumque utuntur illi, qui *categoricè* ad petita respondere nolunt, per quandam styli subtilioris politici artem; Sed Natio sincera, nec æquivoca, qualis est Germanica, responsa atque promissa alterius Nationis, præsertim tantæ Sedis, intelligit ad modum locutionis suæ, candidæ, & apertæ, ac secundùm conditiones, *sub quibus, & non aliàs;* nequid *elusorium* rei, publico pacto promissæ, interveniat: amplexus est EUGENIUS Concilium generale *Constantiense* simpliciter, non distinguens, nec excipiens ullam Sessionem, cùm, siquam repudiasset, hanc nominare debuisset: ergò rectè intelliget Natio Germanica, quòd etiam *Decreta Sessionis 4tæ, & 5tæ*, pro quibus res erat potissima omnibus ferè Nationibus, susceperit Papa, prout Germani eadem susceperunt, suámque susceptionem repetierunt, acceptando an. 1439.

1439. Decretum - *Placuit divinæ pietati*, emanatum à Concilio Basileensi an. 1437., in quo sic: *Ne sub prætextu variarum opinionum, aut* ROMANI PONTIFICES, *aut alii quicunque, non satis* UNIVERSALIBUS CONCILIIS *obedirent, prædispofuit eadem Divina Pietas, in Sacro* CONSTANTIENSI *Concilio Synodorum universalium jurisdictionem* ITA DECLARARI, *ut nulli relinqueretur ambigendi occasio, cum* DECRETO SOLEMNI DIFINITUM *existit*, UNIVERSALE CONCILIUM HABERE AUTHORITATEM IMMEDIATE A CHRISTO, CUI QUILIBET, CUJUSCUNQUE STATUS, ET DIGNITATIS, ETIAMSI PAPALIS FUERIT, OBEDIRE TENETUR IN HIS, QUÆ PERTINENT AD FIDEM, AD EXSTIRPATIONEM SCHISMATIS, ET REFORMATIONEM ECCLESIÆ DEI IN CAPITE, ET MEMBRIS, AC PERTINENTIBUS AD EA.

XII.

Per idem Breve Apostolicum recognovit specificè, & nominatim EUGENIUS famosum *Constantiensis* Concilii Decretum - *Frequens* * Sessionis tricesimæ nonæ, renovatum in Concilio *Basileensi* Sessione prima, expresè acceptatum à Germanis sub ALBERTO II. Rege an. 1439. Vi huius recognitionis agnita est veritas experimentalis ista: FREQUENS *Conciliorum generalium* CELEBRATIO *Agri Dominici præcipua cultura est, quæ vepres, spinas, & tribulos hæresum, errorum, & schismatum exstirpat, excessus corrigit, deformata reformat, & Vineam Domini ad frugem uberrimæ utilitatis adducit; illorum verò neglectus præmissa dissiminat, atque fovet.*

* Post finem *Constantiensis* Concilii jubet istud Decretum celebrari *alia duo*, primum *in quinquennio* immediatè sequenti, alterum *in septennio* post finem primi: *deinceps autem* de decennio in decennium *perpetuo:* hunc terminum liceat *abbreviare* summo Pontifici, sed *nullatenus prorogare.* Locum insequentis Concilii ipse, approbante Concilio, assignabit in fine cuiusque Concilii, quod habebitur, neque hunc locum mutabit *absque evidenti necessitate.* Hæc *ex pacto specialiter* urgere posse Germanos, atque ut urgerent, eorum Nationis magni interesse, docet magnificent: Herbipoli Professor. J. C. BARTHELIUS in 3*tia dissert. ad Concordata cap.* 1. §. 16.

XIII.

Per Bullam - *Ad tranquillitatem* concessit EUGENIUS Papa 1.) *de præterito* plenum robur omnibus in Germania in vim acceptationis *Decretorum Basileensium* factis, & actis. * 2.) Super *futurâ observatione* autem, & *modificatione* eorundem, placuit ei mittere Legatum ad Principes, & Prælatos Germaniæ, qui tractet cum eis, & finaliter concordet. ** 3) Interim verò liceat omnibus, & singulis, qui præfata Decreta receperunt, liberè iis uti, *donec concordatum fuerit, vel per Concilium aliter ordinatum.* ***

*) *Super* ALIIS *autem* DECRETIS, *Basileæ editis, & per claræ memoriæ quondam* ALBERTUM *Romanorum Regem acceptatis, ex quorum observantia Natio Germanica præfata ex pluribus gravaminibus dicitur relevari, contenti sumus,*

mus, volumus, ac decernimus, quod omnia, & singula vigore Decretorum hujusmodi, cum suis modificationibus acceptatorum, per eos, qui illa acceptarunt, vel acceptantibus in Natione præfata adhæserunt, usque in præsentem diem quomodolibet gesta, vel acta, cum omnibus inde secutis, firma, & inviolabilia persistant.

** *Super observatione vero, & modificatione Decretorum eorundem, cum* NONNULLI PRÆLATI NATIONIS PRÆFATÆ EX EISDEM DECRETIS GRAVATOS SE FORE, CONQUESTI SINT; *cumque* IN ILLIS APOSTOLICÆ SEDI, QUÆ MULTUM IN SUIS JURIBUS EX IPSIS DECRETIS GRAVATA DIGNOSCITUR, RECOMPENSATIO PROMISSA SIT, *decrevimus, Legatum nostrum cum sufficienti potestate ad partes Germaniæ hujusmodi transmittere, qui mediantibus, Rege, Archiepiscopo* (Moguntino) *& Marchione* (Brandeburgensi) *præfatis, ac aliis ejusdem Nationis Principibus, & Prælatis, cum quibus fuerit opus,* SUPER OBSERVANTIA, ET MODIFICATIONE DECRETORUM HUJUSMODI, *nec non* SUPER PROVISIONE SEDI PRÆDICTÆ, FACIENDIS, *tractare poterit, & finaliter* CONCORDARE.

*** *Permittentes* INTERIM, *& indulgentes, quod omnes, & singuli, qui præfata Decreta receperunt, vel recipientibus, ut præmissum est, adhæserunt in præfata Natione, illis simpliciter, cum modificationibus, quibus recepta sunt, liberè, & licitè uti possint, quas etiam circa singula præmissa manuteneri, & defensari volumus,* DONEC *per Legatum hujusmodi, ut prædictum est,* CONCORDATUM FUERIT, *vel* PER CONCILIUM, *quod ad prædictorum Regis, Prælatorum, & Principum exhortationem convocare proponimus,* ALITER FUERIT ORDINATUM, *non contraventuri, nec contravenientibus consensuri quovis modo.* Promiserat autem in Brevi *Ad ea,* se indicturum esse generale Concilium *in Alamaniæ partibus,* in uno de quinque locis, *Constantia, Argentina, Maguntia, Wormatia, Treveri,* intra decem menses: id quod tamen non est factum.

XIV.

Missus est anno 1447. ad Diætam *Aschaffenburgensem,* quam FRIDERIUS Rex indixerat, Legatus Apostolicus, JOANNES de *Carvajal,* Hispanus, R. E. celeber. Cardinalis: in ea pro retinendis, & dimittendis *Basileensibus* ecretis certabatur aliquamdiu; * demùm verò 17. Febr. an. 1448. conclusa ierunt CONCORDATA, per quæ, ob *recompensam S. Sedi appromissam,* mox ictis Decretis quidem hìc illic detractum fuit, in reliquis autem inhæsum. **

* *Æneas* Sylvius in Apolog. ad Martinum *Meyrum,* Cancellarium Moguntinum, paucis hoc describit: *Disceptatum est, quonam pacto Pontifici* NICOLAO *parendum esset. Erant: qui Decreta* BASILEENSIS *Concilii* OMNIA *suscipienda contenderent,* ILLISQUE SALVIS, *Papæ obediendum. Contra Legatus Apostolicus, ejus Concilii legibus, quod Romana Sedes refutasset, nullam inesse vim, ajebat: Alii, quibus* MEDIA SENTENTIA *placebat, verum Basilea Concilium* ALIQUANDO *fuisse affirmabant,* EJUSQUE TEMPORIS *constitutiones haudquaquam rejiciendas esse, putabant.* POSTREMO *eo modo concordiæ locus fuit, ut sententia* QUORUNDAM *Decretorum Basileensis Concilii*

cilii reciperetur, reliqua vero ejus statuta rejecta viderentur. Satis autem attenuat *Æneas* rem per tò *quorundam*, cùm *plurima* remanserint Germanis salva, *pauciora* verò immutarentur per Concordata: debuisset igitur ille converso stylo sic scribere: *ut sententia quorundam Decretorum dimitteretur*, cœterorum verò, queis nulla contigit *expressa variatio*, retineretur: malè quippe poneretur, *omnia rejecta fuisse tacitè, quæ non fuerunt expressè in Concordatis adoptata.* Sanè ex Avisatis de anno 1447. mense Julio, in quibus pro pace Ecclesiæ, JACOBUS Elector Trevirensis, pro se, Coloniensi, Comite Palatino, & Duce Saxoniæ, Regi Francorum conformare se voluit, apparet, quam tenax fuerit Germania Decretorum Basileensium: *Non tamen intendunt præfati Domini, quod per prædicta Decretis acceptatis cum suis modificationibus, tam* IN IMPERIO, *quàm* IN REGNO FRANCIÆ, *aliquod intelligatur præjudicium generari.* Histor. diplom. Trevir. Tom. II. pag. 410. col. 2.

** Textus Concordatorum propè fin. *In* ALIIS *autem, quæ per felic. record.* EUGENIUM *Papam IV., etiam prædecessorem nostrum, pro dicta Natione* USQUE AD TEMPUS FUTURI CONCILII *permissa, concessa, indulta, & decreta, ac* PER NOS CONFIRMATA, *fuerunt,* IN QUANTUM ILLA PRÆSENTI CONCORDIÆ NON OBVIANT, *ista vice* NIHIL VOLUMUS IMMUTATUM: ipsissima hæc verba retinuit Bulla NICOLAI V. *Ad Sacram Petri Sedem.* Quod igitur circa Decreta *Basileensia*, prout ipsa sub ALBERTO II. Rege acceptata fuerunt à Germanis, anno 1448. *aliter concordatum* fuit, hoc servatur *juxta Concordata:* quod vero aliter concordatum non fuit, hoc manet, sicut ibi, donec in futuro Concilio aliter ordinabitur; & sic implentur verba Bullæ Eugenianæ: *liberè, & licitè uti possint, donec concordatum fuerit, vel per Concilium aliter fuerit ordinatum;* DUO quippe erant solummodo, quæ derogare Decretis receptis potuissent, *Concordata*, & *Concilium;* quibus ergo nec Concilium, nec Concordata, derogaverunt, quid obstabit, quo minus hodieque illa persistant, iuxta illud: *quod non mutatur, cur stare prohibeatur?*

XV.

Sunt itaque Decreta *Basileensia*, in quantum an. 1439. ab inclyta Natione nostra acceptata, & modificata, neque per Concordata an. 1448. variata, adhucdum *vera pars* eorundem *Concordatorum*, utpote *relatum insigne, & practicum istius referentis.* *

* Ita senserunt nuperi Editores Concordatorum Germaniæ integrorum in præfatione §. 22., censentes, quod *eadem sine dubio & hodiedum, saltem potissima ex parte, suum poterint præbere usum*: Et, quanquam EUGENIUS tunc diversa concesserit, *illi tempori duntaxat providentia*, & servientia, nostris autem temporibus purè notitiam historicam relinquentia, huc tamen, meo judicio, non benè retulit *Dissertatio Barthaliana* 3tia *de Concordatis* Decreta Basileensia, dum cap. 1. §. 13. sic posuit: „Hæc inter concessa, & appro„missa equidem *nonnulla* erant, quæ mox omnem suum effectum consecuta, „*hodie nullum amplius effectum juridicum habent, mereque ad illustratio„nem hujus materiæ subserviunt,* qualia sunt: I. quod *Decreta Basileensia*, „per ALBERTUM II. Romanorum Regem in Germania introducta, suo in vigore

„vigore permanere debeant, usque dum vel cum Legato Pontificio *aliter* „*concordatum*, vel in futuro Concilio *aliter ordinatum* fuerit; non enim super *omnibus* illis Decretis *aliter concordatum*, *aliterve ordinatum* extitit, quare nec debent illa simpliciter iis concessis & appromissis, quae hodie cessant, connumerari.

XVI.

Decreta ista Basileensia sunt numero *viginti quatuor*, inter quae *unum dogmatico-disciplinare*, * duo *juris privati canonici*, ** plura *moralia*, ac *ritualia*, *** cœtera *hierarchica*, id est, ad Statum publicum Ecclesiae, potestatemque Hierarcharum spectantia, sunt, quae sola principaliter in praesens cap. 2. considerabo.

* Decretum tricesimae Sessionis *de Communione Sacramenti Eucharistiae*, & incipit: *Ut lucidius;* quód communio sub una tantum specie a laicis, & sacerdotibus non-conficientibus Sacrificium, *pro lege habenda*, *nec alicui licitum sit reprobare*, *aut sine authoritate ecclesiae ipsam immutare:* dogma hic est, quód communio sub una *non sit reprobanda*, disciplina, *quod sit retinenda.*

** 1.) Decretum vicesimae primae Sessionis *de pacificis possessoribus non molestandis*, & incipit: *quicunque non violentus*; éstque in substantia contentum Regulae Cancellariae *de triennali possessore beneficii.* Retinuit hanc, litibus sopiendis salubrem constitutionem, sicut jacuit in Basileensi, & Sanctione pragmatica, etiam *Concordatum Galliae* Tit. VII.

2.) Decretum vicesimae tertiae Sessionis, *tollens Clementinam* literis *de probat.;* & incipit. *Licet Apostolicis.* Disposuerat haec Clementina, literis Papae super narratis plenariam fidem habendam esse, siquidem narrent illae, quód Papa dignitates, vel beneficia quaslibet, sibi reservaverit, quód resignationem beneficii receperit, aut recipiendi potestatem dederit, vel quód aliquem censuraverit, quodve aliquis suus familiaris fuerit, & similia, si super his gratia, vel intentio Papae fundetur. Concilium Basileense econtra requisivit *probationem per testes*, *aut alia legitima documenta*, IN HIS, si narretur, *aliquem dignitati*, *beneficio*, *aut juri cuicunque renunciasse*, *aut privatum esse*, *seu aliquid egisse*, *per quod jus proprium auferatur;* cœtera non correxit. In Concordato Galliae Tit. XVI. istud Decretum in terminis magis energicis adoptatum est. Negligunt plerique Canonistae nostri hoc Decretum in titulo *de Rescriptis*, solam laudantes *Clementinam.*

*** 1.) Decretum Sessionis vicesimae *de publicis Concubinariis*, incipiens: *Quicunque Clericus*, & vocatur in acceptationis instrumento *saluberrimum.* a) Publicus concubinarius de Clero, *cujuscunque statûs*, *conditionis*, *religionis*, *dignitatis*, *etiamsi pontificalis*, *vel alterius praeeminentiae*, *existat*, a perceptione fructuum omnium suorum beneficiorum *per tres menses* sit *ipso facto* suspensus: b) Monebitur a suo Superiore, ut *intra brevissimum terminum* concubinam dimittat, sub pœna privationis omnium suorum beneficiorum: c) *Etiam dimissa concubina*, & *manifesta vitae emendatione secuta*, est inhabilis ad honores, & beneficia, *donec cum eo dispensetur*, d) Rediens post dispensationem *ad recidivum vomitum* maneat *sine spe alicuius*

 dispen-

dispensationis. e) *Publicus* verò est quis, non solùm *per sententiam*, aut *confessionem in jure factam*, seu *per rei evidentiam*, sed & is, *qui mulierem, de incontinentia suspectam, & infamatam, tenet, & per suum Superiorem admonitus non dimittit.* f) Ex tali concubinatu procreati *filii apud patres suos non cohabitabunt.* g.) Concubinæ, seu mulieres suspectæ modis omnibus, *etiam per brachii sæcularis auxilium*, arceantur. Hoc Decretum de verbo ad verbum insertum est Concordatis Galliæ Tit. XIII. Estne super ipso in Concilio aliquo *posteriore* aliter ordinatum? *Latera-* V. Sess. IX. mansit in generalibus. *Tridentinum* Sess. ult. de reform. cap. 14. dedit expeditum modum procedendi contra fæculentam pestem *Clericorum* concubinariorum, id est, eorum, *qui concubinas, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio, in domo, vel extra, detinere, aut cum iis ullam consuetudinem habere audent;* & primo loco ponit: *alioquin pœnis, a sacris canonibus, vel* STATUTIS ECCLESIARUM, *impositis puniantur.* Possunt itaque in Germania puniri *juxta Basileense Decretum;* quia receptio ejus fecit *statutum Ecclesiarum Germanicarum.* Forma, quæ ibid. in Tridentino sequitur *secundo loco*, certè imitata est, sicut comparans quisque videbit, *Basileense* Decretum, licet cum quadam variatione.

2.) Decretum decimæ nonæ Sessionis, *de Judæis*, quod incipit: *Salvatoris nostri*, quatenus renovat, & extendit anteriores canones de conversatione Christianorum cum eis, eorumque prohibita honoratione, ubi in specie non sunt *ad gradus quoscunque scholasticos admittendi.*

3.) Decretum vicesimæ primæ Sessionis, *quomodo divinum officium sit in ecclesiâ celebrandum*, & incipit: *Siquis Principem sæculi:* Item aliud: *quo tempore debeat quisque esse in choro*, & incipit: *Qui in matutinis:* Item aliud, *qualiter extra chorum horæ canonicæ sint dicendæ*, & incipit: *Quoscunque etiam.* Item aliud *de his, qui tempore divinorum vagantur per ecclesiam;* & incipit: *Quicunque in ecclesia.* Item aliud, *quod tabula pendeat in choro*, & incipit: *Ut cuncta* Item aliud, *quod in Missa compleatur Credo, & non bassè legatur Missa*, id est, ita submissa voce, ut a circumstantibus audiri non possit, & incipit: *Abusum aliquarum ecclesiarum.* Item aliud, licet casus hodie non amplius practicati, *de oppignorantibus cultum divinum*, & incipit: *Abusum illum cultui.* Item aliud *de Capitulis tempore Missæ non tenendis*, & incipit: *prohibet hæc sancta Synodus.* Item aliud: *de spectaculis in Ecclesia non faciendis* & incipit: *Turpem.* In his præclara ad ritus, atque devotionem præscribuntur, quæ per statuta subsecuta multarum Ecclesiarum collegiatarum in Treviratu nostro inculcata dignoscuntur, licet hic, & nunc quædam variata sint, prout potestatem hanc sibi reservarunt in ipso acceptationis instrumento Prælati Germaniæ Ordinarii.

CAPUT

CAPUT SECUNDUM.

De hierarchicis Basileæ Decretis.

§. I.

nter *Hierarchica* Decreta primum sibi locum vindicant illa, quæ de *Prælatorum*, *orúmque Ecclesiæ ministrorum*, *creatione* prospexerunt. *

* Palam profitentibus *Basileensis* Concilii Patribus in decreto Sessionis 12mæ, *de electionibus*, quod incipit: *Sicut in construenda domo*, in generali Ecclesiæ reformatione *potissimum* esse suæ Synodi *studium*, ut *tales* Ecclesiis præficiantur *Pastores*, qui *tanquam columnæ*, & *bases* ipsam Ecclesiam *doctrinæ*, & *meritorum viribus* firmiter sustentent.

II.

Hanc ut promoveret creationis curam *Basileense*, removit ante omnia *nom reservationum praxin*, electionum antiquæ libertati repugnantem, * contra dicens: *Sacri Canones*, *Spiritu Dei promulgati*, *providè statuerunt*, *ut unaquae Ecclesia*, *ac Collegium*, *seu Conventus*, *sibi Prælatum* ELIGANT: ideò PER ELEIONES, & CONFIRMATIONES *canonicas*, SECUNDUM JURIS COMMUNIS DISSITIONEM, *metropolitanis*, *cathedralibus*, *monasteriis*, & *collegiatis Ecclesiis*, *ac nitatibus electivis*, *vacantibus debitè provideatur*. **

* *Sancta Synodus statuit*, & *diffinit*, GENERALEM *reservationem omnium Ecclesiarum*, *metropolitanarum*, *cathedralium*, *collegiatarum*, & *monasteriorum*, *ac dignitatum electivarum*, *per Romanum Pontificem de cætero fieri*, *aut facta uti*, *non debere*: per hoc fatalem ictum accepit, tam *Regula Cancellariæ* IIda, quam Extravagans *ad Regimen* BENEDICTI XII. *de præb. int. commun.*; nulla enim *generalis* reservatio Pontifici Romano remansit, quam 1.) *Clausæ in Corpore juris:* 2.) Illæ, quas fieri contingeret in terris, Romanæ Ecclesiæ *quoad temporalia* mediatè, vel immediatè subjectis: *reservationibus in Corpore juris clausis*, & *his*, *quas in terris*, *Romanæ Ecclesiæ*, *ratione directi*, *seu utilis dominii*, *mediate vel immediatè subjectis*, *fieri contigerit*, *semper exceptis*. Ratione primæ ergo exceptionis stare perrexit sola reservatio *cap.* 2. *de præbend.* in 6., quam specialius antiqua consuetudo induxit, & CLEMENS III. Papa Decretali munivit, nempè *earum ecclesiarum*, *personatuum*, *dignitatum*, *aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum*, *quæ* APUD SEDEM APOSTOLICAM *vacant*, sive, quod idem est, *in Curia Romana;* id quod contingit *per obitum in curia*, *per promotionem in curia*, *per translationem*, cum & ipsa sit promotio, *per renuntiationem*, *per privationem personalem* in eadem. Accessit acceptatio ulterioris Decreti Sessionis vicesimæ tertiæ. per quod abrogabantur quoque *speciales* reservationes, hujus tenoris: *Et quia* MULTIPLICES *ecclesiarum*, & *beneficiorum hactenus factæ per summos Pontifices* RESERVATIONES *non pa-*

 rum

rum ecclesiis onerosæ extiterunt, IPSAS OMNES, *tam* GENERALES, *quam* SPI LES, *sive* PARTICULARES, *de quibuscunque ecclesiis, & beneficiis, quibus ta* ELECTIONEM, *quam* COLLATIONEM, *aut* ALIAM DISPOSITIONEM *provid let, sive per Extravagantes* - Ad regimen, & Execrabilis, *sive per* Regula cellariæ, *aut* alias Apostolicas constitutiones, *introductas, hæc sanct nodus* ABOLET, statuens, *ut de cætero nequaquàm fiant, reservationi Corpore juris clausis* &c. ut supra. *Ampliationes duas* adjecit has reser nes acceptans Germania: *Circa hoc tamen dignetur sacrum Conciliu* COMMUNE REVOCARE, *quòd* PAPA *hujusmodi beneficia, in dicto decre reservata, conferat* INTRA SPATIUM UNIUS MENSIS, *alioquin Ordinarii* (i ge *Collatores*, non *Ordinarii locorum*) *conferre valeant; quodque provisi à* INFRA QUATUOR MENSES *ordinariis suam provisionem sub pœna ami juris* INSINUARE *debeant.* In prima parte Germania sibi stipulata e tinentiam *cap.* 3. *de præb. in* 6., ubi GREGORIUS X. dedit hanc fa tem, *ut ii, ad quos beneficiorum, & dignitatum, in Curia Roman cantium spectat collatio, demum post* MENSEM *a die, quo ipsa vacaveri conferre valeant:* debet ergo beneficium sic reservatum a Papa *intra m* non *a die notitiæ*, sed *a die vacationis*, computandum, esse reipsa collatu hic terminus unius mensis mansit etiam post Concordata. ENGEL *ad præb. num.* 52. In secunda parte, quam adjecêre Germani, & EUGE Papa indulsit, terminus 4. *mensium* pro *insinuanda provisione* pariter n mutatus per *Concordata*, utpote quæ, ubi 3. *menses* ad *apparendum* p statuunt, solum de illa provisione Apostolica, quæ *in vim alternativa sium* sit, loquuntur; quoties vero diversa pro diversis casibus constitut tempora, & termini, quilibet casus retinet suum terminum, quin pr argumentum a simili: adde clausulam Concordatorum: *in aliis ista vi extitit immutatum.*

** Excipitur in Decreto Basileensi: *nisi ex magna, rationabili, ac evidenti in literis Apostolicis nominatim exprimenda;* tunc enim poterit conti salutare Decretum summus Pontifex aliquid attentare, alias non; imo *ut eo firmius hoc salubre Decretum custodiatur, voluit eadem sancta S ut inter alia, quæ Romanus Pontifex in sua assumptione profitebitur, Decretum hoc inviolabiliter observare.* Admisit Natio Germanica hanc ex nem, sed, *salvis juribus eorum, ad quos pertinet Consecratio;* sic autei dificavit: 1.) *Cæterum statuere dignetur sacrum Concilium, quod promo per Papam* [*secundum quandam clausulam hujus Decreti, quæ incipit:* magna] REMITTATUR CONSECRANDUS, *aut* BENEDICENDUS *ad suum* RIOREM IMMEDIATUM, *nisi forsan talis promovendus fuerit* PRÆSENS RIA, *quo casu* NIHILOMINUS REMITTATUR, *ut hujusmodi suo* IMMEDIA PERIORI *præstet debitum* JURAMENTUM. Hanc cautelam desumpseru mani ex Sanctione pragmatica Gallorum. *Tit.* II. §. 2. *Censuit tame gregatio.* 2.) *Quodque etiam* CONFIRMATIO ELECTIONUM *fiat per* DIATUM *Superiorem, ad quem spectat* JUS CONFIRMANDI, *& si i causa rationabili confirmare distulerit, seu recusaverit, mediatus Super super adiri poterit.* De *reservata* Superioribus immediatis *Consecrati Benedictione* nihil est in Concordatis immutatum; hinc, istis non o bus, Metropolitani prætendere possunt suorum Episcoporum Suffragai

confecrationes, licet omnes confirmentur Romæ: aft diffimulant ad indulta Papalia, quæ dantur de facto, ac pridem, in Bulla Confirmationis, *ut a quocunque valeant confecrari*, forté, quia ipfimet Metropolitani, commoditatis, & arbitrii gratia, tale indultum pro fe quærunt, rarius ab illo accipientes confecrationis munus, a quo fecundum canones deberent.

III.

Ob idem motivum acceptavit Germania Decretum Seffionis tricefimæ rimæ, quod incipit: *Placuit Divinæ pietati*, & graphicè depingit mala, *ex atiis exfpectativis* promanantia, in longum, & latum, easdémque abolet, * *imas* folummodò *Preces*, inftar Cæfarearum, annuendo futuris fummis Pontiibus, ** & tolerando certas gratias exfpectativas *in octo menfibus*, nec non ollationes *per præventionem* fiendas. ***

* *Dum cura reformandæ Ecclefiæ huic S. univerfali Synodo Bafileenfi incumbit, hoc unum fingulari follicitudine profequendum arbitratur, ut per fingulas ecclefias miniftri inftituantur idonei, qui fcientiis, & virtutibus effulgeant... Cui rei grave impedimentum hactenus afferre vifa eft gratiarum exfpectativarum multitudo, quæ gravem ordini, & ftatui ecclefiaftico perturbationem, variafque inordinationes, ac plurima difcrimina comperitur injeciffe.* Et poft multa: *Statuit, & decernit, ut Romanus Pontifex, qui pro tempore fuerit, eas deinceps gratias exfpectativas, aut nominationes nullo modo, nullave ex caufa concedat, cum ipfe præ cæteris, ne fit tantorum caufa malorum, abftinere debeat... Refervationes etiam* particulares, *quæcunque fuerint, beneficiorum* vacaturorum, *tam per Romanos Pontifices, quam per Legatos Sedis Apoftolicæ, de cætero nullæ fint ipfo jure.*

** *Non tamen intendit prohibere hæc fancta Synodus hoc præfenti Decreto, quominus futuri Romani Pontifices tempore Pontificatus fui, modo honefto, & convenienti de uno beneficio ad collationem, in qua fuerint decem beneficia, & de duobus, ubi fuerint quinquaginta, & ultra, difponant; ita tamen, ut in eadem Ecclefia Cathedrali, vel Collegiata, duas præbendas fuo tempore non conferant.* Adjecit Natio Germanica claufulam: *Cæterum, quod in natione noftra in gratiis, quas Dominus Papa adhuc facere habet, præferatur* Theutonicus non - Theutonico *in Ecclefia* Theutonicali, *præfertim* parochiali. Dolebant enim fat diu Germani, quòd alienigenæ a Papis de beneficiis, ipfis adeò parochiis, Germaniæ provifi fuerint.

*** *Neque etiam collationes*, per præventionem *fiendas*, *intendit impedire*, Præventionum hæcce transmiffio, quanquam Patres Bafileenfes eafdem tranfmififfe videantur hac confideratione, quia raró Papa præveniet collatorem ordinarium, nec *Gallis* arrifit, nec *Germanis;* hinc utraque Natio falvavit fibi *terminum Concilii Lateranenfis*, ex cap. 2. *de Conceffion. præb.*, quo demum elapfo, Papa poffit prævenire, certé, non *inferiores collatores ordinarios*, fed eorum *Superiorem*, cui competeret *jus devolutum*. Verba falvatoria funt: *fupplicatur tamen facro Concilio, ut declarare dignetur, quòd vigore horum Decretorum non intendit tollere* inferioribus *ordinariis tempus Lateranenfis Concilii*, *quodque* ante ipfius lapfum *non habet locum præventio.* Confer

San-

Sanctionem pragmaticam in §pho *de præventionibus temperandis.* Recte hæc cautela facta est; cum aliud sit, Papam concurrere cum quolibet *collatore ordinario*, aliud cum quolibet *Ordinario loci* qui, *jure superioritatis*, *& curæ pastoralis* supplet negligentiam inferiorum in conferendis beneficiis. Sedit tunc in animis Patrum, sicut colligo, communis opinio, quod Papa sit *generalis Ordinarius:* inde jus *concurrentiæ*, & ex eo jus *præventionis.* Nunc autem, sicut Papa non exercet amplius concurrenter cum locorum Ordinariis primam juris dicundi instantiam, *Trident. sess.* 24. *de Reformat. cap.* 20.; ita neque jus concurrendi in devolutionibus, etiam post neglectum terminum Concilii Lateranensis.

IV.

Videamus nunc, quid ex istis hierarchicis Decretis *immutatum* fuerit per *Concordata Germaniæ.* Manentibus reliquis, immutata est

1.) Sublatio Extravagantis *Execrabilis;* hanc enim adoptarunt denique Germani; quanquàm reservatio beneficiorum *primæ classis incompatibilium* (e. g. duarum dignitatum, vel parochiarum) contra Extravagantem hanc de facto retentorum, de quibus solis ipsa agit, non impediat de praxi jus patronorum, utpote, qui beneficia, per adeptionem secundi *ipso jure* vacantia, sedulo ac statim conferunt, quin exspectent, donec retentor utriusque beneficii à Papa privetur. Consule desuper ENGEL *ad tit. de præb. num.* 13.

2.) Sublatio Extravagantis *ad Regimen*, in quantum hæc disponit de beneficiis vacantibus *per obitum Cardinalium*, & *Officialium Curiæ*, ubicunque contingentem; item, quatenus hæc, *electione cassata*, *vel postulatione repulsa*, aut si *electorum*, *vel postulatorum renuntiatio* coram Papa fieret, pro ea vice provisionem reservat Sedi Apostolicæ. In cœteris hæc Extravagans collegit, & explicavit reservationes *in Corpore juris clausas*, ex vacatione beneficiorum *apud Sedem.*

3.) Confirmatio *mediatorum* Episcoporum, facienda a suis Metropolitanis: nam per Concordata ad Papam spectat confirmare omnes Episcopos Germaniæ, licet, (exceptis *Bambergensi* & *Passaviensi*) non sint *immediatè* sanctæ Sedi subjecti.

4.) Libera electio ad illas dignitates, & beneficia, quæ in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis *non reputantur inter majores*, *& principales*, id est illæ, quæ de consuetudine loci electum *non donant altiore loco in choro*, sed relinquunt eum *in ordine sui stalli;* tales enim vulgariter qualescunque dignitates vi Concordatorum, *per se*, *& nisi quid aliud obstet*, cadunt *sub alternativam mensium*, quidquid in contrarium operosè dicat infra laudanda Disputatio 3tia *cap.* 4. §. 19. *& seq.* Quoad iis *majores* & *principales* autem, quotquot harum in aliqua Ecclesia sint, & pro talibus reputentur, nihil de *Constantiensi* Concilio, vel de *Basileensi*, fuit immutatum, sed electiones sunt de jure *in quocunque mense* liberæ à reservationibus, præterquàm iis, quæ sunt *clausæ in Corpore juris*, & Extravagante *ad regimen*, sicut ostendit Anonymi Germani *Analytica Demonstratio*, *ex litera*, *& mente Concordatorum Germaniæ Præposituras*, *quæ sunt in Germania majores post Pontificales in Cathedralibus*, *& Principales in Collegiatis Ecclesiis Dignitates*, *non esse Sedi Apostolicæ reservatas*, edita an.

1757.

1757. in fol., recusa hoc an. 1764. Coloniæ in 4., quam deductionem recensuit, & suo gravissimo calculo comprobavit *Dissertatio 3tia Bartheliana super Concordatis*, an. 1762. 31. Aug. Herbipoli disputationi publicæ subjecta *cap.* 4. §. 27. 28. 29. 30.

5.) *Amplitudo* clausulæ: *nisi ex magna*, in Concordatis *restricta* est favore Germanorum *ad solas illas Prælaturas, quarum confirmatio Romæ peti debet*; cum Decretum *Basileense* subjunxisset eandem *omnibus Dignitatibus electivis* indistinctim, sive electi à Papa, sive ab inferiore Episcopo confirmandi sint. Item, vi clausulæ *Basileensis* poterat Summus Pontifex *ex magna, rationabili, & evidenti causa* aliquid contra libertatem electionum attentare, *etiam ante factam electionem*, e. g. reservando, vel providendo: econtra per clausulam Concordatorum potest solummodo aliter providere *post factas, & ad se pro confirmatione delatas electiones*.

6.) Clausula *Concordatorum* paullum aliter sonat, quam clausula *Basileensis*, nempe sic: *Et si canonicæ fuerint, eas confirmabimus*, NISI *ex* RATIONABILI *&* EVIDENTI *causa, ac de dictorum Fratrum* (Cardinalium) *consilio, de* DIGNIORI, *&* UTILIORI *persona duxerimus providendum*: omissum est equidem: tò *magna*, sed ipsa *rationabilitas* causæ illud tacitè hic complectitur; cum rationabile non foret, aliquem, *jure ex electione acceptata quæsito*, sine *magna* causa privare: plus est in clausula *Concordatorum*, quam in clausula *Basileensi*, quatenus Papa hoc casu debet *de consilio S. R. E. Cardinalium* procedere, nec *quemlibet* loco electi potest præficere, sed *digniorem, & utiliorem*. Per hanc Concordatorum clausulam.

7.) Exspiravit interpretatio restrictiva, quam super sua clausula fecerat *Basileense* Concilium in Seff. 23. per aliud Decretum: *Licet dudum*; nempè, cum Patres animadverterent, sub scuto illius clausulæ generalioris *contra ipsius Decreti mentem* non pauca geri, cupientes obviare, nolentésque, *ut ipsius Decreti mens, quæ fuit, omne obstaculum à canonicis electionibus, & confirmationibus tollere, suo frustretur effectu*, explicarunt, quandónam adesset illa *magna, rationabilis, & evidens causa*, propter quam Papæ liceret attentare contra libertatem electionum; videlicet, *si fortè aliquando contingat, electionem aliquam, etiam aliàs canonicam, fieri, quæ in perturbationem Ecclesiæ, aut patriæ, vel boni publici vergere timeatur, summus Pontifex, cum ad ipsum confirmatio delata fuerit, si talem* urgentissimam *causam adesse* manifeste *cognoverit, ea prius mature discussa*, ac parte plene defensa, *accedente postea Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, aut majoris partis*, subscriptione, hujusmodi causam veram, sufficientémque fore, attestantium, *rejecta tali electione, ad Capitulum, vel Conventum* remittat, ut . . . *ad aliam, ex qua evenire talia non formidentur, electionem procedant*. Hoc casu *juxta Concordatorum clausulam* provideret Papa, ut ut firmiter in *Avisamentis* Moguntinis de an. 1440. Prælati, & Principes Germaniæ constituerint retinere hanc Basileensem declarationem. Vid. GOLDAST. *Constit. imperial. Tom.* 1. *pag.* 404. *cap.* 6. *§.* 8. Quam parum *Nicolaus* V. fecerit ex hoc decreto: *licet dudum*, quámque ipsimet Germani censuerint, illud per Concordata abolitum esse, conjici potest ex reservatione ejusdem, quam de Ecclesia *Metensi* vacatura an. 1450. fecit in favorem Archiep. Trevirensis, *Jacobi à Sirck*, sollicitante ipsomet Imp. *Friderico* III.,

ut iste Episcopatus, ad sublevanda Trevirensis Ecclesiæ debita, eidem daretur *in Commendam*. Bullam exhibet *Histor. diplom. Trevir. Tom. II.* pag. 413. Excitavit, opinor, hic actus *Metenses*, qui ab initio Concordata noluerunt acceptare, ut eodem adhuc anno 1450. sibi impetrarent bullam Concordatorum Germaniæ ampliativam.

8.) Immutata sunt Decreta *Basileensia* propter & quoad *reservatos menses Papales* in vim *alternativæ* concordatæ, manente abolitione cœterarum reservationum.

9.) Propter quasdam adhuc *gratias exspectativas* toleratas in Concordatis, nempe quoad beneficia *sæcularia*, ad collationem summi Pontificis spectantia; tantum quippe promisit ibi Sedes Apostolica, quod 1.) REGULARIA *beneficia sub exspectativis gratiis non cadent*, & 2.) quod *libera Ordinariorum collatio* per *gratiam exspectativam* non impedietur, consequenter neque per *primas preces Pontificias*, quas tamen Basileense Concilium Romano Pontifici addixerat. Finem omnibus gratiis *exspectativis*, sive ad vacatura beneficia, juxta spiritum Basileensis Concilii, feliciter imposuit Tridentinum *Sess.* 24. *de Reform. cap.* 19.

V.

Quid autem in *Concordatis Galliæ* de anno 1516. immutatum fuit circa prædicta Decreta *Basileensia*, per Sanctionem *Bituricensem* acceptata, & modificata? Remanente *abolitione quarumcunque reservationum*, & *gratiarum exspectativarum*, præterquàm *primariarum precum summi Pontificis*, quas supradicto modo indulsit ei *Basileense*; nulla quoque *alternativâ mensium* concordata, * *in odium Capitulorum*, ** *ac Conventuum* (quæ, & qui *privilegium* Sedis Apostolicæ *de eligendo sibi Prælato proprio non habebant*) transformata est libera *Electio Episcoporum*, & *Abbatum* in *nominationem Regiam*; *** nihil autem lucri majoris Pontifici contra Basileensia Decreta advenit; imò clausula, *nisi ex magnâ* eidem penitùs fuit subtracta. ****

* Concordata ead. Tit. IV. & VI. In Cathedralibus tamen, & Collegiatis Ecclesiis, quarum statuta cavent expressè, quòd nullus ibidem dignitatem, personatum, administrationem, vel officium obtinere possit, nisi in illis *actu canonicus* existat, Papa creare poterit canonicos, ad *effectum duntaxat, talia obtinendi*; in quo latet adinventionis formalitas. *Alternativæ mensium* non fit ibi expressa mentio, quia, paucis provinciis exceptis, quæ vocantur *terræ obedientiæ*, Regnum Galliæ non acceptaverat *alternativam*, a *Martino* V. introductam; magis autem gravabatur *per octo menses* cursu *gratiarum exspectativarum*, & *mandatorum de providendo*; hinc ista expressè abrogantur.

** Concordata Galliæ prostituunt in æternum tunc subsistentia cum libera Prælatorum electione Capitula Regni in Tit. II. propter labem Simoniacam, & grandia animarum pericula, ex libertate electionum scaturiisse dicta; Titulus autem I. satis loquitur, cur hanc publicam confusionem meruerint Prælati, & aliæ Personæ ecclesiasticæ illius Regni, nempe, quia toties jam antea tentatæ abrogationi Sanctionis pragmaticæ, tanquam in seditione, & schismatis tempore

pore natæ, parere, & monitis RR. Pontificum aures præbere noluerunt, sed eidem corruptelæ tenaciter inhærebant.

*** Tit. III. *Rex Franciæ pro tempore existens ad Cathedrales, & Metropolitanas Ecclesias unum gravem Magistrum, seu Licentiatum in Theologia, aut in utroque, seu in altero Jurium Doctorem, aut licentiatum in Universitate famosa, & cum rigore examinis, & in* VIGESIMO SEPTIMO *suæ ætatis anno ad minus constitutum, & aliàs idoneum, infra* SEX MENSES, *a die vacationis Ecclesiarum earundem computandos, Romano Pontifici possit nominare, & de persona per Regem nominata per Eum provideri.* Duo hic sunt vulnera juris communis, 1.) *ætatis* ad Episcopatum requisitæ *diminutio*, & 2.) Ecclesiarum *ultra tres menses* vacatio; imo, si contingeret a Rege nominari personam *nonqualificatam, per novem menses* vacare posset Ecclesia; quia tunc indulgentur Regi *alii tres menses* ad nominandam personam idoneam. Similiter ad *Monasteria, & Prioratus* vere electivos, id est, in quorum electionibus forma capituli *Quia propter* observari debet, & electionum confirmationes solemniter dari consueverunt, Rex nominabit intra idem tempus Religiosum ejusdem Ordinis *in ætate viginti trium annorum ad minus constitutum;* cum de jure communi requiratur *ætas presbyteralis.*

**** Reservata est Papæ in Tit. III. solummodo provisio Ecclesiarum Cathedralium, & Monasteriorum, cum vacarent *per obitum apud Sedem*; non autem, si vacarent *per cessionem in manibus Papæ factam;* tunc quippe nihilominus Rex nominaret. Item in defectum nominationis Regiæ Papa *post novem menses vacationis* providere poterit, qui casus non continget. De *Consecratione, & Benedictione* nominatorum a Rege nihil contra Decreta Basileensia extitit per Galliæ Concordata immutatum.

VI.

Acceptavit porrò Germania Decretum Basileense *de Electionibus*, quod incipit, *sicut in construendâ*, quatenùs præscribit *formam eligendi Episcopos, & Abbates*, * eligendorum *idoneitatem* designat, ** *Confirmationes electorum regulat*, *** *Simoniacam pravitatem* severè prohibet. ****

* *Petimus, quatenus S. Concilium declarare dignetur, quod electiones* Pontificum & Abbatum *fiant servata forma in hoc Decreto tradita, quodque* in cæteris inferioribus dignitatibus electivis quibuscunque *sufficiat modus, & forma juramenti in eodem Decreto expressi:* hinc in ejusmodi non requiritur, sicut in *majoribus* prædictis electionibus, ut electuri *in ecclesia conveniant, magna cum devotione Missam de Spiritu S. audituri; neque, ut contriti, & confessi Sacramentum Eucharistiæ reverenter suscipiant;* quæ duo hodieque in Germaniâ servantur, dum Episcopus, vel Abbas eligitur, tametsi eligentes essent Presbyteri: Quod autem sequitur de *juramento*, hoc tangit etiam inferiores electiones, e. g. Præpositorum, & Decanorum, licet vix credam, illud apud majorem partem ecclesiarum nostrarum in his observari. *Ad locum verò electionis ingressi, jurabunt in manibus ejus, qui Capitulo præsidebit, ipse Præsidens in manibus eum immediate sequentis, sub hac forma:* „Ego N. juro, & „promitto omnipotenti Deo, & tali Sancto, vel Sanctæ, sub cujus vocabulo

 „dedi-

„dedicata est ecclesia, eum eligere, *quem credam*, futurum *ecclesiæ* in spiritua-„libus, & temporalibus *utiliorem*, nec illi vocem dare, quem verosimiliter „scivero, promissione, aut datione alicujus rei temporalis, seu *prece*, per „se, aut alium *interposita*, aut *alias qualitercunque*, directe, vel indirecte, „*pro se electionem procurare.*„ Quæ ultima præstaret omitti propter moralem perjuriorum certitudinem, cum non sit fere electio ulla in sæcularibus, & rara etiam in Regularibus Ecclesiis, in qua non intercedat studium procurandi pro se electionem: pergitur ibid. *Idem juramentum præstet, confiteatúrque, & communicet, qui constituit procuratorem ad eligendum* certam *personam, nec non procurator* generaliter *ad eligendum constitutus, in casibus, in quibus secundum juris communis dispositionem in hujusmodi electionis negotio procurator constitui potest. Quod etiam juramentum præstetur ab his, in quos continget super electione futuri Prælati fieri compromissum, qui etiam confiteri, & communicare teneantur. Quodsi prædicta non fecerint, pro illa vice eligendi sint ipso jure potestate privati.*

** Cùm præmonuisset Synodus Basileensis eos, ad quos jus pertinet eligendi, ut *omnem curam adhibeant, ut dignam coram Deo, & hominibus electionem faciant, exactámque proinde apponant solicitudinem, ut tales eligant, qui tanto officio valeant satisfacere*, post ea, quæ sunt de juramento præmittendo, statuit: *eligant in Prælatum virum ætatis legitimæ, moribus gravem, literarum scientia præditum, in sacris ordinibus constitutum, & alias idoneum secundum canonicas Sanctiones.* Repetiit hanc monitionem Concilium *Lateranense* X. Sess. IX. in *Supernæ*, versu: *cum piæ.* Tridentinum Sess. 7. de Reform. cap. 1. Sess. 22. de Reform. cap. 2. Sess. 24. de Reform. cap. 1.

*** *Facta autem electione, & ei, ad quem jus pertinet confirmandi, præsentata,* si appareat cöelectus, vel se opponens electioni, *nominatim vocetur ad videndum discuti electionis negotium; & nihilominus generaliter* EDICTUM PUBLICUM *in ecclesia, in qua facta est electio, proponetur juxta constitutionem felic. recordat.* BONIFACII VIII. (cap. ult. de elect. in 6., & adest clausula *irritæ aliàs, & inanis confirmationis.*) Hoc edictum ad valvas, etiam in concordi electione plurimæ per Germaniam ecclesiæ, Cathedrales, Abbatiales, & Collegiatæ sæculares, practicant; *Trevirensis* autem omittit; ubi quoque Abbatum, & Decanorum confirmationes non fiunt cum pompa, & ceremoniis, & sed per puras literas ex conclavi Emmi Confirmatoris expediuntur. *Comparentibus autem aliquibus, vel non, nihilominus ipse Confirmator ex officio, tanquam in negotio inquisitionis, procedat, omnem adhibiturus diligentiam, ut tam forma electionis, quàm merita electi, & omnes circumstantiæ debitè examinentur. Et si electio confirmanda sit, vel infirmanda,* JUDICIALITER *confirmetur, vel infirmetur:* hoc postremum, & tò *judicialiter* accipio si in *contradictorio inquisitionis, vel oppositionis* confirmetur, vel infirmetur, secus, si *neque ex officio, neque ex jure partis* in dubium vocaretur electionis subsistentia; ad quid enim tunc *judicialis* confirmatio?

Additio. Hoc jus Germanis per Concordata non fuit ademtum, quod in *discordi* electione *judicialiter* sit procedendum, consequenter ille. cujus electio præstat alterius electione; triumphare debeat, quin locus sit clausulæ: *nisi ex rationabili, & evidenti:* Unde quidam anno proximè superiore, quo in Consi-

Consistorio Papali discutiebatur discors electio *Leodiensis* inter Serenifs. Regium Principem Saxoniæ Ducem CLEMENTEM, per vota 19. electum, & Rmum Illmum S. R. I. Comitem CAROLUM NICOLAUM ALEXANDRUM d'OUTREMONT, 31. vota habentem, immerito verebantur, ne Sanctissimus Dominus noster propter instantias Cæsaris, Regis Galliæ, & Domûs Saxonicæ, faveret *extra ordinem*, sub prætextu illius clausulæ, Serenissimo Regio-Saxonico Principi CLEMENTI, quæ res commotura certo fuisset omnia Germaniæ illustria Capitula: electio per majora in contradicto judicio, prævaluit: laudavit Germania sapientiam Sanctissimi Domini Nostri CLEMENTIS Papæ XIII. hic rursùs effulgentem.

**** Præter nullitatem electionis, sic statuit hoc Decretum: *Simoniacè eligentes, præter alias pœnas*, perpetuo *sint ipso facto* jure eligendi *privati: Simoniacè autem electi, & qui hujusmodi Simoniacæ electionis participes fuerint, taliterque eligentes, & confirmati, in horrorem tanti criminis*, pœnam ipso facto excommunicationis *incurrant, nec à tali reatu, & excommunicatione electi, & confirmati absolvi possint, nisi ecclesias, & dignitates, ad quas turpiter assumpti sunt, libere resignaverint, & ad eas obtinendas, quas nefariò ingressu adepti sunt, perpetuò reddantur inhabiles.* Patres videntur agnovisse perniciem ex gratia tali dispensatrice, sive per organum S. Pœnitentiariæ, sive per Datariam, ad hoc, ut erga compositionem, vel erogationem malè perceptorum fructuum in causas pias, Simoniace ingressi sua beneficia retinerent; multi enim ambitiosi, dispensationis auxilium præscientes, & sperantes, allicerentur ad peccatum: accusat ergo se ipsum, & suos prædecessores LEO X. in *Tit. II.* Concordatorum Galliæ, dum ait, hactenus in illa natione Simoniacas, & perjuras electiones factas esse, *ut Nobis notorie constat* EX CREBRIS ABSOLUTIONIBUS, & REHABILITATIONIBUS *a* NOBIS, & PRÆDECESSORIBUS NOSTRIS *petitis*, & OBTENTIS. Sane, si juxta *can.* 9. *dist.* 79., & Concil. Lateranense V. Sess. V. in const. *Cum tam divino*, electus simoniace *in Papam* repellendus sit, etiam *sub anathemate*, præposito alio, cur non minus repelleretur *inferior Episcopus*, tali viâ exaltatus? Simoniaca *confirmatio* eo ipso nulla est, & *confirmantes per Simoniacam labem, si ipsi eam commiserint, etiam sententiam excommunicationis incurrunt eo ipso, a qua nisi per Romanum Pontificem, præterquam in mortis articulo, absolutionis beneficium obtinere non possint.* Reformatio Concil. Lateran. V. quoad simoniacam labem, ac pestem, *non solùm à Romana Curia, sed ex omni etiam Christiana ditione*: ejiciendam, brevis est, stans in generali innovatione Ss. Canonum.

VII.

Non solùm autem *veram* pravitatem *Simoniacam* ab electionibus, & confirmationibus abesse procul voluit hoc Decretum, sed etiam *quascunque largitates erga Confirmantes*, * solis *scribarum* compensatis laboribus. **

* *Et ut omnia mundè, & sine labe*, ac labis suspicione *procedant, non solum* exigere *aliquid*, quantumcunque parvum, *sed etiam* gratis oblata, *Confirmator* ratione confirmationis, *sub nomine subjectionis, subsidii, gratitudinis, aut alio colore, prætextu cujusvis consuetudinis, aut privilegii, per se, vel*

 per

per alium, nullatenus recipere præsumat. Non servatur, nequidem in Ge maniâ, ubi scitur, quot florenos auri de taxâ dare debeat confirmandu de quibus etiam ipsis Confirmatoribus obvenit sua portio.

** *Notariis autem, & his, qui scripserunt in hujusmodi causis, emolumentum al quod moderatè taxetur, habendo respectum* ad laborem, & operam scriptur: *non* ad fructuum Prælaturæ valorem.

VIII.

Quæ lex ad ipsum quoque *summum Pontificem*, reverenti hortatu, exten fuit, * cum appromissione tamen *alterius subsidii,* eidem pro oneribus regim nis universalis ecclesiæ ante Concilii dissolutionem deputandi. **

* *Summum verò Pontificem hæc sancta Synodus hortatur, ut, cum speculum, (norma omnis sanctitatis, & munditiæ esse debeat, pro confirmatione earum electi num, quas ad eum deferri contigerit, nihil penitus exigat, aut recipiat:* ali quin, *si, secus faciendo, notorie, & incorrigibiliter ex hoc ecclesiam scandal zet, futuro Concilio deferatur.*

** *Pro* oneribus *autem, quæ Ipsum* pro regimine universalis Ecclesiæ *subi oportet*, próque *sustentatione S. R. E. Cardinalium*, & aliorum necessari rum officialium, *hoc sacrum Concilium* ante suî dissolutionem *omninò debit & congruenter provideat. Quòdsi contingat aliquam circa hæc provisione non facere, tunc* illæ ecclesiæ, & beneficia, *quæ* usque nunc ex novi Pr lati assumptione certam taxam solverint, *deinceps* medietatem *hujusmodi t xæ* (mendum est: *hujusmodi-capere* in exemplaribus) per annum post ade tam pacificam possessionem *solvere in partibus teneantur, duratura hujusmo* provisione, *donec prædictis, Papæ, & sustentationi Cardinalium fuerit a ter provisum: per hæc eadem sancta Synodus non intendit in aliquo præjudica S. Romanæ, & universali Ecclesiæ, nec alteri cuicumque.* Et hic est text versiculi: *Quòdsi contingat* usque ad finem Decreti hujus, prout extat ap HARDUINUM in *edit. Concilior. Tom. IX. pag.* 1159., & in *Concordat Germaniæ integris* superiùs laudatis. Ast, in *Sanctione pragmaticâ Bitur censi*, an. 1503. per Cosmam *Guymer*, & an. 1748. per *Guy de la Combe*, edit nec non in *Collectione Conciliorum*, impressâ Coloniæ an. 1530. *Tom. I. f* 153. *recto*, nihil est *de medietate taxarum provisionaliter solvendâ*, sed tot versiculus paucis his lineis absolvitur: *Quòdsi contingat, aliquam circa h provisionem non facere, per hæc eadem sancta Synodus non intendit in aliq præjudicare sanctæ Romanæ, & Universali Ecclesiæ, nec alteri cuicunque.* Ut lectio sit genuina, judicabit ipsorummet originalium inspectio.

IX.

Tam parùm verò providit Concilium *Basileense* in consolationem Pap: & Curiæ Romanæ aliquid, ut potiùs *Sess.* 21. habita 9. Jun. 1434. uno ictu p nitùs sustulerit *Annatas*, * easdem solvi consuetas, indicente *Bonifacio* IX. a 1398. ex vestigiis *Clementis* V., & *Joannis* XXII.

* Deci

Decretum integrum appono, ut appareat, quòd *Annatæ* non fuerint declaratæ *in semetipsis* esse *Simoniacæ*, sed tantùm, quod fuerint prohibitæ exigi *sub pœnis contra Simoniacos latis*; quæ duo sunt sane diversa; nam & Tridentinum Concilium *Sess.* 24. *de Reform.* cap. 14. *pœnas contra Simoniacos editas* tulit contra eos, qui in admissione ad possessionem Canonicatuum, & præbendarum recipiunt certas pecunias, in usus pios non convertendas; quin tamen istæ pecuniæ statutariæ, in omnibus fere Capitulis usque nunc pro jucundo introitu solvendæ, *in semetipsis* vere sint Simoniacæ. Sic autem habet: *Sacrosancta, generalis Synodus Basileensis, in Spiritu S. legitime congregata, universalem Ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam. In Nomine Spiritûs S. Paracleti statuit hæc sancta Synodus, quod,* tam in Curia Romana, quam alibi, *pro, seu in confirmatione electionum, admissione postulationum, præsentationum provisione, collatione, electione, postulatione, præsentatione, etiam a laicis facienda, institutione, installatione, & investitura de Ecclesiis, etiam Cathedralibus, & Metropolitanis, Monasteriis, Dignitatibus, Officiisque ecclesiasticis quibuscunque; nec non ordinibus sacris, & benedictione, ac* PALLIO, *de cætero nihil penitus, ante vel post, exigatur* ratione literarum, vel bullæ, sigilli, Annatarum, communium, & minutorum servitiorum, primorum fructuum, deportuum, aut sub quocunque alio titulo, colore, vel nomine, *prætextu cujusvis consuetudinis, privilegii, vel statuti, aut alia quavis causa, vel occasione, directe, vel indirecte; solum scriptoribus, abbreviatoribusque, & registratoribus literarum, seu minutarum,* pro illorum labore *competenti salario solvendo. Huic autem sacro Canoni, siquis promittendo, exigendo, vel dando, contravenire præsumpserit,* pœnam incurrat, ùt adversùs Simoniacos inflictam, *& in ipsis Dignitatibus, ac beneficiis taliter obtentis nullum jus, ac titulum acquirat: obligationes quoque, promissiones, censuræ, ac mandata, & quidquid in præjudicium Decreti hujus saluberrimi fieri contigerit, nullas obtinere vires, atque irrita censeantur. Et si, quod absit,* Romanus Pontifex, *qui præ cæteris universalium Conciliorum exequi, & custodire debet canones, adversus hanc sanctionem aliquid faciendo Ecclesiam scandalizet, generali Concilio deferatur;* cœteri *vero pro modo culpæ juxta canonicas sanctiones per suos Superiores digna ultione puniantur.*

X.

Quid circa hæc fecerunt *Germani*, quid *Galli*, ante, & per sua respectiva Concordata? Utraque præclara Natio, non contenta Decreto Basileensi *de Electionibus*, insuper aliud istud Decretum *de abolitis Annatis* acceptavit; & *Gallia* quidem cum hac modificatione, quòd ipsa vellet EUGENIO Papæ, ad tempus regiminis sui, *per modum doni merè gratuiti* dare aliquid; *Germania* verò *absque tali modificatione.** Dum posteà *Galli* an. 1516. concordabant, satis sibi non vigilantes, *latenter, ac sensim* sine sensu, clausis velut oculis rem non videntes, in *Annatarum*, & *servitiorum Curiæ* foveam *inciderunt;*** econtra *Germani* an. 1448. concordantes, aperto visu in eandem *descenderunt* volentes.***

* Sanctio pragmat. Tit. IX. §. 2. *Voluit tamen hæc* (Biturlcensis) *Congregatio pro instanti necessitate moderni Papæ, & sacri Collegii Dominorum Cardinalium*

lium, hodie notorie ingruente, & etiam JUXTA POLLICITATIONEM SACRI BASILEENSIS CONCILII *in suo Decreto* de Electionibus in fine, *videlicet, quod præfatus summus Pontifex* modernus *habeat*, EJUS VITA DURANTE DUNTAXAT, *pro se, & Dominis Cardinalibus, ac cæteris Officiariis Curiæ Romanæ, ex fructibus quarumcunque ecclesiarum, monasteriorum*, quorumcunque beneficiorum, ad decem libras, vel amplius, taxatorum, *vacaturorum deinceps alias*, quàm ex causâ permutationis, & simplicis resignationis, QUINTAM *illius taxæ, videlicet, quæ* OLIM *per Regem, & Ecclesias suorum Regni, & Delphinatûs tolerabatur* PRO TUNC, QUANDO *fuit Concilium Constantiense inchoatum;* ITA, QUOD *dicta quinta pars taxæ prædicta* NON REFERATUR AD ILLAM TAXAM, *ad quam fuit facta* ULTIMA REDUCTIO *per dictum Constantiense Concilium, sed referatur* AD ILLAM hoc casu, EX QUA *immediatè fuit ab eodem Constantiensi Concilio facta ipsa reductio*, PROVISO *tamen, quod* FRUCTUS, *& proventus beneficii sic taxati ad minus* TANTUM *valeant pro tempore*, QUANTUM *ipsa* TAXA. . . . . *Item, quod hujusmodi subventio conceditur per modum* SOLIUS DONI GRATUITI. Cœtera lege, ut ibi. GERMANI autem an. 1439. sic statuerunt. *Similiter omnia Decreta vicesimæ primæ Sessionis, quorum primum* TOLLIT ANNATAS : *circa hoc tamen decernentes sacrum Concilium declarare, quod non intendit per hoc Decretum prohibere, quin licite exigatur, & solvatur, siquid tempore receptionis Beneficii et solitum sit solvi* FABRICÆ, *vel pro* ORNAMENTIS ECCLESIÆ, *vel simili casu ad usum tamen divini cultûs*, ET NON AD PRIVATUM COMMODUM PERSONARUM, *convertendum.*

** Sic verò Galli leniter conducti fuerunt ad *Annatas :* 1.) Per *Concordata eorum* simpliciter abrogabatur *Sanctio Bituricensis*, quibusdam ex eâ capitulis ideò expressè in Concordatum translatis, ut istud esset *loco dictæ Pragmaticæ Constitutionis, ac omnium, & singulorum capitulorum in eâ contentorum*, ut habet princ. Concordat. Tit. III. 2.) *Annartarum* expressa, & literalis conventio non apparuit, quæ oculos, animósque ferire potuisset; attamen 3.) in Tit. VII. §. 4. venit Regula Cancellariæ *de exprimendo vero valore beneficiorum*, his verbis: *Statuimus, quòd in provisionibus . . . . beneficiorum verus annuus per florenos, aut ducatos auri de Camerâ, aut libras Turonenses, seu alterius monetæ, valor secundùm communem æstimationem exprimi debeat, alioquin gratiæ ipsæ sint ipso jure nullæ:* Nondum ex hoc sequebatur solutio *Annatarum*, sicut ipsimet Galli agnoscunt, cum alium ob finem Papa potuerit requirere expressionem veri valoris, ne videlicet cuilibet supplicanti daret quodlibet de melioribus beneficium: ast 4.) cum regnicolæ Concordatum acceptare detrectâssent, accessit ad ea Tit. XX. *de prorogatione temporis ad recipiendum* per primum, & secundum annum, an. 1517. & 18., & intereà motus proprius *Leonis* X. 1. Octobr. 1516. emanavit, qui posteà insertus fuit Concordatis sub Tit. XXI., & Rubrica: *prorogatio temporis de Annatis;* indulsit nimirum Papa Gallis, ut *perpetuis futuris temporibus impetrantes beneficia in Regno, Delphinatu, & Comitatu, per obitum duntaxat vacantia, si verum annuum valorem beneficiorum in litteris Apostolicis... non expresserint, infra annum à die datæ... valorem ipsum malè expressum corrigi per officiales petere, ipsique officiales ad impetrantium simplicem petitionem, valorem ipsorum ad verum annuum valorem juxta petentium voluntatem in iisdem literis reducere, & corri-*

corrigere, ipsique impetrantes PRO AUGMENTO VALORIS EXPRESSI DUNTAXAT. ANNATAM CAMERÆ APOSTOLICÆ SOLVERE *debeant, & teneantur*: hic non fiebat nova conditio de solvendis Annatis, sed Papa rem tractabat *tanquam suppositum aliquod, aliunde jam confectum*, & per se intellectum. Hæc bulla registrata est cum toto Concordatorum tenore, sine quavis providentiæ cautela contra Annatas, & sic ipsæ fuerunt recognitæ. Conqueruntur autem Galli, quòd ipsi teneantur eas solvere secundùm *antiquam* redituum taxam, non juxta *modernam* proportionem, esse proinde apud eos beneficia, quorum Annatæ superent proventus duorum annorum. Vide HERICOURT *Loix ecclesiastiques part.* III. pag. 217. §. 25. & *part.* I. pag. 354. §. 9., ubi tamen nescio, an satis cohærenter loquatur, dum ait: *Ce droit ne se paye pas sur le pied du revenu d'une année du chaque benefice consistorial, mais suivant l'ancienne taxe, qui a eté faite par la Cour de Rome. Les Papes ont voulu changer cette taxe pour la proportionner au revenu annuel de chaque benefice; mais la France, qui se seroit trouvée plus chargée par ce changement, s'y est toûjours opposée. Il est cependant facheux, que le peu de proportion, qu'il y a entre ces taxe, prive des Evêques, & des Abbés du revenu de leurs benefices pendant plusieurs années.* Quæ beneficia Regni Annatis non subjaceant, tradit LA COMBE in verbo *Annate* pag. 46. in fin., & in verbo *Expression* pag. 341. num. 8. Habent nimirum & Galli illam *fictionem expeditionis*, quam Germani, ut in vulgaribus beneficiis contra rei sæpissimè veritatem inferatur bullæ: *cujus fructus, & reditus annui non excedunt 24. ducatos auri de Camerâ secundùm communem æstimationem.*

*** Quia Germani promiserunt *quandam provisionem*, Sedi Apostolicæ ordinandam, in præliminaribus, ideò, stantes verbo suo, *modum Annatarum* hunc inierunt 1.) *De Ecclesiis Cathedralibus omnibus, & Monasteriis virorum duntaxat, vacantibus, & vacaturis, solventur pro fructibus primi anni à die vacationis* summæ pecuniarum, *in libris Cameræ Apostolicæ taxatæ, quæ* communia servitia *nuncupantur.* 2.) *Siquæ verò excessivè taxatæ sunt, retaxentur*, & quidem *per Commissarios in partibus*, si petantur. 3.) Hæ *taxæ* PRO MEDIA PARTE INFRA ANNUM *à die habitæ possessionis pacificæ totius; vel majoris partis, solvantur, & pro mediâ parte aliâ infra sequentem annum.* 4.) *Et, si infra annum bis, vel pluries vacaverint, semel tantùm solventur;* 5.) *Nec debitum hujusmodi in successorem in Ecclesiâ, vel Monasterio transeat.* Contra hæc placita jam Sæc. eod. XV. & adhuc magis XVI., gravatam se questa est Germania. 1.) Quòd bullæ non extradantur, nisi exsolutis *integris Annatis, & communibus, minutisque servitiis.* 2.) Quòd taxa fuerit exaltata, 3.) Quòd officia Curiæ multiplicata. Hinc jam an. 1516. in Capitulat. Cæsar. CAROLI V. legitur: daß über, und wider die Concordata Principum. . . mit . . . *Annat*.n der Stift, so täglich mit Mannigfältigung, und Erhöhung deren officien am Römischen Hof... offentlich gehandlet werde; quæ eadem repetuntur in subsequentibus usque nunc Capitulationibus, sed cum mendosa copulatione horum vocabulorum: der Stifft oder Stiffter Mannigfältigung; multiplicatio enim non ad *Ecclesias* pertinet, sed ad *officia*, & *servitia* Curiæ: quorum multiplicatio *summam servitiorum communium*, & *minutorum* fecit *ipsâ fere Annatarum summâ* grandiorem. Pergunt Concordata: *de cæteris Dignitatibus, Personatibus, officiis, & beneficiis sæcularibus quibuscunque*, &

& regularibus, quæ authoritate Sedis Apostolicæ conferentur, vel de quibus providebitur, præterquam vigore exspectativarum, aut causâ permutationis, 1.) solventur Annatæ, seu medii fructus, juxta taxam solitam, 2.) tempore possessionis infra annum, & 3.) debitum hujusmodi in successorem in beneficio non transeat. 4.) De beneficiis verò, quæ valorem viginti quatuor florenorum de Camerâ non excedunt, nihil solvatur. Denique universim de toto recensito modo Annatarum subjungitur: *Curràtque hæc observantia deinceps, nisi eam similiter in futuro Concilio* DE CONSENSU NATIONIS IMMUTARI CONTINGAT. Eo tempore Roma suam indigentiam valdè querebatur, præsertim, quod S. R. E. Cardinalibus, pro voto Nationum assumendis, non posset Curia sustentationem procurare sola; ideo *saltem ad tempus* oportebat succurrere: verum appromissio præsens *de se* est *perpetua*, à neutra de concordantibus duabus partibus mutabilis; sed *solummodò à Concilio generali*, consentiente Germania: mutationem respexit hæc clausula, tanquam *fortè potentem contingere* si nempè velint Concilium, & Natio conjunctim; quæ autem sic respiciuntur, *perpetuitati* non detrahunt. *Arg. l. 7. C. de incol.* De *Annatis* distinctè & satis completè instruit Rmus D. *Gregor.* ZALLWEIN *Princip. jur. eccles. Tom. 3. pag. 242., & seq.*

XI.

Illustre inter acceptata à Germanis, Gallisque Decreta hierarchica est illud *de numero, & qualitate Cardinalium* S. R. E. Sess. 23., quòd incipit: *Cum summo*, idque pro fine habet, ut Cardinales verè sint *Cardines* Ecclesiæ *universalis* quà talis, non unius solius *particularis* per spiritum nationalem. *

* 1.) A multitudine Cardinalium gravatur Ecclesia, authoritas eorum vilescit sint igitur *tantùm viginti quatuor*, inter quos perpauci poterùnt esse filii, fratres, aut nepotes magnorum Principum, nullus nepos Romani Pontificis aut alicujus Cardinalis. *Gallicana Sanctio* censuit, nimis videri rigorosum hoc Decretum contra nepotes RR. PP., si alias sint benè meriti.

2.) De omnibus Christianitatis regionibus assumantur, ut notitia rerum in Ecclesia emergentium faciliùs haberi, & super his maturiùs deliberari possit. Confer *Trident.* Sess. 24. de Reform. cap. 1. Hoc quidem provide ordinatum, sed periculum sæpe est, ne Cardinales Nationum præ aliis Prælatis tententur ad amplectenda principia Curiæ, ad segnius urgendum libertates suæ patriæ, ad introducendum nova extera in eandem.

3.) Sint Viri, in scientia, moribùsque, ac rerum experientia excellentes, non minores 30. annis, magistri, doctores, seu licentiati, cum rigore examinis in jure divino, vel humano; sit saltem tertia, vel quarta pars de magistris, aut licentiatis in S. Scriptura. Confer. *Tridentinum* loc. cit., ad *Cardinalatum quemcunque* easdem requirens qualitates, quæ desiderantur *ad Episcopatum.*

4.) Electio eorum non fiat solum per vota auricularia, sed illi soli assumi possint, in quos, facto vero scrutinio, ac publicato, majorem partem Cardinalium per subscriptionem manûs propriæ constiterit desuper collegialiter consensisse.

5.) Assi-

5.) Assistent *communi omnium Patri:* personarum non fient acceptatores, vel advocati, &, tanquam Judicis collaterales, partialitatem nullam accipient, etiamsi de terrâ partiali originem ducant: nec sint Principum, aut communitatum, seu aliorum contra quemquam, cum pretio, vel sine, partiales protectores, aut defensores, sed, exuti omnem passionem, in sedandis concordiâ, vel justitiâ litibus Papæ assistant.

6.) Familia, mensa, supellex rerum, & equorum, tam Papæ, quàm Cardinalium, nec numerositate, nec fastu, aut pompis, neque aliquo excessu, reprehensibilis sit: ita domum, & quæ in domo sunt, moderate componant, ut alii non scandalum, sed frugalitatis capere exemplum possint. Confer *Trident. Sess.* 25. *de reform. cap.* 1.

7.) Affines suos, præsertim benè meritos, ac pauperes, quanquam negligere non debeant, non tamen ita ipsos opum, aut beneficiorum multitudine accumulent, ut alii inde scandalum patiantur. Caveant, ne *bona ab ecclesiis profecta* ultra, quam necessitatis ratio postulat, in carnem, & sanguinem effundant. Confer *Trident. loc. cit.*

8.) Neque Papa, neque Cardinales familiares suos, quasi munera accepturos, ad *confirmatos*, vel *provisos Prælatos* de cœtero mittant, ne, quod per se facere non decet, per alios fieri patiantur.

9.) Tam Summus *Pontifex* & *Cardinales*, quam cœteri *Episcopi*, servent statutum S. Gregorii Papæ relat. in *can.* 58. II. q. 7., ut quosdam Clericos, vel etiam Monachos, cubicularios circum se habeant, continuos testes conversationis suæ. Adde *can.* 60. eâd. Strenuam hujus moris observantiam laudat *Gregor. Turon.* lib. 6. cap. 36. in *Etherio*, Lexoviensi Episcopo, qui, licet jam 80. esset annorum, tamen circa lectum suum multos lectulos Clericorum habuit, ut continentiæ suæ & testes haberet, & imitatores. *Syncellorum*, id est, in eâdem cellâ commanentium, lex antiqua est, neglecta postmodùm, atque nihilominùs renovata, intermissa iterum, à Basileensi quidem resuscitata, ast parùm observata. Vide *Thomassinum* V. & N. D. E. Part. I. lib 2. cap. 100. & 101.

10.) Tantùm *rebus arduis* Ecclesiæ sint intenti, causisque *majoribus* electionum ad ecclesias cathedrales, & monasteria, Principum, Universitatum, vel similes: *minores* litigiosæ causæ *Auditorio Rotæ*, quod ad hoc institutum est, committantur.

11.) Ut singulis sui peculiariter distribuantur labores, *Episcopi Cardinales* indagare curent, quæ regiones hæresibus, erroribus, superstitionibus novis, aut veteribus, infectæ sint: *Presbyteri*, ubi mores, & divinorum mandatorum observantia, ac ecclesiastica disciplina deficiant: *Diaconi*, qui Reges, & Principes, seu populi, bellis agitentur, vel agitari timeantur; & tanquam apes argumentosæ, tam apud summum Pontificem, quàm inter se ipsos, diligenter, ac accurate negotia hæc sancta promoveant.

12.) Siquando Papam (quod absit) negligentem, aut remissum, seu agentem, quæ statum ipsius non decent, ipsi Cardinales inspexerint, filiali reverentia, & charitate tanquam Patrem obsecrent, ut officio pastorali, honorique, ac debito

 suo

ſuo ſatisfaciat. Et primò quidem aliquis, vel aliqui de per ſe, deinde, ſi ſe non corrigat, omnes collegialiter, accerſitis quibuſdam notabilibus Prælatis, prædicentes, quódſi non abſtinuerit, proximo generali Concilio deferent: nec pro ſalute ipſius ſummi Pontificis, & bono publico, ejus odium, vel quidquam aliud timeant, dum tamen reverenter, & charitativè id agant.

13.) Multo magis, ſiquem ex Cardinalibus, aliquid perperam, ſeu reprehenſione dignum, facientem Papa cognoverit, paternâ ſemper charitate, & juxta doctrinam Evangelicam, corrigat; ut ſic alter in alterum, pater in filios, & filii in patrem, charitatis opera exercentes, Eccleſiam exemplari, ac ſalubri moderamine gubernent.

14.) Cœtera concernunt reſtaurationem, & viſitationem Titulorum, quos regunt Cardinales, portionem ſuis titulis ultima voluntate relinquendam, nec non affabilitatem, benignitatem, gravitatem, modeſtiam, pietatem, huic dignitati congruentem: item præſcribitur in eodem Decreto forma juramenti à novo Cardinali præſtandi. Plurimam hujus Decreti partem recepit Concil. Lateran. V. Seſſ. IX. in amplo Decreto *de Cardinalibus*. Omiſſum eſt hoc decretum in Concordatis Galliæ, & ideò *quoad hanc Nationem* habebitur pro abolito, secùs *quoad Germaniam*, reſpectu cujus nihil de acceptatis ideò cenſetur abolitum, quia in Concordatis omiſſum.

XII.

Poſt *Prælatorum* in Eccleſia *majorum* vocationem, qualitatem, & officia, conſideremus acceptatum à Germanis, Galliſque Decretum *Placuit* cum aliis Decretis, *de qualificationibus*, *&* *ordine promovendorum* loquentibus, in quantum de *inferioribus* præficiendis diſponit. Ordinat autem

1.) Extendendo Statutum Concilii generalis Lateranenſis IV. (vid. *cap.* 4. *de Magiſtr.*) a *Metropolitanis* eccleſiis etiam ad *Cathedrales*, nempe, ut in his quoque conſtituatur *Præbenda Theologalis* ad docendum in ſacra pagina, & prædicandum, conferenda *uni magiſtro, licentiato, vel in Theologiâ Baccalaureo formato, qui per decennium in univerſitate privilegiatâ ſtuduerit, & onus reſidentiæ, ac lecturæ, & prædicationis ſubire voluerit; quique bis, aut ſemel ad minus per ſingulas hebdomadas, ceſſante legitimo impedimento, legere habeat, & quoties ipſum in hujusmodi lecturâ deficere contigerit, ad arbitrium Capituli in ſubtractione diſtributionum totius hebdomadæ puniri poſſit. Et ſi reſidentiam deſeruerit, de alio provideatur: verumtamen, ut liberiùs ſtudio vacare poſſit, nihil perdat, cùm abſens fuerit à divinis.* Confer *Trident. Seſſ.* 5. *de reform. cap.* 1.

2.) Ut in qualibet Eccleſia Cathedrall, vel Collegiata, *tertia pars præbendarum* conferatur *Graduatis*, alias idoneis ... *videlicet Magiſtris, aut Licentiatis, ſeu Baccalaureis formatis in Theologiâ, qui per decennium in aliquâ Univerſitate privilegiatâ, Doctoribus, ſeu Licentiatis in altero jurium, vel* MEDICINA, *qui per ſeptem annos in ſuâ facultate ſtuduerint in Univerſitate, ut ſupra, Magiſtris, ſeu Licentiatis in artibus, qui per quinquennium in aliquâ Univerſitate, a logicalibus incluſivè, & ſupra, in artibus, vel in aliâ ſuperiore facultate, ſtuduerint: nec non in Theologiâ, qui per ſex annos, vel in utroque, aut in altero jurium,*

jurium, *Baccalaureis*, *qui* PER TRIENNIUM, SI NOBILES EX UTROQUE PARENTE, ET EX ANTIQUO GENERE, *alias autem per quinquennium*, *consimiliter in aliqua Universitate privilegiata*, *ad minus suum studium fecerint.* Confer Tridentinum *Sess.* 24. *de Reform. cap.* 12., ubi *sacra Synodus hortatur*, *ut in provinciis*, *ubi id commode fieri potest*, *dignitates omnes*, *&* SALTEM DIMIDIA PARS CANONICATUUM *in Cathedralibus Ecclesiis*, *& Collegiatis insignibus*, *conferantur tantum Magistris*, *vel Doctoribus*, *aut etiam Licentiatis*, *in Theologia*, *vel jure canonico.* Adde, quæ habet *Sess.* 23. *cap.* 18. de *Scholastico.* Difficultatem executionis quoad Canonicatus in Germania facit mos, recipiendi pueros, & adolescentes pro canonicis *exspectantibus*, qui & *domicellares*, seu *extra-capitulares* nuncupantur, quos abrogari expediret, *saltem in Collegiatis;* non enim ampliùs tam sanctè, & doctè educantur, ùt primitùs; ac nominantes canonici de turno non infrequenter peccant contra cap. *grave nimis* 29. de præb., quin eos quisquam puniat, sicut ibi, & in Basileensi. Extat in Archivo almæ & antiquissimæ Universitatis Trevirensis, prout quoque in scriniis Ecclesiarum Collegiatarum, clemmum rescriptum Sermi Electoris Archiep. FRANCISCI LUDOVICI de data 15. Febr. 1723. Vratislaviæ, cujus erat in simul Princeps Episcopus, de non assumendo ad Prælaturam, nisi *graduato* juxta Tridentinum, invigilantia, ut observetur, Rectori magnifico tum quoque demandata.

3.) In Ecclesiis *parochialibus*, quæ in *civitatibus*, aut *villis muratis* existunt, instituantur personæ, *sic*, *ùt suprà*, *qualificatæ*, aut ad minus, *qui per tres annos in Theologia*, *vel in altero jurium*, *seu magistri in artibus*, *qui in aliqua Universitate privilegiata*, *studentes fuerint*, *& hujusmodi gradum adepti*, *si tales potuerint inveniri*, *qui voluerint hujusmodi beneficiis deservire.* Additur clausula irritans omnes collationes, præsentationes, ac dispositiones contra præmissa faciendas cum innovatione d. cap. *grave.* Concordata Galliæ Tit. V. retinuerunt hoc saluberrimum Decretum in favorem generalium studiorum, quibusdam, capitulis alteratis, vel distinctiùs ad præcavendum dubia positis; qua de re consule HERICOURT *part.* 1. *pag.* 286. *cap.* 8. *per tot.*

XIII.

Sed & *fidei prædicatores* à Diœcesanis constitui mandavit Basileense in tacto m superiùs Decreto *Salvatoris* de *Judæis*, atque compelli, ut his, aliisque inlelibus annuncient Evangelii veritatem, eósque officiis charitatis Christo luifaciant. *

* Cúmque ad ejusmodi prædicationes requiratur linguarum orientalium notitia, innovavit Concilium *Clementinam* 1. *de Magistr.*, ut sint in *studiis* generalibus *ibidem expressis*, videlicet, ubi Curia Papæ est, in *Parisiensi*, *Oxoniensi*, *Bononiensi*, *& Salmanticensi*, duo docentes linguam *Hebraicam*, *Arabicam*, *Græcam*, *& Chaldæam;* ùtque Rectores ipsorum studiorum inter alia, quæ in assumptione Rectoratûs jurant, hoc etiam addant, *operam se pro ipsius constitutionis observatione daturos.* Injungit Conciliis provinciarum, ut hi, qui prædictas linguas docturi sunt, stipendia debita percipere valeant. Hujus decreti executio alias quoque deceret Universitates.

XIV.

Acceptarunt ulteriùs Germani, non æquè Galli, Decretum *Pridem* Sef fionis 15tæ *de Conciliis Synodalibus & provincialibus*, ftatuens, ut in qualibet Diœ cefi poft octavas Dominicæ Refurrectionis, vel alia die fecundùm confuetudi nem Diœcefium, ***ad minus femel in anno***, (ficut quoque *Tridentinum* conftitui *Seff. 24 de Reform. cap. 2.*) ubi non eft confuetudo bis, celebretur *Synodus Epifco palis* per Epifcopum in propria perfona, aut, fi canonico impedimento fueri præpeditus, tunc per Vicarium ad hoc idoneum; * & *Concilium provinciale* a minus femel ***de triennio in triennium***; ** nec non Capitula Ordinum religiofo rum. ***

* Synodus Diœcefana durabit faltem biduo, vel triduo, vel, prout neceffariur Epifcopis vifum fuerit. Inter materias Synodales, ibidem fufiùs propofitas *præcipua in ipfâ Synodo Epifcopi cura fit inquirere, ac debitis remediis occur rere; ne aliquod dogma hæreticum, erroneum, aut fcandalofum, feu piarum aurium offenfivum, fortilegia, divinationes, incantationes, fuperftitiones, & quævis diabolica figmenta, Diœcefin fuam inficiant:* Item cura, ut conftituti *periculofo* Bonifacii VIII. in *cap. 1. de ftatu regular. in 6.*, quoad *claufuram monialium* executioni detur: ut *vitium proprietatis* exulet à monafteriis; n quidquam exigatur *per Simoniam* in receptione religioforum. Servetur quo que Canon *Epifcopus in Synodo* 7. XXXV. q. 6., inftituendo *teftes Syno dales*, qui per diœcefin notent emendanda, & Synodo denuncianda. Syno dorum iftarum neglectus multùm nocet Ecclefiis Germaniæ in fpiritualibus & temporalibus. Sanè, dum vetera laudamus tempora, congerentes nun in magna volumina Majorum noftrorum Synodos, noftra ipfa vituperamus quæ paucas Synodos pofteritati transmittent excufis addendas: malum ho jam eft duobus fæculis antiquius.

** Epifcopi comprovinciales debent ad hæc Concilia venire, aut, exiftente impe dimento, procuratorem fuum mittere, fub pœna fufpenfionis a perception medietatis fructuum unius anni, fabricæ applicandorum. In his 1.) Fi monitio exacta, ut dignis, & benè meritis ordines, & beneficia fine ullâ Si moniaca labe conferantur, & fuper omnia, ut in animarum cura commi tenda fumma diligentia, & matura inquifitio adhibeatur, & ut bona ecclefia ftica nullatenus ad ufus illicitos, quin imo ad honorem Dei, ecclefiarum con fervationem, habendo fecundum Ss. canones præcipuam curam pauperum, indigentium, laudabiliter convertantur. 2.) Agetur de corrigendis excefl bus, moribusque fubditorum reformandis, 3.) præcipuè, qualiter *Epifcop* in conferendis beneficiis, & confirmandis electionibus, miniftrandis ordin bus, deputandis confefforibus, prædicando ad populum, & puniendo exce fus fubditorum, obfervationéque epifcopalium Synodorum, cœterisque a officium epifcopale, ac jurisdictionem, & adminiftrationem eorum in fpir tualibus, & temporalibus quomodolibet fpectantibus, fe gefferint; & præ fertim, an à Simoniaca labe manus innoxias fervent. *Omnes, qui in præmi fis deliquiffe comperti fuerint, per ipfum Concilium corrigantur, & puniantu* Aliter 4.) de *Metropolitano* Epifcopo ftatuerunt Patres Bafileenfes, certè n

ad amussim veterum Canonum, per quos & ipse a Conciliis provincialibus corrigebatur, & puniebatur; si enim iste deliquerit, provinciali Concilio relinquitur sola delictorum propositio, admonitio, & obsecratio, relatio verò ad Papam: *De ipso Metropolitano circa omnia supradicta diligenter inquiratur, cujus excessus, & defectus ipsum Concilium eidem specialiter exprimat, ipsum* ADMONENDO, *&* OBSECRANDO, *ut, cùm aliorum pater vocetur, & esse debeat, à talibus omninò desistat;* & nihilominus *inquisitionem de ipso habitam, in scriptis redactam, ad Romanum Pontificem, vel alium ejus Superiorem, siquem habeat, sine morâ transmittat ut ab eo punitionem, & reformationem suscipiat condecentem.* 5.) Sopiantur discordiæ *quorumcunque* in provincialibus Conciliis: *siquæ discordiæ, contentiones, & inimicitiæ inter quoscunque viguerint, quæ quietem, & tranquillitatem provinciæ possent perturbare, curet omni studio S. Concilium illa sedare, & more piorum patrum ad patem, concordiamque filiorum vigilanter intendant.* Et *si* 6.) *inter Regna, Provincias, & Principatus hujusmodi discordias suscitari contingat, mox sancti Dei Antistites Concilia provinciarum suarum simul congregari procurent, & sibi invicem consilium, & auxilium impendentes, cuncta discordiarum fomenta amputare studeant.* Dolendum, hæc quoque Concilia per Germaniam passim intermitti, contra *Tridentinum*, quod *Sess.* 24. *cap.* 2. pariter *singulo saltem triennio* eorum celebrationem præcepit: perdunt exinde multum de suæ authoritatis exercitio *Metropolitali*; neque enim visitare eis licet suam provinciam post Trid. Sess. cit. cap. 3., *nisi causa cognita in Concilio provinciali;* quomodo autem causa cognoscetur, & probabitur ab illo, si nullum habeatur? Regunt hinc Episcopi suas Diœceses quasi independenter a Metropolitanis suis, quos fere non cognoscunt amplius, nisi in casibus appellationum: innovant pro arbitrio; inde contra Ss. Canones oritur difformitas circa usus, mores, ritus Metropolitanæ, & Suffraganearum Ecclesiarum.

*** De celebrandis *Regularium* Capitulis hoc Decretum sic ordinat: *Jubet insuper hæc sancta Synodus omnibus Prælatis Religionum, & Ordinum quorumcunque, ad quos celebrare Capitula pertinet, quòd illa statutis temporibus sub prædictis pœnis* (nempè privationis medietatis fructuum, & crescente mora suspensionis ipso facto ab omnibus officiis, & beneficiis) *servent, & servari faciant, in quibus secundùm canonicas sanctiones, & religionum constitutiones, cum omni studio, & diligentiâ ad veram singularum religionum, & ordinum reformationem intendant, ita, ut deinceps in singulis monasteriis juxta proprias regulas, & constitutiones debitè regularis vigeat observantia, & præcipuè, ut tria substantialia vota omninò observentur.* Basileense hoc Decretum in Cœnobiis Abbatialibus patriæ Trevirensis strenuè promovit JACOBUS a SIRCK Archiep. Elector, coadjuvante Sedis Apostolicæ Legato, nostro NICOLAO de CUSA, S. R. I. Cardinali, ita, ut Capitula annalia S. *Congregatio Bursfeldensis* diligenter celebraret, maximo reformationis bono; nam, quod monachi isti subsecuto Sæc. XVI. à sancto votivæ religionis proposito non desciverint, præprimis continuationi horum Capitulorum, quæ etiam in ipso turbine illius fermentationis non fuerunt interrupta, adscribendum est: diversæ constitutiones Abbatiarum Trevirensium adhuc meminerunt Concilii *Basileensis*, & *Pius* Papa II. in bulla, quæ incipit: *Regis Pacifici* d. d. 6. Mart. 1458. laudatæ Congregationi *Bursfeldensi* hoc confirmavit, ut existentès sub eadem

eadem, *in uniformitate observantiæ coadunati*, CAPITULUM ANNALE *hujusmodi singulis annis, legitimo cessante impedimento*, JUXTA MODUM, & FORMAM, *tam per Apostolicæ Sedis, quàm* NB. CONCILII, *Legatos, ùt præmittitur, sibi traditam ... celebrare inibique, quæ reformationis, & observantiæ regularis sunt, tractare, statuere, ac definire possint.* Non est itaque apud Treviros & alibi Basileense Concilium extra omnem recordationem *omnium* Regularium, saltem Abbatialium imò vero vivit, vivétque præclara laus Ven. Joannis à Rode, Officialis Trevir., & ad S. Simeonem Canonici, postea Cartusiæ Trevir. Prioris, demum Abbatis S. Mathiæ, qui *jussu Basileensis Concilii* per Agrippinensem, Trevericam, Moguntinam, Nemetum, Vangionúmque, Diœceses in collapsa monasticæ vitæ disciplina instauranda laborem incredibilem hausit, cœnobiáque complura vitiis, & mundanæ contagionis illecebris repurgata, cultu veteris religionis, ac nitore donavit. BROWERUS Annal. Trevir. lib. 19. num. 53.

XV.

Circa hierarchicam Prælatorum Ecclesiæ *in ferendis vel incurrendis Censuris* potestatem, *duo* salubria *Decreta* Sessionis vicesimæ acceptavit utraque Natio, sibíque fecit à Papa corroborari; nempè 1.) *de modo communicandi his, qui dicuntur excommunicati, suspensi, vel interdicti*, & incipit: *Ad vitanda scandala.* * 2.) *De modo, & forma ponendi interdictum in loco, & divina resumendi*, & incipit: *Quoniam ex indiscreta.* **

* Est hoc Decretum tam Theologis quam Canonistis in allegatione frequens; quod sub nomine MARTINI V. in Concilio *Constantiensi* inter acta *Conciliaria* frustra quæsieris; sed neque reperitur in Bullario magno inter constitutiones dicti Papæ: monumentum hoc S. ANTONINUS, Theologus, in utroque jure, & ecclesiastica historia versatus, ordinis S. Dominici alumnus, anno 1446. creatus Archiepiscopus Florentinus, an. 1459. mortuus, in *Summa majore part.* 3. *tit.* 25. *cap.* 3. sic refert: „Nota diligenter, quòd, licet *se„cundum jura communia excommunicati, etiam non denunciati*, deberent evi„tari, ut dictum est, tamen per constitutionem *factam Constantiæ* istud „extat *modificatum, & in Concilio Basileensi*, antequam scissuram faceret, „*renovatum fuit;* quòd videlicet fideles non teneantur tales evitare in divi„nis, & extra, *nisi fuerint publicati*, seu denunciati, *excepto casu* de inje„ctione manuum in personas ecclesiasticas *notoria*. Et idem *de aliis censuris* „ecclesiasticis; Tenor constitutionis ipsius est iste: *Insuper ad evitandum „scandalum, & multa pericula, quæ conscientiis timoratis contingere pos„sunt, Christi fidelibus tenore præsentium misericorditer indulgemus, quòd* „NEMO *deinceps à communione alicujus* IN SACRAMENTORUM ADMINI„STRATIONE, VEL RECEPTIONE, *aut* ALIIS QUIBUSCUNQUE DIVINIS, „*intus, & extra, prætextu cujuscunque sententiæ, aut censuræ ecclesia„sticæ, à jure, vel homine, generaliter promulgatæ*, TENEATUR ABSTINE„RE, *vel* ALIQUEM VITARE, *aut* INTERDICTUM *ecclesiasticum* OBSERVA„RE, *nisi sententia, vel censura hujusmodi fuerit lata contra personam, col„legium, universitatem, ecclesiæ communitatem, vel locum, certum, vel certam,*

„*à ju-*

„*à judice* PUBLICATA, *vel denunciata*, SPECIALITER, ET EXPRESSE, *consti-*
„*tutionibus Apostolicis, & aliis in contrarium facientibus non obstantibus qui-*
„*buscunque*, SALVO, *siquem pro sacrilegâ manuum injectione in Clericum sen-*
„*tentiam latam à canone adeò notorie constiterit incidisse, quòd factum non pos-*
„*sit aliquâ tergiversatione celari, nec aliquo suffragio excusari; nam à com-*
„*munione illius, licet denunciatus non fuerit, volumus abstineri juxta canoni-*
„*cas sanctiones.* IN CONCILIO CONSTANTIENSI SUB MARTINO V. Et nota,
„quòd quidam dicebant, *istam constitutionem fuisse in Concilio propositam, sed*
„*non acceptatam, præcipue ab Italica Natione;* alii dicebant, *fuisse temporalem*,
„scilicet per quinquennium usque ad Concilium sequens, quòd Senis fuit ce-
„lebratum. *Sed nullum horum est verum:* nam duo venerabiles Viri, famosi
„in vita, & scientia, quorum unus Doctor in Theologia, alter in jure, &
„Episcopus, scilicet Dom. *Nicolaus de Dinkelsbüchel* (Vid. Concil. Germaniæ
„Tom. V. pag. 989.) & Dom. *Andreas*, postea *Episcopus Bosenienſis* in Po-
„lonia, *qui fuerunt præsentes in Concilio Constantiensi, ubi facta fuit dicta con-*
„*stitutio*, dixerunt, *ipsam acceptatam ab omnibus, & perpetuam, &* UNAM DE
„CONCORDATIS. Magistri etiam Universitatis *Parisiensis* acceptaverunt ipsam
„constitutionem· quia in ea dicitur: OMNIBUS *Christi fidelibus.* Sed & di-
„ctus Dom. *Andreas Bosenienſis Episcopus* post celebratum Concilium Senis,
„cui etiam interfuit, vadens ad Curiam, ad visitandum MARTINUM V.
„Papam, cum ipse putaret, *dictam constitutionem fuisse temporalem, scilicet per*
„*quinquennium tantum, & sic jam exspirasset*, loquens cum Papa petivit ab
„eo, *ut concederet sibi ex gratia uti tali sententia, sive dispensatione, quam*
„*continebat illa constitutio*, respondit Papa, *vos scitis*, ILLAM UNAM ESSE DE
„CONCORDATIS: & cum ipse Episcopus, *quinquennalem esse* objiceret, dixit Pa-
„pa: *Ego volo, quòd semper duret.* Dominus *Julianus*, Auditor Cameræ Apo-
„stolicæ, vir jure peritus, & famosus, postmodum Cardinalis effectus, su-
„per hoc consultus dixit, *tale indultum datum, non solum Germanicis, verum*
„*etiam omnibus Christianis, & de jure esse perpetuum; quia ista est natura*
„*constitutionis ipsius, nisi revocetur:* nòn fuit autem revocata, *sed in Concilio*
„*Basileensi confirmata ante sui* dissolutionem." Hæc ex ipso fonte propino,
quia magnam lucem affundunt origini hujus Decreti; nempè ex se non erat
universale, sed *unum de concordatis capitulis*, prout reapse invenitur inter
Concordata Constantiensia MARTINI V. *cum Germanis* de an. 1418., quæ
legeris apud HARDUINUM *Concil. Tom. IX. pag.* 888., & 892. *cap.* 7.;
in noviss. Collectione Concilior. Germaniæ *Tom. V. pag.* 134. §. 21., item
ibid. pag. 147. *cap.* 7. In Concordatis Nationis *Anglicanæ* non reperitur; ne-
que etiam in illis constitutionibus, quæ fuerunt Parlamento Regio Parisiensi
præsentatæ, ab eodem verò non acceptatæ, apud eund. HARDUIN. *Tom.*
cit. pag. 883. Videntur ergò præcipuè Germani fuisse solliciti, ne *tot ex-*
communicationes minores, sive per veritatem, sive per apprehensionem, in-
currerentur ob communicationem cum excommunicatis, in divinis, &
extra, fere inevitabilem tunc, quando frequentabantur adhuc excom-
municationes. Sive autem *quinquennalis* fuerit constitutio, sive *perpe-*
tua, sive *concordata cum solis Germanis*, sive *generaliter lata*, nationes occi-
dentales eam usu receperunt; quia bona erat, practicántque illam cum clau-
sula MARTINI V. potiùs, quam cum clausula *Basileensi*, quæ *non solam*

 commu-

communionem cum Clericorum percussoribus notoriis excepit, sed *cum quibuscunque aliis, notorietate æquali excommunicatis*, per verba: *aut, si aliquem ita notoriè in excommunicationis sententiam constiterit incidisse, quòd nullâ possit tergiversatione celari, aut aliquo modo juris Suffragio excusari*; nisi ad salvandam identitatem utriusque constitutionis (neque enim apparet, cur *Basileenses* Patres in aliquo correxissent *Martinum* V.) aut mendosa dicas exemplaria, dum fortè pro verbis: *in canonis sententiam*, loco quorum *Martinus* posuit: *sententiam latam à canone*, scripserunt amanuenses: *in excommunicationis sententiam*; aut eosdem Patres *antonomastice* per mox dicta verba intellexisse sententiam excommunicantis canonis *siquis suadente* 39. XVII. q. 4. Tale quid credere, suadet 1.) universalis per Occidentem Ecclesiarum usus, testibus, SUARESIO *de Censuris Disput.* 6. *Sect.* 2. *num.* 5. VAN-ESPENIO *Jur. eccles. univ. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 15. HERICOURTIO *part.* 1. *cap.* 22. §. 56. *pag.* 175., restringens evitationem notoriè excommunicatorum *ad solos Clericorum percussores*: usus autem est legis scriptæ interpres 2.) Evitatio correctionis jurium sine evidenti utilitate, vel necessitate. 3.) Prona acceptatio hujus Decreti Basileensis, a *Germanis* an. 1439. simpliciter, & sine quavis modificatione facta, nec non a *Gallis*, non solum an. 1438. in Sanctione Bituricensi, sed adhucdum iterata vice an. 1516. in Concordatis eorum *Tit. XIV.*, sacro Concilio *Lateranensi* V. Sess. 11. eosdem terminos retinente. 4.) Quod Synodi quædam diœcesanæ, veluti *Wratislaviensis* de an. 1497. expresserint Decretum hoc, sicut in *Basileensi*, & dicto *Lateranensi*, Conciliis jacet; omnesque Canonistæ 5.) subjungant aliam hanc clausulam, quæ in constitutione *Martini* V. deest, habetur autem in *Basileensi* Decreto ad finem: *Per hoc tamen hujusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos, non intendit in aliquo relevare, nec eis quomodolibet suffragari.*

** Quantopere Sæculis, Concilium Basileense præcedentibus, per abusiva interdicta ecclesiastica vexatus fuerit orbis in magnis, & parvis locis, notum est: medelam attulit Basileense hoc decreto: „ Quoniam *ex indiscretâ inter-* „*dictorum promulgatione multa consueverunt scandala evenire*, statuit hæc „sancta Synodus, quòd *nulla civitas, oppidum, castrum, villa, aut locus ec-* „clesiastico supponi possint interdicto, *nisi ex causa, seu culpâ* IPSORUM LO- „CORUM, *aut* DOMINII, *seu* RECTORUM, *vel* OFFICIALIUM: propter culpam „autem, seu causam *alterius cujuscunque* PRIVATÆ PERSONÆ hujusmodi lo- „ca *interdici nequaquàm* possint, nisi *talis persona priùs fuerit excommunicata,* „*ac denunciata*, seu in ecclesia publicata, *ac Domini, seu Rectores, vel Offi-* „*ciales ipsorum locorum*, auctoritate judicis requisiti, *hujusmodi personam* „*excommunicatam infra biduum inde cum effectu non ejecerint, aut ad satisfa-* „*ciendum compulerint*; qua etiam post biduum ejecta, recedente, vel satisfa- „ciente, mox divina resumi possint.„ Id quo verbotenus retentum fuit in Concordato Galliæ Tit. XV. Hodie rarus est interdictorum *localium* usus, feréque tantum practicatur quoad ruinosas ecclesias, oratoria parochiali servitio divino præjudicantia, cœmeteria non clausa, & obvia pecoribus.

XVI.

Acceptata denique, indulta, nec immutata in Concordatis Germaniæ, Galliæque fuerunt DUO saluberrima Decreta, per quæ obviatur abusibus, di-

ndiis, ac sumptibus partium appellantium, vel appellatarum; videlicet 1.) ricesima Sessione Decretum quartum *de modo appellandi*, *vel non appellandi ante* 'entiam, * & 2.) ex *tricesimâ primâ*, jam post scissuram Concilii celebrata, mum, disponens *de causis*, & *appellationibus*. **

Dispositio juris communis *canonici* junioris, quod contra *civile jus* indulserat plenas appellationum instantias *ante sententiam definitivam*, non potuit non retardare administrationem justitiæ; hinc Patres *Basileenses*, inveterato huic fori canonici malo saltem aliquam laturi medelam, sic statuerunt: *Ut lites citius terminentur*, 1.) *super* EODEM *gravamine, aut super* EADEM *interlocutoria*, VIM DEFINITIVÆ NON HABENTE, *nullatenus liceat* SECUNDO *appellare*. 2.) *Quódque ante definitivam* FRIVOLE, VEL INJUSTE APPELLANS, *ultra condemnationem expensarum, damnorum, & interesse, in quindecim florenis auri de Camera* PARTI APPELLATÆ *per appellationis judicem condemnetur*. Hic admittebatur adhuc *secunda* appellatio *ante definitivam*, tam à *gravamine*, quàm ab *interlocutoria*; verùm successit postea Deretum *de causis*, in quo *omnis appellatio à gravamine reparabili* sublata est: *Et ne sub umbra appellationum, quæ nimium, & nonnunquam frivolè, interponi consueverunt, atque etiam in eadem instantia ad prorogationem litium sæpè multiplicari, injustis vexationibus materia præbeatur, volumus, ne a* GRAVAMINE *in quacunque instantia* ANTE DIFFINITIVAM SENTENTIAM *quomodolibet appelletur, nisi forsitan* TALE *gravamen extiterit, quod in diffinitiva* REPARARI NEQUIRET, *& eo casu* NON NISI AD IMMEDIATUM *Superiorem liceat appellari*. Quoniam verò in hoc posteriore Decreto tantum de *gravamine*, non de *interlocutoria*, sermo erat; hinc *Concordata Galliæ*, sequendo literam, retinentes illud Tit. XI., sicut jacuit, subjunxerunt sic: *Ab* INTERLOCUTORIIS *autem* SECUNDO, *a diffinitivis vero tertio provocare non licere decernimus, sed volumus*, SECUNDAM *sententiam interlocutoriam conformem, & tertiam diffinitivam etiam conformem, executioni demandari*. Generaliter juvit postea *Tridentinum*, tam quoad *gravamina reparabilia*, quam quoad *interlocutiones*, *Seß*. 24. *cap*. 20.

* Incipit: *Ecclesiasticæ sollicitudinis*, & in exordio dicit, quòd *inoleverint hactenus intolerabilium vexationum abusus permulti, dum nimium frequenter* A REMOTISSIMIS ETIAM PARTIBUS *ad Romanam Curiam, & interdum* PRO PARVIS, ET MINUTIS REBUS, AC NEGOTIIS (id quod non bene approbaverat ALEXANDER III. in *cap*. 11. *de appellat*. Volens, quòd *eis, pro quacunque levi causa fiant, non minus sit, quàm, si pro majoribus fierent, deferendum;* omnia verò *sæcularia* Germaniæ judicia, velut morbum politiæ, abrogarunt) *quàm plurimi citari, & evocari consueverunt, atque ita expensis, & laboribus fatigari, ut nonnunquam commodius arbitrarentur juri suo cedere, aut vexationem suam gravi damno redimere, quàm* IN TAM LONGINQUA REGIONE *litium subire dispendia. Sic facile extitit calumniosis opprimere pauperes; sic beneficia ecclesiastica, plerumque minus justè, per litium anfractus obtenta sunt, dum justis possessoribus eorum, seu quibus illa de jure competebant, neque opes, neque facultates ad illos sumptus sufficere poterant, quos longinqua profectio ad Romanam Curiam, & litis agitatio in eadem, deposcebant*. Nónne hæc vera sunt? Nónne jam sæculo XII. a S. BERNARDO, & aliis Papæ

 scripta,

scripta, nec tamen emendata? Vid. *Van* ESPENIUM *jur. ecclef. univ. part.* 3. *Tit.* 10. *cap.* 1. *num.* 9. & 10. Nonne hodieque funt comperta? Sané processus ejusmodi super jure patronatus *tenuium duarum vicariarum* in aliqua de Collegiatis hujus patriæ stetit plus duobus millibus thalerorum, denique tamen per amicabilem, fatigatis partibus, non ita diu compositus. Ideò *sancta Synodus* Basileensis, *pro reformatione Ecclesiæ Dei in Capite, & in membris, juxta potestatem sibi à Domino concessam*, EVIGILANS statuit, ut, *si quispiam a Sedis Apostolicæ* IMMEDIATE SUBJECTO (judice) AD IPSAM SEDEM *duxerit appellandum, causa per rescriptum usque ad finem litis inclusivè* IN PARTIBUS COMMITTATUR. Confer *Concordata Galliæ Tit.* IX. §. 2. Hoc est divinum illud remedium contra mala supra descripta, eademque innegabilia, non absumens aliquid de suprema Patriarchali instantia, relevans sumptus, solis Advocatis & personis Curiæ inimicum, a cœteris omnibus amandum. Præiverant *Concordata Constantiensia* pro *Germanis* cap. 18. COETERÆ (*de sui natura* in Romana Curia *non tractandæ* causæ) COMMITTANTUR IN PARTIBUS; *nisi forsan pro causæ, & personarum qualitate, in Commissione exprimenda, illas tractare in Curia expediet pro justitia consequenda, vel de partium consensu in Curia tractentur.* Concilia German. Tom. V. pag. 132. Paulum aliter *Basileense* concepit hanc exceptionem, volens *retineri* TUNC in Curia illuc de jure appellatas causas, *si fortè fuerit defectus justitiæ, aut justus metus, etiam in partibus convicinis, de quibus in commissione ad partes exprimendis legitimo priùs documento, aut aliàs, quàm juramento, constiterit.* Concordata Galliæ: *nisi propter defectum denegatæ justitiæ, aut justum metum; & tunc committi debeat in partibus convicinis, & cum causarum expressione &c.* Hoc remedio hodieque utitur *Gallia*, & *Belgium*, ubi omnes causæ ad Sedem appellatæ debent committi *in partibus*, id est, *in locis, ubi ortæ sunt,* teste *Van* ESPENIO *jur. eccles. univ. part.* 3. *Tit.* 5. *cap.* 3. *num.* 18. & *Tit.* 10. *cap.* 2. *num.* 9. Idem jus habent *Germani*, cum potestate generali ex Tridentino *Sess.* 25. *de reform.* cap. 10., in Conciliis provincialibus, aut diœcesanis, designandi quatuor saltem, ac etiam plures personas probatas, & juxta cap. *statutum* 11. *de rescript.* in 6. qualificatas, quibus solis, nec aliis, delegationes à quolibet Legato, vel Nuncio, atque etiam à Sede Apostolica, fiant; alioquin post designationem factam, quam statim Episcopi ad summum Pontificem transmittant, delegationes quæcunque aliorum judicum subreptitiæ censeantur. Sed multum supinè res hæc à nostratibus geritur: personæ delegandæ non denominantur; per hoc interdum fit, quod *Tridentinum* jam vidit, ut judicibus non usquequaque idoneis causæ in partibus delegentur. In *arbitrio appellantium* est, necessitate sequendi appellatis incumbente, quò ipsi velint appellatos pertrahere, *Romam*, ad *Nunciaturas*, an *ad judices in partibus;* & Romæ porrò, an *ad quendam Auditorem Cameræ*, an *ad Rotam*, an *ad aliquam Congregationem?* Hoc durum est appellatis, unicum verò remedium, *resuscitare hæc Concordata*, & curare, ut debeant causæ in partibus delegari juxta *Basileense*, & respectivè *Tridentinum*, Concilia, ne litigantes evocentur extra patriam. Equidem annis 1741. & 1742., dum Francofurti ad Mœnum conficiebatur per Legatos S. R. I. Principum Electorum Capitulatio Cæsarea CAROLI VII., Archiepiscopi Electores, *Trevirensis*, & *Coloniensis*, strenuò hic quidem, ille vero, glor. mem. FRANCISCUS GEORGIUS SCHÖNBORNIUS, strenuissimè, acerriméque per suum Officia-

ficialem Confluentinum, Prælatum adhuc viventem, inſtiterunt, atque coram Exemo tunc Nuncio Apoſtolico, poſteà S. R. E. Cardinali, Principe GEORGIO ANDREA ab AURIA, vulgo DORIA, conferentias non parum calentes deſuper habuerunt; quam rem illuſtr. MOSERUS *ad Capital. eand.* part. 2. pag. 435. paucis verbis memorat, ut nempè omnes cauſæ, ſive Romam, ſive ad S. Nunciaturam appellatæ, per judices in partibus delegandos deciderentur; aſt dexteritas negotiandi, qua Nuncius ille utebatur non vulgari, rem omnem impedivit: *Bohemicus* Legatus non aderat, utpote pro tunc excluſus, *Bavaricus* in illa criſi non duxit irritandam eſſe Curiam odioſo Capitulationis §pho nono, cui adhæſerunt *Saxonicus*, *Brandenburgicus*, *Palatinus*, *Hannoveranus*: Nuntius lucratus eſt *Moguntinum*; hinc remiſit ardor Legati *Colonienſis*: ſolus *Trevirenſis* perſtitit in ſuo utili, juſtoque monito, non obſtante, quod Nuncius ad illuſtriſſimæ familiæ tunc viventia Capita, Cardinalem Epiſcopum Spirenſem, Principem Epiſcopum Bambergenſem, & Herbipolenſem, fratremque laicum, S. R. I. Comitem de Wieſentheid, direxerit graviſſimas excitatorias pro dehortando fratre Electore, ſpe, minis, politiciſque motivis pleniſſimas: ſic pergunt Germani, Romam, & ad loca Ss. Nunciaturarum pro ſumptibus litium magnam pecuniarum vim transmittere, nequid dicam de prolixorum ſæpè actorum deſcriptione ab utraque parte domi ſolvenda, & compræſentanda. Quo in onere *Moguntinis* omnium minimè proſpectum fuit; cùm Archiepiſcopus iſte à ſuis ſententiis non aliò, quam Romam, ſinat appellari, atque ſic dupli, aut tripli, vel ampliores adhuc ſumptus a ſubditis ſint faciendi. Hæc qui a me ſcripta legit, cogitet, *Germanum* me eſſe, atque eodem ſpiritu poſſe in rebus fundatis ſcribere pro Eccleſiis Germanicis, quo *Gallus* ſolet ſcribere pro Gallicanis, inoffenſa obedientia, & reverentia S. *Sedis Romanæ*, quam magnificent. D. BARTHELIUS monet non eſſe confundendam cum ſic nuncupata *Curia Romana*, parum ad ea, quæ ſunt extra ſe, ſuámque utilitatem, reflectere conſueta.

XVII.

Idem Decretum Baſileenſe, incipiens: *Eccleſiaſticæ ſollicitudinis* diſcretè admodum providit 1.) Ut cauſæ, *Romam immediatè pertinentes*, ibi tractari pergerent; 2.) *cætera* verò judicibus *mediatis* neutiquam abriperentur; ** nec 3.) admitterentur appellationes ad *Sedem Apoſtolicam* per ſaltum, *omiſſo medio.* ***

* Cauſæ *majores*, IN JURE EXPRESSE ENUMERATÆ, *nec non* ELECTIONUM *Eccleſiarum* CATHEDRALIUM; & *Monaſteriorum*, *quas* IMMEDIATA SUBJECTIO *ad Sedem Apoſtolicam devolvit*, *tractentur ibidem.* Concordata Galliæ paucis habent: *exceptis majoribus*, *in jure expreſsè denominatis.* Satis erat hic diſcretionis, quòd *indiſtinctim omnes* cauſæ, quas Corpus Juris per recentiores Decretales, aut *antiquiores falſas*, fecit fore *majores*, attributæ fuerint Sedi Apoſtolicæ. Háſce cauſas cap. 18. Concordata *Conſtantienſia* cum Germanis, vocarunt cauſas, *quæ de jure*, & *natura cauſæ in Romana Curia tractari debent*, dando regulam: *Quæ de ſui natura in eadem ſunt tractandæ*, *tractentur in ea*: hæc quoque in Romana Curia poſſunt committi. *Ibid.*

** Jam Concordata *Conſtantienſia* cit. cap. 18. ordinaverant. 1.) *Quòd nullæ cauſæ in*

in Romana curia committantur, nisi quæ de jure, & natura causæ ibidem tractari debebunt. 2.) *Quòd causæ,* QUÆ AD FORUM ECCLESIASTICUM *de jure, vel consuetudine* NON PERTINENT, *per Curiam Romanam non recipiantur, de illis cognoscendo in Curia, vel Extra committendo, nisi de consensu partium.* Basileense sic: *In partibus, ultra quatuor diætas* (sunt ad summum 20. leucæ, aut 10. milliaria Germanica) *à Romana Curia distantibus, omnes quæcunque causæ apud* ILLOS JUDICES *in partibus, qui de jure, aut consuetudine præscripta, vel privilegio, cognitionem habent,* TERMINENTUR, *&* FINIANTUR. Consentit Concordatum Galliæ Tit. X. A prisco contrario gravamine levata stat Germania, maxime postquam Concilium *Tridentinum* Sess. 24. de Reform. cap. 21. constituit: *causæ omnes, ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiamsi beneficiales sint, in prima instantia coram Ordinariis locorum duntaxat cognoscentur.* Quantum vero ad causas *civiles, inter laicos* coram Officialatibus ecclesiasticis agitatas, quod hæ in nulla instantia ad Nuncios, vel Curiam ipsam, pertineant, desuper motus magni fuerant Sæculo præcedente; quos tamen Capitulationes Cæsareæ, inde ab illa FERDINANDI IV. sibi succedentes, Dicasteriorum Germanicorum, supremorum, & aliorum, accedente constantia, ita sopierunt, ut ferè non audiatur desuper ampliùs aliquod gravamen.

*** *Omisso medio* appellari non posse *ad inferiores Papa judices*, ipsum jus commune constituerat; cum sit *gradatim* appellandum, *cap. 66. de appellat. cap. 3. §. 1. eod. in 6.* Ast *Papa* se ipsum ab hac regula exceperat, ita, ut omisso tribunalis *Metropolitici* medio appellationes, ab *Episcoporum* sententiis ad se factas, admiserit, atque appellantem unam partem ad Metropolitanum pro contumacia non comparitionis in Curia censuris affecerit, *cap. 7. & 54. eod. tit.* Origo hujus praxeos debetur falsis decretalibus *Isidorianis* apud Gratianum *can. 4. & 8. II. q. 6.* Quanquam vero tempore *Basileensis* Concilii falsitas horum fontium nondum esset detecta, iniquitas tamen, atque durities non fugit nationes; ideo prædictum Basileense Decretum in §. *& ne sub umbra* sic statuit: *Siquis offensus coram suo judice justitiæ complementum habere non possit, ad* IMMEDIATUM *Superiorem per appellationem recursum habeat, nec ad* QUEMCUNQUE, *etiam* AD PAPAM, OMISSO MEDIO, Consentit Concordatum Galliæ Tit. XI. in verbis: *Ad immediatum Superiorem … nec ad aliquem Superiorem,* ETIAM AD NOS, *&* SUCCESSORES NOSTROS; *vel* SEDEM PRÆDICTAM, *omisso medio.* Vigilant nunc, quidquid antehac fortè per dormitionem contigerit, Metropolitani Germaniæ, ne prætereantur suæ instantiæ in appellando; nihilque prorsus tentationis in contrarium sentit *Trevirensis* a suis tribus Suffraganeatibus.

XVIII.

Claudamus, subjungendo ea, quorum insuper medelam an. 1439 Germania nostra à sacro Concilio *Basileensi* petiit, sed propter schisma superveniens neque à Concilio, neque à Papa tunc obtinuit: *Sunt nonnulla in quibusdam nostræ Germanicæ Nationis ecclesiis statuta, & consuetudines, abusus, & diversa alia incommoda, non ex charitate, sed ambitione, avaritiâ, & cupiditate, omnium malorum*

lorum radicibus, introducta, quæ per Decreta sacri Basileensis Concilii nondum sunt reformata...., super quibus dignetur sacrum Concilium providere, videlicet

1.) *Quod gravantur nostræ nationis fideles, in* QUARTO *consanguinitatis, vel affinitatis* GRADU *conjuncti, matrimonium contrahere volentes, dum ad hoc dispensandum,* UBI LEVITER DISPENSATUR, *Sedem Apostolicam consulere sunt adstricti.* Rigor iste, pro hac dispensatione Romam recurrendi, est quidem mitigatus per *facultates quinquennales,* Episcopis dari solitas, ut dispensent, non solum in *quarto,* sed etiam in *tertio* gradu; veruntamen *tantum pro pauperibus,* in sensu & de stylo juris talibus: unde *pro aliis* manet adhuc idem rigor. Expediret *Catholicis* Germanis, propter vitam inter Protestantes degendam, quæ sæpe nuptias inter homines diversarum religionum conciliat, dispensatione *legis,* non *hominis,* solvi *quarti gradûs* impedimentum, sicut illud negligunt *Protestantes,* quin Dominus territorii Catholicus subditis suis Protestantibus, salva quiete Germaniæ, injungere possit observantiam quarti gradus. Sanè, si consideremus, quod de *jure civili Justinianæo* nequidem *secundus* gradus, id est, compatruelium, & consobrinorum, præstiterit impedimentum matrimonii, vix apparebit, qua necessitate, vel utilitate olim prohibita demum fuerint matrimonia etiam in *septimo* gradu; sicut ergo *Innoc.* III. in Concil. Lateranensi sustulit impedimenta *quinti,* & ulteriorum graduum, ita conveniret adhuc resecare impedimentum *quarti;* nam & tempore fabricatarum falsarum Decretalium, id est VIII. Sæculo, nondum fuisse illud *universim dirimens,* concluditur ex *can.* 3. XXXV. q. 2.

2.) *Multa exorbitantia,* PER EXEMPTOS COMMISSA, *transeunt impunita in grave scandalum multorum, eò quod contra dispositionem cap.* volentes *de privil. in* 6. *per Sedem Apostolicam* COTTIDIE PRIVILEGIA EIS CONCEDUNTUR. Constituit in cit. cap. 1. Lugdunense Concilium, *quod, quantumcunque sic exempti gaudeant libertate, nihilominus tamen* RATIONE DELICTI, *sive contractus, aut rei, de qua contra ipsos agitur, sitæ, possint* CORAM LOCORUM ORDINARIIS *conveniri, & illi quoad hoc suam in ipsos jurisdictionem, prout jus exigit, exercere.* Lata est hæc constitutio an. 1245., ast, nondum elapsis ducentis annis privilegiorum cum clausula illi derogatoria concessio jam erat cottidiana: quid inde? *multa exorbitantia, & grave multorum scandalum:* quandónam sublatum fuit hoc gravamen, *Basileensi* Concilio jam an. 1439. a Germanis denunciatum? an. 1547. per *Tridentinum,* quod *Sess.* 7. *cap.* 14. *de Reform.* innovavit dictam constitutionem *Lugdunensem;* cui tamen postea *Sess.* 25. *de Regular. cap.* 14. eatenus videtur esse detractum, quod Regularis exemptus, *extra claustra,* in quibus degit, *ita notorie* delinquens, *ut populo scandalo sit,* non prius ab Episcopo puniri possit, quam negligat eum suus Superior regularis punire, quam detractionem ut evitent DD., communiter detrahunt generalitati *Cap.* 1. *de privil. in* 6., restringentes illud ad casum, ubi *solus locus, & regularis unicè propter locum,* exemptus est, nec obtinere docentes, ubi quis *etiam ratione ordinis, & personæ regularis* exemptus est, & dicto modo delinquat; quam interpretationem puto refragari verbo: *quantumcunque.* Plus, quam Tridentinum, concessit Episcopis, *tanquam Sedis Apostolicæ delegatis* Bulla *inscrutabili* GREGORII XV. an. 1622., nempe ut Regulares exemptos, certo modo, *etiam intra claustra* delinquentes,

tes, punire valeant: *Ad hæc, tam* REGULARES, *quam sæculares hujusmodi* NULLIS PRIVILEGIIS, AUT EXEMPTIONIBUS *tueri se possint, quo minus,* 1.) *deliquerint* CIRCA *personas* INTRA SEPTA DEGENTES, *aut* 2.) CIRCA CLAUSURAM, *vel* CIRCA BONORUM ADMINISTRATIONEM *monasteriorum* MONIALIUM, *etiam Regularibus subjectarum, ab* EPISCOPO *loci, similiter tam quam* AD HOC *Sedis Apostolicæ delegato, quoties, & quando opus fuerit, puniri, & corrigi valeant.*

3.) *Conservatoriæ etiam per Sedem Apostolicam nimis multiplicantur, & ad lo distantia contra formam juris communis passim conceduntur.* Literæ istæ d bant privilegiatis *conservatores*, seu *defensores* privilegiorum *contra* MANI FESTAS *injurias, & violentias*: cap. 1. de offic. & potest. jud. in 6. N poterant illi aliquem evocare *ultra unam diætam* a fine diœcesis, sub qua i erat. *Cap. fin. in princ. eod. in* 6. Concil. Lateran. V. Seff. XI. in Decret *Dum intra*, versu *Conservatores autem*, dedit *duas diætas.* Coërciti sunt e cessus, & abusus Conservatorum per *Tridentinum* Seff. 14. de Reform. cap. Quoniam vero Conservatores *de jure Sexti* non erant *judices* in causis *senten tia indigentibus*, & tamen pro casibus, cum quis *exemptos* convenire vell decerni debuerat *judex causarum dubiarum;* ideò providit *Tridentinum* Se 7. de Reform. cap. 14., quantum ad Regulares *extra monasterium degent* ut quomodolibet exempti coram locorum Ordinariis, tanquam ad hoc ab i sa S. Sede delegatis, conveniri, cogi, & compelli possint *in omnibus cau civilibus*, si *certum judicem*, a Sede Apostolica deputatum, *in partibus n habeant;* sed si talem habeant, solummodo *in causis mercedum*, & *misera lium personarum.* Sic autem nondum satis provisum cum esset, deder diversi Papæ variis Ordinibus Religiosorum *particulariter* facultatem sibi e gendi *Conservatores Judices*, coram quibus conveniantur: *generaliter* aut CLEMENS VIII. an. 1692. præscripsit formam eos eligendi. *Bullar. mag Tom.* 3. *pag.* 3., nec non GREGORIUS XV. an. 1621. *Id. Tom. cit. pa* 440.; ubi vero non sunt penitus a Regularibus exemptis electi, aut non ri electi, nempe in Synodis, & cum qualitatibus *cap.* 11. *de rescript. in* 6., talibus locis *interim* judicantur ab Ordinariis locorum: nequeunt tamen adi conservatores judices in controversiis, quando exemptus est *actor*, nisi pr manifestis injuriis. In Treviratu Conservatores gaudent tranquilla requie & Regulares, utut *quoad interna domus* exempti, super negotiis civilibu cum externis hominibus, etiam religiosis, tenentur comparere in Consisto rio, vel Officialatu Archiepiscopali, sive quod eatenus nulla eis unquam recognita fuerit exemptio, sive quia non elegerunt sibi Conservatores Judi- ces, sive demum, quia Archiepiscopus Elector nequidem permitteret illis electionem eorundem: ita quoque in aliis Germaniæ partibus passim igno- rantur.

4.) *In Curia Romana frequenter extraneis, & advenis indignis, ordines sacri con feruntur.* Hoc gravamen exspiravit saltem quoad Germanos.

Atque hæc sunt, quæ ex Concilii *Basileensis* Decretis illis, quæ Natio accep tavit, modificavit, & immutari per Concordata sivit, vel non, ob oculo constituenda putavi, ne, quæ modo ignoramus, jura nostra, post sumptuo sissimos Conventus, & Legationes, pactionibus tam sanctis, & onerosis le gitim

gitimè acquisita, oblivione eadem sepeliente, negligamus, incurrentes culpationem Novel. 23. cap. 3. *Quod Antiquitas bene statuit, Novitas neglexit.* Sed & speculum habeamus hic, à majoribus nostris piè relictum, ut inspiciamus illud, ac videamus, an nævi illi antiqui morum a facie nostrarum ecclesiarum nunc saltem post tria Sæcula sint abstersi, nec ne; parum enim esset salvare *Nationis libertatem*, si retinuissemus ipsi, quam soli, sine Curiâ Romanâ, excutere possemus, *scandalorum vitæ servitutem.*

QUODSI,

BONE LECTOR,

Ea, quæ anno 1439. ex *Basileensibus* Decretis Germania nostra dilecta acceptavit, repereris Religioni, & bonis moribus inimica, tum, pace quidem mea, subscribe BROWERO, Annal. Trevir. lib. 19. num. 50. hanc acceptationem sic carpenti: *Varie certatum, donec postremo*, CUPIDINE, METUQUE, PESSIMIS CONSULTORIBUS, *Ordini* SEPTEMVIRALI PLACUIT CONCILII BASILEENSIS DECRETA SUSCIPERE, *Germaniæque populis observanda, colendaque præcipere*: Si amica repereris, lauda Majores nostros, indignare, calamo vituperantis eosdem Germani, quem Geldria genuit, Colonia, Fulda, Treviri, aluerunt, ultramontanis prurientem auribus Censores Patriæ hic, ubi maxime opus, castigare omiserunt.

Animadversiones Editoris.

Ad *C. 1. §. 2.* Indignatur hic Vir Celeb. iis, qui C. BASILEENSIS auctoriati nimium detrahunt: id autem ego nunquam putem eo factum animo, ac si in eo Concilio non plura praeclara sane constituta fuerint: hoc enim qui assereret, sane quam absurdum quid dicat, ex eo intelligere potest, dum hujus C. Decreta ab Auctore, enumerata, et in Germania recepta perleget, ubi profecto multa sunt moribus praesertim Ecclesiasticorum in melius reformandis quam aptissima: Id potissimum hactenus huic Concilio vitio datum, quod in Pontificem legitimum, indubium, cujus etiam vitae atrocius quidpiam objici non potuit, non solum judicem agere, sed et eundem exauctorare conatum fuerit. Quodsi autem hac in re ejus auctoritas negligitur, id Germano, qui spiritu quoque, ut ait Auctor, non sit exterus, in malam verti adeo partem non potest, cum Germana Natio integra, ipsa Concilii hujus aetate Decreta suspensionem et exauctorationem Pontificis concernentia, minime recipere voluerit, immo in *Instrumento acceptationis* gravibus verbis iisdem protestationem

opposuerit, uti non solum videre est in eo instrumento relato in CONCORDATIS *Nationis Germanicae integris*, sed et ab ipso Auctore suo loco ostenditur.

Ad ejusdem C. §. 5. Statum hunc Germanorum neutri parti, nec Concilio, nec *Eugenio IV.* addictorum, ait Auctor, malefaustos contra centri Cathedrarum unitatem effectus producturum fuisse; sed quid ad haec verissima Auctoris effata FEBRONIUS, qui *C. 9.* §. 4., et denuo uberius in *Vindiciis Tom 2. f. 589. seqq.* adeo suadet tanquam remedium Ecclesiae unitati nec noxium, nec adversum, ad tempus obedientiam Pontifici subtrahere? sane hoc ipsum Consilium neutri parti adhaerendi, Germani excusant *ob dubium probabile, et ad praesens NB. indiscussibile:* adduntque, *se ipsam Sedem Apostolicam et Ecclesiam tanquam Matrem sincera mente venerari.* Complura hanc in rem occurrunt ex AENEAE SYLVII *Historia Austriaca* in KOLLARII *Analectis Monumentorum omnis aevi Vindobonensibus, Tom. 2. a pag. 120 seqq.*, ubi dum quorundam suggestu inter alia in CONVENTU FRANCOFURTENSI decretum esset, nisi *Eugenius* postulata Germanis concederet, ab eodem plane deficere; FRIDER. III. Legatis Electorum ea de re ad se missis inquit: *illud autem indignum esse, quod se Papae judices constituerint, cum dicerent, nisi sperata fecerit, ab eo se defecturos, quasi non Papam et Papam esse in eorum arbitrio resideret.*

Ad ejusdem C. §. *10.* Ad omnes hic tricas amputandas circa *salvatorium* ita dictum EUGENII IV., adde iis, quae Auctor habet, quod NICOLAUS V. inquiat insuper habito illo salvatorio in *Brevi ad Elector. Moguntin. 1447.* apud L. B. de GUDENUS *Tom. 4. p. 304.*, quod ab EUGENIO IV. *Nationi Germanicae concessa et cum eo Concordata manutenere et adimplere velit.* Adde *clausulam Concordatorum Asschaffenburgensium* ab Auctore citatam §. 14. Diss.

Ad C. 2. §. 4. not. 4. Auctor hic contendit dignitates, quae altiorem in Choro locum non tribuant, etsi electioni alias sint obnoxiae, nihilominus reservationi subjacere. Verum etsi hac in re varia sit in Ecclesiis Germanicis consuetudo, ita ut in quibusdam altior ejusmodi locus quibusdam dignitatibus sit annexus, non item in aliis; quoniam tamen in Concordatis mentio solum fit *vacantis beneficii*, uti fusius deducit BARTHEL loc. ab Auctore allegato, neque ob denegatum locum altiorem nomen quoque dignitatis abolitum censendum sit, praesertim in ea, de qua hic sermo est, reservationum materia; opinioni potius *Barthelii* adstipulandum mihi videtur.

Ad §. 10. ejusdem C. Ex iis, quae hic Auctor inquit, refutatur solide ANONYMUS quidam recentior, in *Observationibus Historico Iuridicis in Concordata,*

data, *1771. observat. XIX.* inquiens, sub CALIXTO III. demum in Annatas per quadriennium adhuc solvendas consensum datum fuisse, cum incongruum videretur eo tempore, quo bella adhuc Turcica vigebant, pecuniam istam aerario Christianae rei subtrahere. Verum quod hic de Annatis nonnisi bello sacro destinatis recoquit Anonymus, ita confutat Celeb. RIEGGERUS *Iurisprud. Eccles. Part. I. §. CCCCXX*: „Duo sunt, quae circa Annatas in Concordatis sta„bilita constat. Primum earum solutio, causaque solvendi, quam sedis Aposto„licae provisionem esse his verbis declarant: Placet similiter nobis, quod circa „provisionem dictae sedis ordinandam modus Annatarum hoc modo currat: ea„que ex actis CC. Constantiensis et Basileensis amplius intelligi potest (dum videlicet Basileense se alio modo Annatis abolitis sustentationi Curiae Romanae „provisurum promisit) Quidquid sit, pergit deinde idem scriptor, pactum certe „in Concordatis initum, placet similiter nobis, nulla conditione, nullo tempo„re circumscriptum est. Cel. BARTHEL *Opp. Rec. Part. I. C. V. §. 30. seqq.* „Causa quoque earundem perpetua atque justa, ut jam hodie de iniquitate ea„rum et simoniaca pravitate queri fortasse audeat nemo." Haec ex viro hoc clarissimo, partium certe studio minime abrepto adducere volui, ut exinde, quibus consiliis aut fundamentis agantur RR. quidam, pacta haec publica omni ope subruere conantes, luculente appareat.

Ad ejusdem C. §. 12. Partem praebendarum in Decreto hic ab Auctore allato etiam gradu in *Medicina* insignitis assignari, mirum nonnemini videri queat: sed lucem ea res accipit ex iis, quae pluribus jam Programmatis ex actis domesticis Universitatis nostrae de Facultate Medica in Universitate *Heidelbergensi* deduxit Cl FRANCISCUS SCHOENMETZEL Medicinae Doctor, et in eadem Professor Publicus et Ordinarius; ex quibus elucet, praebendas Universitati nostrae unitas olim aeque à Professoribus Medicinae, atque ab aliarum Facultatum Professoribus obtentas fuisse: In Programmate 1771. edito idem Vir Cl , ostendit ab A. 1479. et deinceps turbas non leves exortas, dum primum munus profitendi publice scientias Medicas in Universitate nostra Laico destinaretur.

Ad ejusdem C. §. 15. Ut aliqua tantum ad dicta Auctoris exempla afferam, apud L. B. de GUDENUS *Tom. 3 f. 91.* A. 1313. *Petrus Moguntinus* Interdicto Civitatem Frizlariensem afficiendam decrevit, ni pecuniam debitam suo tempore repraesentaret: apud eundem. (*cit. f. 227.* ait *Mathias Moguntinus*: *advertentes quod in Civitate nostra Moguntina et ipsius suburbiis NB. passim in causis pecuniariis divina suspenduntur officia, propter quod ecclesiastica censura vilipenditur* &c. Qua ratione laboraverit *Concilium* TREVIRENSE jamdum A. 1238,

 ad

ad contemptum istum, necessaria tamen sequela ex frequentia profluentem arcendum, vide apud HONTHEIM *Hist. Trev. Diplom. Tom. 1. f. 720.*

Ad ejusdem C. §. 16. Negligentiam in designandis Judicibus synodalibus accusat hic Auctor. De ea jam questus est BENEDICTUS XIV. in epistola ad locorum Antistites, incipiente *Quamvis 26. Aug. 1741.* ubi ob synodorum infrequentiam, ut alia saltem ratione remedium procuretur, vult ipsos designari interim ab Episcopo cum consensu Capituli; idque, ubi Dioecesium amplitudo id exigeret plures etiam, quam quatuor.

VII. JOAN-

VII.

JOANNIS GEORGII SCHLOER,

J. U. D. Theol. Candid. Eminentiss. ac Celsiss. Archiepiscopi Princ. Elect. Mog. Consiliarii Eccles. ejusdemque in Alma Universitate Mog. SS. Canonum Professoris publ. et ordin. Collegiatarum ad S. Crucem extra muros Mog. et ad S. Joannem Bapt. Amoeneburgi Canon. Capit. in Hospitali Elect. aulico-militari ad S. Joann. Bapt. p. t. Parochi

DISSERTATIO
JURIS PUBLICI ECCLESIASTICI
AD

CONCORDATA GERMANIAE

DE NATURA ET INDOLE ILLORUM
UT SUNT PACTA
SIVE
AD TEXTUM BULLAE NICOLAI V.
EAQUE RATIONABILIA ET SALUBRIA ETC.
QUATENUS HAEC SINT LEGITIME INTERPRETANDA.
Moguntiae A. 1771.

CONSPECTUS DISSERTATIONIS

CAPUT I.

Concordata sunt pacta, Nationi Germaniæ neutiquam favorabilia.

§. I. *Concordata non sunt privilegia papalia:*
II. *Sed pacta:*
III. *per S. Pontifices firmata.*
IV. *Interim à Statibus Imperii acceptata.*

CAPUT II.

Inde quia pacta sunt, summus Pontifex non potest iisdem derogare.

CAPUT III.

Benè verò Natio. germ. præscribere.

CAPUT IV.

Et quia pacta neutiquam favorabilia, ita intelligenda sunt, ut Cæsari, imperio, Archi- & Episcopis minùs præjudicent.

III. *Re-*

III. *Respondetur negativè.*
IV. *an læsiva juris Archi- & Episcopalis quà talis?*
V. *potiùs jus pristinum innovatum èst,*
VI. *Et stabilitum in Indulto quoad menses Apostolicos.*
VII. *Satisfit objectionibus indultum faciliùs denegari, aut ejus renovationem esse servitutis vinculum.*
VIII. *in dissidio datur recursus ad summum Imperatorem.*

CAPUT I.

Concordata sunt pacta, Nationi germanicæ neutiquam favorabilia.

§. I.

Concordata non sunt privilegia papalia.

I. Jure merito statuitur Concordata Nationis germanicæ, quæ puncto Annatarum, beneficiorum conferendorum, juriúmque exinde descendentium cum sede Romana inita sunt, ab origine sua propriè vim pacti, non verò privilegii papalis habere adeò, ut Curia Romana conformiter principiis naturalibus pactorum illa interim observare debeat *a.*)

II. Etenim in vero genere subjectionis Romano Pontifici, ejúsque potestati clavium subordinata existens Natio germanica in adiaphoris circa collationes beneficiorum, causasque particulares cum sede Romana conflictata fuit justa habens gravamina *b.*) pro quibus sopiendis tandem amicabilis prodiit compositio, quam *Concordata* dicimus: consequenter in hypothesi justæ collisionis secutæ inter caput universale & ejus membra, remanet quidem imperium universale, sed nexus laxatus in tantum, ut quæ deinceps in causis hisce controversis utrinque aguntur, censeantur saltem quoad præsens negotium *interpartes* geri, cessante tantisper vinculo imperantium & parentium: hìc non est locus authoritati

a.) De ortu & progressu reservationum, de earundem abolitione in Concilio Basiliensi facta, de hujus acceptationis instrumento sub Alberto rege Rom. durante neutralitate Nat.. Germ. vide disceptationem ad Concordata germ. de Electione Archi- & Episc. Mog. 1767. editam cap. I. circa finem.

b.) Vide Goldasti. *Ration. Constit. imp.*, Georgii libros gravaminum, & Anonymi *Concordata Nationis germanicæ integra sive nova, & accurata Concordati Calixtini, & præcipuè Concordatorum principum sub Eugen. IV. nec non Concordatorum Aschaffenbürgensium sub Nicolao V. impressa Francofurti &. Lipsiæ.* Nec non Greg. Zallwein. *Tom III. jus Ecclesiast. q. 2. Cap. 2.* §. 3. & 4. *ibi cum nec in Concilio Constantiensi, nec Basileensi fuerit subventum & provisum, necessario debuêre recrudescere antiquæ querelæ, & gravamina.* &c.

tati vel Imperio, sed æquitati, prudentiæ & moderamini, non enim versamur in iis, quæ ad causas universales v. g. fidei, aut quæ ad jus & officium universalis Primatûs pertinent, sed in iis, ad quæ summi pontifices seriù manus suas extenderunt, post decretales Isidori, tempore Calamitatis, causa, & casu particulari, ubi summi Pontifices post excessivas reservationes suas potuerunt, & voluerunt, imò debuerunt sibi moderamen injicere.

III. Nequaquam igitur talis actus è præviis illis tractatibus pacificis resultans, pro actu imperii, vel proprio privilegio, aliaque simili ordinatione reputandus venit, utpote non à superiori quà tali, sed à paciscente procedens: jus enim naturæ omnes paciscentes, seu principes, seu subditos æqualiter obligat. attento potissimum, quia Nationem germanicam hìc collectivè seu in *corpore* spectamus: secus enim Concordata, si singula ejus membra seorsim considerentur, aut sanctionis & Constitutionis universaliter obligantis indolem sortientur, aut suo robore penitùs destituta forent, quod pro conciliatione alibi dicendorum prævié annotamus: siquidem concordata quoad primigeniam Constitutionem, pacti rationem habent, Nomotheticam licèt naturam cum reliquis Imperii sanctionibus æqualem participent, ac hodie inter leges Imperii pragmaticas referantur, veluti *Helferichius JCtus Würtenbergicus* aliàs contrarius denegare nequit.

IV. Et profectò dubium hoc totum divellitur illi, cui originalem Concordatorum textum ritè ponderare placet; nam ex subscriptione originalis, quæ tam sedis Romanæ, quàm Nationis germanicæ nomine facta passim legitur, inde teste clariss. D. Alexandro Hemmer Professore Bambergensi *c.*) irrefragabile deducunt argumentum, Concordata hæc genuinam pactorum, & conventionum naturam atque indolem sortiri: quis enim non videt experientià, & principiis diplomaticis manifestò refragari privilegium, aut gratiam superioris in scripto impertitam ab ipso privilegiato subscribi. Itaque appositio manûs & consensus utrinque præstitus, præ & subscripta in vim veri pacti & formatæ conventionis valere indubio sunt argumento, quidquid in contrarium dicat J. Jacobus Helferichius JCtus Wurtenberg *d.*) qui ut omnem obligationis vim auferat Concordatis, pactum ait destitutum sigillis, & subscriptione Principum contrahentium, neque conditum in comitiis, sed in aula Cæsarea *dissentientibus imperii statibus:* sic enim nimium, ergò nihil.

V. Alia quæ naturam Concordatorum, ac indolem pacti commonstrant, argumenta habentur ex famosissimis Curiæ Romanæ authoribus contra nonnullos

c.) In differt. de jure principis catholici circa sacra sect. 2. §. X.

d.) Differt. de Ecclesia Romana, sedéque imprimis Pontificia morte Caroli VII. summo Advocato orbata §. 23.

los S. ſedis Apoſtolicæ adulatores, & tamen propterea non acceptos, ex his oſtenditur Concordata eſſe pactum, non privilegium.

§. II.

I. Concordata vim legis publicæ obtinuiſſe, ac in præſens obtinere, non-nullorum Baſileenſium Decretorum authoritate eatenus ſublatâ, ex publicis Bullis, regiisque Capitulationibus, & Imperatorum Edictis, diſputatur modò. Sed pacta.

II. Equidem obloquuntur diverſi authores, quorum veſtigia preſſit author Anonymus *e.*) his verbis hinweg alſo mit dieſen durchlöcherten, und ihrer Natur nach an ſich ſelbſt ohnehin ſchon unkräfftigen *Concordaten*: rationem dat cit. l. weilen ſie ohne deren geſambten Reichsſtände vorwiſſen und Einwilligung heimlich zwiſchen *Friderico III.* und Pabſt *Nicolao V.* errichtet worden.

III. Alii Concordata non clam, ſed apertè ab ordinibus Imperii inita eſſe contendunt, quod comprobant acta in diæta Confluentina Cleri Rhenani 1479., Comitiis Imperii 1497. eorúmque Receſſu §. 24. in iisdem Auguſtæ 1500. n. 45. §. 3. tum literæ Maximiliani Imi 11. *Janu. 1518. ad Leodienſes*, & Caroli V. *ad Cameracenſes 9. Febr. 1559.* ubi ſub graviſſimis pænis injungitur, ne quem ad beneficium admittant vigore literarum Apoſtolicarum, niſi juxta terminos Concordatorum, ùtque ſecùs proviſum velut intruſum ejiciant: *f.*) Capitulationi Caroli V. jam fuit inſertum, ſe operam daturum, ut Concordata intacta omninò, & illæſa ſerventur, atque deinceps ad idem ſemper Imperatores ſolennibus verbis ad ſtricti. *g.*) id quod Ferdinandus I. cùm imperiale conſilium ordinaret *in Ord. judic. aul. ſub finem*, *ac* Mathias Imperator in ſimili *jud. aulic. Ord. de anno 1614. tit. ult.* ſtatuerunt, ut nempe cum cæteris Imperii legibus fundamentalibus, Concordata Nat. germ. in loco judicii, & menſâ quidem præ oculis Conſiliariorum, ne recordatione poſſent excidere; aſſiduò reponerentur.

IV. Inſigniter rem illuſtrat Controverſia 1696. in Conſtantienſi Eccleſia mota, cujus fata refert Antonius Faber *h.*) Capitulum Conſtantienſe unà cum aliis conjunctâ manu apud Cæſarem tanquàm ſupremum Eccleſiarum germanicarum Advoca-

e.) Kurze Abhandlung von dem Recht des Kaiſers, und der Stände des H. R. R. über geiſtliche Perſonen und Kirchen Güter 1753. *Frfurt & Leipzig* §. 26. *in fine.* Conf. Lehman de Pac. Rel. libr. 2. c. 70. p. 554., Goldaſt. in rationa. conſt. Imp. p. 116. & Limnæum ad Capit. Carol. V. p. 228., ſtruv. c. XI. §. XIV. not. 47. in corp. J. publ.

f.) *Goldaſt. Tom. I. conſtit. Imp. p.* 411.

g.) Vid. art. 14. Capitulationis Cæſareæ §. 1. & 3.

h.) Tom. II. der Staats-Canzley. pag. 37.

vocatum agendum esse contendit, ut jura Ecclesiarum Cathedralium contra infractiones papales Concordatorum Germaniæ salva, & illibata conserventur: re ad Cæsarem delata Comiti de Martinitz Cæsareo legato apud S. Pontificem hoc negotium datum, & à Leopoldo gloriosæ memoriæ per rescriptum die 3. Mart. 1696. ipsi injunctum est, ut Pontificem à proposito retrahere curaret, darétque operam, ne contra Concordata Germaniæ aliquid committeretur: Cæsar se ad hoc obligatum esse vi officii contestatur in memorato rescripto: verba vide apud Bœhmerum. *i.*)

V. Denique Concordata distinquentes in Concordata principum & Aschaffenburgensia, hæc Aschaffenburgensia quidem pacta dicunt à Curia Romana interim servanda & inita post Concordata principum, ast non simili unanimitate erecta, neque Nationis gravaminibus peræque per Concordata Aschaffenburgensia, sicut per Concordata principium 1439. consultum, quin potiùs ex causa publica in bonum Universalis Ecclesiæ suscepta fuisse.

§. III.

perS.Pontifices firmata.

I. Ardenti pariter Zelo Concordatorum usum ex capite pacti semper urserunt, & urgent S. Pontifices: colligitur hoc per Bullam *Clementis VII. Admonet nos. 1534.* ubi collationes beneficiorum contra Concordata nullas & irritas esse pronunciat. *Julius III.* in Brevi, de quo Raynald. *ad annum 1554.* n. 19. hæc habet: *Nos attendentes Concordata præfata vim pacti inter partes habere, & quæ ex pacto constant &c.*

II. Clemens VIII. non tantum omnes germaniæ ordinarios ad Concordatorum observantiam admonuit, sed etiam increpavit eos, qui provisiones Apostolicas per S. sedem decretas excludere præsumpserunt. Idem patescit ex Brevi Apostolico ad Rudolphum II. à Clemente VIII. anno 1603. *in causa Bremensis præpositure, ac aliis quàm plurimis:* ex Brevi ab Urbano VIII. *ad Ferdinandum II. in causa præpositure Halberstadiensis 1624.* ex constitutione Pauli V. quæ incipit *ex pastoralis off. 1613.* *k.*)

§. IV.

Interim à statibus Imperii accepta.

I. Anonymus alleg. prætendit, quòd *multi status & Episcopi placito huic Cæsareo = pontificio contradixerint, & pauculi, qui proniores ad id acceptandum videri volebant, partim unionibus anterioribus libertatem consentiendi abdicaverant, partim*

i.) Lib. I. tit. 20. de corpore vitiat. §. V. confr. Caroli VI. Rescriptum 25. Januar. 1729. ad Ecclesiam S. Gereonis Coloniæ apud L. B. de Cramer Nebenstunden 61. Theil 2. Abhandlung.

k.) Apud Chockier gloss. 11. n. 24. jam Gregorius XIII. 1572. Callistus III. 1457.

tim | *Consensu Capitulorum suorum, quo tamen in hac re, ubi de juribus Ecclesiarum singularum agebatur, opus fuisset, fuerant destituti, unde hac sic dicta Concordata pro fonte juris Ecclesiastici in germania reputari non possunt, nisi quatenus ex post facto respectu hujus, vel illius Ecclesiæ hucusque, vel illius articuli comitem nacta sunt observantiam.* Ejusdem opinionis est author, qui scripsit *periculum juris publici Ecclesiastici, vel principia juris publici.* Koch commentatione historico-juridicâ de collatione dignitatum & benef. argentorat. 1762. dicit Basiliensia decreta in solemnibus publ. comitiis accepta, quæ felicitas profectò Concordatis germaniæ non contigit, Georgii, Senckenberg.

II. Alii sententiam istam esse fundatam dicere nolunt, esse enim distinctionem inter regulam & exceptionem à regula: acceptatio Concordatorum (paucis Franconiæ Ecclesiis exceptis) solidè probatur ex historia temporum Concordatis proximioribus; nunquam enim Pontifices contra non acceptationem Concordatorum conquesti sunt, benè verò germani conquesti sunt contra summum pontificem teste celebri Epistola Martini Meyer Cancellarii Mog. ad Æneam sylvium *l.*) igitur in thesi & regula Concordata dicunt acceptata, id exceptionem in regula quidem fundatam seu regulam particularem nominant, neutiquam verò ipsam regulam, licèt exceptio non exhibiti consensûs præscriptione sit fortior & validior, manet exceptio, & non fit regula; ergò si apposita fuerit, præcisè ob talem exceptionem probari non debet, hoc illúdque Capitulum fuisse de numero consentientium, nisi simul coadjuvetur illud antiquâ consuetudine, vel sit probata exceptio; quia non est regula, nisi particularis. Imo clausulam illam Concordatorum de acceptando vel non, intelligendam esse de alternativa mensium tradit Zallwein *m.*) non de ipsis Concordatis acceptandis juxta meliorem interpretationem. Siquidem si acta superiorum temporum in memoriam revocentur, vix ac ne vix quidem fuerit in Germania *n.*) Ecclesia quædam, aut diœcesis, ubi non sunt observata Concordata: quidquid modò sit circa protestantes.

 III. Sane

l.) Quæ extat apud Georgii exhibentem gravamina Nationis Lib. I. cap. VI. de gravam. germ. Imp. sub Friderico III. — Dno meo Archi-Episcopo frequentes afferuntur de Rom. Pontifice quærelæ, qui neque Constantiensis, neque Basileensis Concilii decreta custodit, neque se pactionibus Antecessoris sui (scilicet concordatis) teneri arbitratur. Similes quærelæ sub eodem Friderico III. & Maximiliano I. repetitæ; ipsa denique protocolla Capitulorum docent juxta Concordata provisos ad possessionem fuisse admissos, licèt negari pariter non possit, quod quandoque potentiorum vis prævaluerit, ac provisorum ex Concordatis jus, inversum fuerit.

m.) *Quæst. II. de jure Eccles. particulari germ. Cap. III.* §. 2. *Salisburgi* 1757.

n.) Teste Branden *ad Concord. q.* 3. *n.* 5.

III. Sanè quoad ſtatus Imperii, ſi etiam in pactis requiras paciſcentium acceptationem perſonalem, ajunt non solùm habemus conſenſum virtualem omnium, ſed & perſonalem, primò omnium conſentientium, dein ſingulorum in Corpore, atque etiam ipſa obſervantiâ firmatum, ut nullus jam non acceptationis, vel alterius replicæ locus ſuperſit o.) enim verò Concordata ita hucusque firma, ac valida habita ſunt, ut omninò pro interim approbatis invaluerint, exceptis quibusdam Eccleſiis, quæ peculiaribus, ac amplioribus fruuntur conceſſionibus: à Carolo V. usque ad præſens, omnibus omninò Capitulationibus Cæſareis Concordata iſta fuêre inſerta, ac ipſi ſtatus Imperii omnibus eligendis Imperatoribus propoſuerunt, ut in ea jurarent, & apud Apoſtolicam ſedem illorum obſervantiam tuerentur, ex quibus colligere eſt, uti nunc, ita & ab initio illa interim à Germaniæ ſtatibus fuiſſe approbata, ac Fridericum III. Imp., Moguntinum, & Brandenburgenſem Electores, alióſque in pacto Concordatorum Nominatos ſine dubio cum Legato Pontificio in germaniam pro Concordatis Stabiliendis miſſo paciſcendi, vel expreſſam, vel tacitam Facultatem à Natione in tot ab anno 1440. diætis congregata, ſatis amplam habere debuiſſe: itaque in initio acceptata fuêre pro tota Natione, licèt non mox per totam Nationem, idem poſt Navarr. Chokier ait Zypeus p.)

IV. Rurſus quòd ad ea, quæ publicæ tranquillitatis causâ fiunt, & uti pacis fœdera conſtituuntur, qualia inter Concordata hæc numerant, Principum aut majoris partis conſenſus ſufficiat; nam quando ſtatus boni publici rationem procurant, Inferiorum conſenſum continere cenſendi ſunt adeò, ut in illis, quæ publici fœderis vim obtinent, opponi nequeat ab aliis exceptio juxta publiciſtas Imperii, eorúmque doctrinam pragmaticam.

V. Argumento utuntur ex Proteſtantium caſtris deſumpto: utique his omnibus ſat cognitum & manifeſtum eſt, per pacem Religioſam, & Weſtphalicam conte-

o.) P. Wolffgangus Schmitt Inſt. jur. Eccleſ. Univ. lib. I. cap. II. §. XV. lit. y. p. 225. fuldæ edit. item Benedictus Schmidt Ingolſtadiens Profeſſor jur. pub. in diſſect. ubi hiſtoriam legum imperii fundamentalium ſiſtit 1770. edit §. 14. in F. Contraverſia hæc in Conſilio Alſatico agitata inter Capitulum Weiſſenburgenſe, quod Concordata nunquam ſe acceptaſſe contendit, & presbyterum Diæceſis ſpirenſis, qui Canonicatum menſe papali vacantem à Curia Romana obtinuerat: in deductione, quæ pro Capitulo Weiſſenburgenſi prodiit, dicebatur Concordata non legis Imperii, ſed pacti conſentientes unicè obligantis rationem habere: confr. Memoire pour les Doyen, chanoines & Chapitre d' Egliſe colleg. de Weiſſenbourg contre M. Jean Michel le Poſſsky Prétre du Diæceſe de Spire p. 20. Conſilium Alſaticum verò pro Concordatis ſententiam tulit 27. Januar. 1753. Koch commentatione Hiſtorico-juridica de Collat. dign. 1762. cap. III. §. VII. lit. a.

p.) Lib. III. de præb. conſultatione III. n. 5. & 6. particularium acceptationem fuiſſe neceſſariam in germ., aliud in Gallia paciſcente Rege.

conteſtatum, quòd collegialis ſtatuum conſenſus & in corpore ſufficiat; nec opus ſit perſonali omnium, veluti ea dicitur ab illis ipſis hactenus conſueta Imperii praxis.

VI. Inviĉtiſſimè adhuc ex ipſa Bulla Nicolai V. probatam eſſe acceptationem ſtatuum Imperii *q.*) quis autem prudenter aſſerat? Nicolaum V. S. Pontificem auſurum fuiſſe in ſuis literis confirmatoriis ad ipſam Gentem Teutonicam datis, conſenſum, ſeu acceptationem ejusdem gentis falsò allegare, ſi reverà non acceptâſſet. Etenim falſitas hæc fuiſſet prorſus inepta, quia non poterat non fuiſſe mox evidens germanis, & talis tantúsque Pontifex timere utique debuiſſet, ſe de ea ab illis ſtatim arguendum, attento potiſſimùm tempore contractûs, ac perturbato illo Eccleſiæ ſtatu.

VII. Eo tempore, quo negotium calebat, & de gravaminibus abolendis maximâ contentione agebatur, Germani non permiſiſſent eos tractatus præcipitatâ, falsâque Bullâ abrumpi, ſed illicò fuiſſent proteſtaturi, ſe non conſenſiſſe, de quo cùm non conſtet, nec aliàs poſſit talis falſitas aſſeverari, non licere putant ſanâ ratione hìc ſubſiſtere, vel dubitare, utrum conſenſus Nationis intervenerit: ita Hi contra Coccejum *r.*) veluti ex parte fatetur Fridericus Georgii *s.*)

VIII. Minimè ergo obſtare verba illa proemii *in Bulla Nicolai V.* quam refert Cherubinus, & alii ibi = *nonnulli dilecti filii Eccleſiaſtici, & Seculares Principes inclytæ Nation. germ.* ex quibus videntur non omnes Imperii Principes conſenſiſſe: eo quia 1.) ex hoc ipſo exemplari eruitur non unum, vel alterum tantùm conſenſiſſe, quod ſufficit de more Imperii recepto, dein 2.) ly *nonnulli* ideò à S. Pontifice fuiſſe additum, quia utique filios alios habet adhuc plures per totum Chriſtianum Orbem, ita ut ſenſus ſit, ſe hæc non generatim ſtatuiſſe, ſed peculiariter conveniſſe cum nonnullis Principibus, ac Præſulibus iis nimirum, qui ſunt Imperii germanici: de cætero autem ſæpiùs indefinitè Nationis mentionem facit. 3) licèt etiam aliquod exemplar dicat = *nonnullos*: intelligi tamen per hoc plurimos Imperii Principes, membra Nationis pleraque, ùt explicat textus alterius Bullæ *t.*) demum 4.) Concedunt, quòd S. Pontifex noluerit

q.) = Ibi enim *pro pace & tranquillitate inter Eccleſiam, & Nationem Germanicam ejusmodi Concordata dicuntur à partibus ipſis approbata, laudata, concluſa, & acceptata.*

r.) *In Compendio juris publici cap. XVIII. n.* 25. Strauchium, Conringium, & Linck. *in diſſert. de concord. cap.* 3. & alios paſſim.

s.) *In gravam. lib.* 1. *cap.* 6. *in gloſſ. libr.* 6. *fol.* 239. ubi ait. *negari tamen non poteſt Concordata ab Ordinibus Imperii ex parte fuiſſe acceptata.*

t.) P. Schwartz *in colleg. hiſtor. part. VI. q. VI. §.* 3. *excipiunt primo.*

rit comprehendere germanicam Nationem in omni ſua latitudine, ſed quæ conſtituit Imperium: Concordata enim erecta, & pactitata eſſe cum Imperatore & Imperii Principibus: unde huc non pertinent illæ provinciæ inferioris Germaniæ, quæ cum Imperio nihil commune habent, nec habuerunt tempore Concordatorum, uti nec illæ partes Italiæ, quæ ab Imperio quidem germanico ùt feuda dependent, haud tamen Germaniæ nomine veniunt; *u.*)

IX. Eóque fortiùs tenere in medium producta, cùm inferiores Eccleſiarum Antiſtites per ſe obligentur ad iſtiusmodi reſervationes, aut alia quæcunque impoſita publica onera, maximè quando vel moderatiùs & ad tempus, usque ad futurum Concilium fiunt, ùt in prædictis Concordatis ſe res habet, ibi = *durabitque deinceps niſi in futuro Concilio de conſenſu Nationis aliter fuerit ordinatum*, aut neceſſitate, vel utilitate communi Eccleſiæ univerſalis urgente. Quocirca advertit ex Magnifico P. Schmier allegatus P. Boëkhn *n.* 39. non ſolùm ſpeciem Conventionis habere iſta Concordata, verùm & rationem Eccleſiaſticæ legis ſaltem ad interim vigentis, poſtquàm inſtante Natione germanicâ per Sedis Apoſtolicæ authoritatem rata habita & promulgata ſunt, adeò, ut nullus Principum Imperii contra legem patriam vel ſuperioris juſtè latam ex eo ſe tueri poſſit, quòd non acceptârit. Verùm licèt ex allatis ſat appareat acceptatio germanorum ſaltem tempore initorum Concordatorum, tamen ubi omiſſo Concilio vel Conciliari lenimento Concordatum Aſchaff. perpetuum nunc reddere conatur Curia Romana nonnulli de hujus firmitate, ac perpetuitate diſputant & dubitant. *w*)

§. V.

Rationes dubitandi, an Nationi germ. favorabilia?

I. Videri poſſet, quòd Concordata tam à S. Pontifice, quàm & à tota Natione germ. *ut rationabilia & ſalubria*, *tam Eccleſiæ*, *quàm Nationi præfata* comperta ſint, & agnita. Vide tenorem Bullæ Nicolai V. Etenim per illa Eccleſiæ reddita eſt pax, Imperio quies, & tranquillitas. Ita inquit Zallwein. *x.*)

II. Bo-

u.) Wames., & Zypæus apud Nicolarts *tom.* 3. *dub.* 1. §. 2. Van Espen p. I. *tit.* 13. *n.* 11. Petra *ad Conſtit.* 1. *Nicolai V. n.* 4. Böckn *lib.* 3. *decret. tit.* 8. *n.* 40.

w.) Confr. Anonymi obſervationes hoc anno 1771. editæ obſerv. XIX.

x.) *Jur. Eccl. Tom. III. q.* 2. *cap.* 3. §. 8. *p.* 311. *favorabilior fuiſſet conditio Germanorum ex decretis Synodi Baſileenſis: nihilominus pro Stabilienda & firmanda pace remittendum aliquid fuit a Natione germanica* (an Concordata ex tunc pro Natione germanica erunt favorabilia?) *in conteſtationem ſuæ reverentiæ, pietatis & gratitudinis erga ſummum Pontificem haud ſecus, quam à Belligerantibus, ut pacem firmam & Stabilem obtineant. Optime nempe Germani perſpectum habebant, quod moderata durare ſoleant, & idcirco viam amicabilem, ſive amicam tranſactionem uno dato, & altero retento ineundam provide duxerunt.*

II. Bonum, & boni relationem, hìc ùti ſemper, cognoſcere debemus non ſecundùm quod in ſe, & extra applicationem ſpecialem: ſic favonium reſpectu ſuî bonum experiuntur, qui verſus ortum navigant, contrarium & ſibi malum, qui ad occaſum tendunt, ſed res debet integrè, ac relatè ad ſuas circumſtantias conſiderari: conſequenter Concordata reſpectu Eccleſiæ fluctuantis, & relatè ad turbulenta illa tempora omnino, ſi non Nationi germ., Eccleſiæ ſunt favorabilia.

III. Interim quatenus non tantùm Germania, ſed ipſa pariter Eccleſia olim violentis, turbulentis, ac ſimoniacis multùm turbata eſt collationibus, Electionibus, & intruſionibus, gravata per reſervationes noviter inductas: quæ mala ſuo modo per Concordata è medio ſublata ſunt: ſcilicet Natio germanica nimium quantum gravata fuit, tum Pontificum reſervationibus, exſpectativis, mandatis de providendo, adeò, ut *y.*) extincta hoc modo jaceret Eccleſiarum germanicarum libertas, infracti eſſent canones, ſtatutáque Eccleſiarum Cathedralium ludibrio haberentur, usque dum ipſi Hi S. Pontifices per Concordata ultroneè jura quædam prætenſa amore publici, vel penitùs ceſſerunt, vel ſaltem limites poſuêre, gratias ſuas certis menſibus, certis beneficiis, ac dignitatibus reſtringendo, ſibi inhibendo, ſic etiam nunc plura beneficia ob Regulas Cancellariæ, aliásque recentiores Bullas Pontificias S. Sedis, privativè reſervata forent, niſi obſtarent Concordata: imò vi Concordatorum Nationi germ. conceſſa eſt libera facultas in Eccleſiis Cathedralibus, ac Monaſteriis, ſuos Præſules eligendi (potiùs jam antea optimo jure iisdem competierat) quæ prærogativa meritò ab Eccleſiarum Capitulis ſemper magni habita fuit, eoquòd jus ſimile in aliis regnis, atque provinciis propter Regulas *Cancellariæ*, ac Principum, vel Regum nominationes, & privilegia non reperiatur.

IV. Quatenus opponeretur Germaniæ Principes illico animi ſenſa manifeſtâſſe extincto Nicolao V. referente Platinâ *in Vita Pii II. Imperatori perſuadere annisi ſunt germani, ut pontificibus amplius obſtarent.* Curialiſtæ dicunt, innuere reſponſionem, quòd ſic Pontificibus amplius obſtaret Imperator, ne quidquam ultra Concordata indulgeret: dein de Concordatis nequidem controverſiam fuiſſe, eoquòd ſe ipſum explicet, & dicat: Imperatorem ſpretâ populorum poſtulatione, quorum mentes non ratione, ſed appetitu, & cupiditate duci ſolent, Aeneam ſylvium (poſteà Pium II.) delegiſſe Oratorem, ut Calliſto III. Nicolai ſucceſſori juramentum de more exhiberet. *z.*)

V. Su-

y.) Si Bœhmero credas *lib.* 1. *tit.* 20. §. 6.

z.) Facile damus, ait Zallwein *Jur. Eccl. Tom. III. q.* 2. *cap.* 3. §. 4. *p.* 305. ad hoc argumentum *Pfeffingeri* ex Platina, *quod germani generoſiorem ſuam magnitudinem, & reverentiam erga Pontifices in ineundis Concordatis, utpote quibus*

V. Supremum denique, spreto penitus omni contrario diffugio, *Concordatorum* favorem exponit ipsa Bulla §. *de cæteris.* & ad finem = ibi: *omnes, qui eâ gaudere voluerint, tempus congruum habeant eam acceptandi*, cùm cujusmodi favor, ac libertas invito nulli obtrudatur ceu beneficium, hîc enim plenior concessa est facultas, beneficia per alternos menses conferendi, quàm aliàs per *Regulas Cancellariæ. a.)*

§. VI.

Nationi Germanicæ minimè favorabilia sed generosè ab eadem inita sunt.

I. Ast istis omnibus ad trutinam veritatis appensis tantùm apparet, *Nicolaum* V. summum Pontificem sua ex mente, & in Bulla â se editâ, Concordata dixisse *salubria tam Ecclesiæ, quàm Nationi germanicæ*, idque forsan animo præoccupato: quòd Ecclesiæ Romanæ, & Sedi Apostolicæ favorabilia fuerint Concordata, fatetur Aeneas Sylvius *b.)* Ast quomodo Nationi Germanicæ eadem favorabilia dicantur, nondum video; quasi verò Natio Germanica per *Regulas Cancellariæ*, per mandata de providendo, per præventiones, ac reservationes successivè introductas, vel introducendas, non fuisset gravata? conferantur huc gravamina Nationis in utroque Concilio tum *Constantiensi quàm Basileensi* exhibita, quasi verò jus eligendi Præsules non fuisset pacto publico *Calixtino* firmatum, & jus providendi de præposituris jam *in Constantiensi ac Basileensi* Ordinariis, *ad quos aliàs pertinet*, non fuisset assecuratum? aut ipsa *Alternativa* non esset novum gravamen, ac præjudicium saltem quoad alteram medie-

bus haud pauca jura anteà ex Concilio Basileensi, vel alio titulo antiquiori sibi competentia cesserunt, dolenter agnoverint, & Concordata favorabiliora sibi stipulari optaverint. Verum rebus jam compositis, & Concordatis jam jam publicatis, & acceptatis amplius ab illis pro suo libitu Statibus Imperii particularibus recedere non licuit.

a.) Adde, quæ annotavit Nicolarts *Tom.* 3. *dub.* 1. *pag.* 11. & P. Biner *in appar. Erud. p. VI. cap.* 3. §. *VIII.*

b.) In Epistola ad Nicolaum S. Pontificem ob Cæsaris Friderici III. adventum in Italiam valdè anxium his verbis = at plurima tibi de Cæsare diversa dicuntur, venire illum armatum, Italiæ Imperium quærere, Clero dominium invidere, multa de Friderico tertio in fatis haberi dictu horrenda. Hæc si alios terrent, tuam certe Beatitudinem movere non debent, qui hominem intus & in cute nôsti, cujus æquitatem, fidem, religionem non satis olim prædicare, atque magnificare poteras. Quodsi esset is Cleri hostis, ùt plerique garriunt, quando faciliùs, oro, Clerum opprimere potuit, quàm vigente in Ecclesia schismate, stantéque Germanorum Neutralitate. Si voluisset tantùm, pessumibat Ecclesia: Cleri majestas omnis extinguebatur: nec Tu hodie in hoc statu esses, in quo te videntes lætamur. Sed misertus est Ecclesiæ matris suæ Fridericus, summa enixus ope Neutralitatem abolevit, Schismatis radices evulsit, tibi ut parerent Germani omnes, curavit: vide Aeneæ Sylvii historiam rerum Friderici III. fol. 46.

medietatem antea incognitum? omnia enim in anterioribus sæculis beneficia collata fuerant ab Ordinariis: id saltem agnoscent ii, qui veritatem, vel dic pacem amant sacram inter, & politicam potestatem, & odêrunt regnum cum sacerdotio ulterioribus contentionibus collidi.

II. Queritabatur equidem jam dudum S. Pontifex sacras à profana manu usurpari investituras, indignos intrudi in domini sacraria, dominari simoniam, ac violentiam, at tollatur abusus, & maneat usus. Econtra queritabantur Germani premi Nationem, concessis tot gratiis exspectativis, tot mandatis de providendo, monitoriis, executoriis, tot reservationibus, tot præventionibus, & concursibus, tot annatis, servitiis ac servitutibus: hinc frequens jurgium, utor verbis P. Biner S. J., dissensio, calamitas, inventum per Concordata moderamen (*non tamen utrique parti dici potest æquè accomodum*) sublatæ sunt querelæ (etiam jura, *ac libertates Ecclesiarum Germaniæ*) reducta Concordia, (*in bonum Ecclesiæ universalis*, vel Sedis Apostolicæ tantùm.)

III. Nam certùm est, Concordata plures alias fovere reservationes, quàm quæ in corpore juris sunt clausæ, quas tamen Synodus Basileensis aboleverat, sive per Extravagantes *ad regimen*, & *Execrabilis*, sive per *Regulas Cancell.*: aut alias Apostolicas Constitutiones introductæ fuissent, statuendo, *ut de cætero nequaquam fiant. c.)*

IV. Idem esto de Annatis judicium, quas pariter proscripsit Concilium Basileense *d.*) adde Alberti II. Imperatoris Augusti, & Caroli VII. Regis Francorum pragmaticæ sanctionis capita. *e.*) & quin te ad anteriora *Avisamenta* referas, jam intelliges, quo animo Nicolaus V. Concordata Nationi Germanicæ favorabilia dicat, quin ista Natio inclyta illud recognoscat, aut quàm præoccupata sit Curia Romana suo tempore eorundem Concordatorum interpres.

V. Profectò ex eo solùm, quòd Concordata Nationis germ. tristiorem, quàm nunc habent, non sortiantur effectùm, favorabilia dici nequeunt. Etenim, ùt alibi fusè dicetur, magnificè, ac liberaliter S. Imperatores jus nominandi ad Episcopatus penitus cesserunt Capitulis Cathedralibus, horúmque Electiones pactis publicis stabilivêre, vide interim gesta sub CALLIXTO II. S. Pontifice & HENRICO V. *Imperatore*; inde ergò Concordata NICOLAI V.

c.) Seff. XXIII. an. 1436. apud Harduin. p. 1210.

d.) Seff. XXI. anno 1435. ibi = *de cætero nihil penitus ante, vel post exigatur ratione literarum Bullæ, sigilli, annatarum communium, & minutorum servitiorum, primorum fructuum, deportuum, aut sub quocunque alio titulo, colore vel nomine, prætextu cujusvis consuetudinis, privilegii, vel statuti, aut aliâ quâvis causâ, vel occasione, directè vel indirectè.*

e.) Quæ apud Georgii *lib. II. gravaminum cap.* 7. extant.

cum FRIDERICO III. inita non erunt favorabilia, eoquòd Capitulis G niæ idem jus eligendi non ademptum, sed salvum, & integrum fuerit c vatum, sublatis tantùm è medio quibusdam reservationibus: neque sanæ ı erit cogitare, ideò Electiones Capitulis esse redintegratas, aut sublatas nc tiones regias, ut per reservationes Apostolicas, vel *Regulas Cancellariæ* Ga iterum aliquando extorqueantur, & ad Sedem Apostolicam eò faciliùs dev tur. Successivè etiam jura hæc eligendi confirmata fuerant in Concili *Constantiensi*, tum *Basileensi*, ac quidquid sit circa *reservationes in corpor* clausas, nomine dignitatis simpliciter talis non veniunt pontificiales, ùt I res communiter tradunt *ad cap. licet de præb. in sexto.*

VI. Nec ex eo Concordata erunt favorabilia, quòd teste Gregoric wein *f.*) Metropolitæ (qui aliàs se ex Concordatis germ gravissimè læso stam conquerendi causam habent) prærogativam summam, i. e. *jus conf di Episcopos suos suffraganeos* per X. & plura sæcula justè possessum amis *Metropolitis*, inquit, *longè optabilius esse, & gloriosius videri debet illud jus mandi præcipuum in manibus Pontificum, quàm Imperatorum, vel aliorum su* Ergo favorabile reputatur suis exui juribus, modò jura hæc in summorun tificum potiùs, quàm aliorum versentur manibus? aut demum.

VII. Ex eo, quia tot solvuntur Annatæ, totidemque jura secundæ sionis? in Concilio Basileensi sess. 31. habetur, *facultates ac pecuniæ regi & provinciarum mirum in modum exhauriuntur. g*) Notandum insuper *Con*

f.) *Tom.* 3. *jur. Eccl. q.* 2. *cap.* 3. §. 8. *p.* 312.

g.) Eximius decretorum Doctor Magister Joannes de Bachenstein in tione facta coram Eugenio IV. sanctissimo in Florentia Eundem sic al tur = *Et dicta Synodus hortatur, & requirit sanctitatem vestram qu velit ipsum decretum* (de annatis supra n. 2. allatum) *in sua Curia serva alibi observari facere, & custodire, quoniam ipsum conforme est legi d & canonibus S. Patrum: quamvis autem P. Beatissime, istæ Annatæ ductæ fuerunt ex causa Passagii terræ sanctæ, nunc autem cessante causa poterit & effectus. Etiam dictæ Annatæ hactenus sublevatæ non sunt co in eum usum & finem, propter quem Annatæ adinventæ fuerunt. M autem, quoniam superioribus temporibus in sublevationem dictarum Anna tantus rigor, tantæque exorbitantiæ, & tot in super destructiones, & tiones insignium Ecclesiarum provenerunt; adeò etiam, quòd in multis E cultus divinus nedum imminutus, sed etiam in totum in collapsum re existit: Multi enim notabiles Prælati ob non solutionem Annatarum in censuris Eccl. multis annis à divinis abstinentes, & tandem plurimi in i mortui in terra profana inhumati sunt. Alii verò coacti sunt vendere calices, capsas reliquiarum, & ornamenta Ecclesiarum. Alia autem in rabilia mala, quæ exinde subsecuta sunt, in longum enarrare, de præsenti sedeo. Quibus singulis attentis peramplius non expediebat sacro Concilio ve*

Basileense nedum fuisse legitimè congregatum, ac quoad sessiones anteriores authenticum; sed & quoad causas beneficiales gesta *Amedei* vel ejusdem *Concilii* in speciali Bulla, quæ extat apud Harduinum *p. 1307. à Nicolao V. Papa* approbata fuisse. Super easdem Annatas *Jacobus Wimphelingius. h)* urget = *Germaniam ergo benignissima nostra mater, & sacrosancta sedes Apost.* (*apud quam summa constantia, summa veritas, summa religio, hâc saltem pietate, largitionúmque moderatione dignetur, ut Archi-Episcopis nostris, & Episcopis intra paucos annos è vita hac misera sublatis mitiùs, clementiúsque cum successoribus agatur. Quod enim Illi præstant, idipsum plerumque à miserrimis agricolis, & civibus cleroque (maximè rurali) corraditur, & emungitur, quo per sæpe Patres familias pro liberis educandis, ipsique sacrificuli, quorum beneficia nonnunquam opulentissimis incorporata sunt, pro vita sustentanda opus haberent: ne seditio tandem vulgi sæpè hac de re murmurantis (ut his auribus Deum testor audivi) in Ecclesiasticos suboriatur.*

VIII. His stantibus non poteris dicere, *Concordata Nationi germ.* esse favorabilia: ab oculos pone casum, qui sæpè contingit, quòd eadem *Natio Germanica* ex longis, & variis bellorum tumultibus, quibus germania nonnunquam multis annis interturbatur, jam antea ab hostibus fidei sit pecuniis, ac

ventibus oculis pertransire. Unde P. Beatissime! si Alexander S. Romanæ Ecclesiæ, & Apostolicæ sedis Episcopus scribens Lucensi Ecclesiæ constituerit, & decreverit, quod nullus cujuscunque gradûs Clericus pro Ecclesiastico beneficio audeat aliquid conferre, etiamsi fabricæ Ecclesiæ, vel in denariis, seu etiam in usus pauperum donatum tribuendum foret, multò magis decuit, decretare, & ordinare, quatenus peramplius in collatione beneficiorum, confirmationum, electionum, admissionum, postulatinum tam in Curia Romana, quàm alibi nil penitus ante, vel post exigatur directè vel indirecte, prætextu cujuscunque consuetudinis, privilegii, vel statuti, aut alias quacunque recepta Consuetudine. Sacrum namque Concilium nil novi fecisse videtur, sed antiquissima jura S. Romanorum Pontificum innovavit. Ita ille apud Harduinum p. 1509.

h.) In replicis ad *Aeneam Sylvium apud Goldastum* alter Reichsabschied und Handlungen p. 57. confer Pauli Langii Cygnæi Monach. Bozawiensis Chronicon Citizense n. 896. apud Pistorium Nidanum ad annum 1513. p. 1279. — Annatæ ait, sive medii fructus absque ulla dilatione temporis exiguntur, quin imò ipsæ Annatæ, in quas tempore Calixti Papæ III. ad quatuor principes consenserunt annos, non modò adhuc durant, sed & indies magis crescunt, duriùs premunt, & opprimunt contra Basileensis Concilii decretum. = imo multo ampliorem sub nomine subsidii extorquent pecuniam, quemadmodum nuper in Archi-Episcopatu Magdeburgensi contigisse haud absque querela pauperum pro dolor audivimus. Aliud exemplum suppeditat idem Chronicon in annum 1458. in causa Moguntina Dietheri ab Isenburg, & Adolphi de Nassau, ubi Archi-Episcopatus extenuatus ob Bella, & tamen exigebantur Annatæ. confr. P. Wolffgangus Schmitt instit. Juris Eccles. Univ. lib. I. cap. II. §. XII. his præcipue quoad Annatas contradixit Dietherus Archi-Episc. Mog. cui dein alii principes adhæserunt.

divitiis exhausta, & extenuata, ut etiam pro necessaria justitiæ, & pacis conservatione in his deficiat, quid si superinducatur fatalis obitus, vel Archiepiscopi, vel Episcopi, aliorúmque Prælatorum, ac Annatæ ad Curiam Romanam solvendæ forent? appono hìc responsionem Illustrissimorum, & Reverendissimorum Principum, nec non aliorum S. Romani Imperii Ordinum Legato Adriani VI. S. Pontificis redditam, prout extat apud Goldastum *i.*)

IX. Ergo Concordata non tam Nationi germ. favorabilia, quàm ab eadem generosè in favorem S. Sedis Apostolicæ, aut universalis tum temporis fluctuantis Ecclesiæ commodum inita fuisse dicenda sunt, neutiquam verò cum Febronio per ignorantiam extorta.

§. VII.

quanquam acceptata ab aliis confinibus.

I. Quanquam pacta ex vulgatis juribus nullas partes, nisi contrahentes ligent, nec ultra eas extendantur, prout non vigent in Belgio; esto enim Belgium sit in germania, non tamen habet nexum *feudalem cum Imperio*: non vigent in Ducatu *Brabantiæ*, imò nec in Ecclesia Cathedrali *Antwerpiensi*, tametsi hæc civitas retinuerit titulum marchionatûs S. Imperii, eoquòd Dux Philippus Burgundus Brabantiæ hæc Concordata non acceptaverit intra terminum Concordatis præscriptum & jam antea Brabanti ex Bulla Caroli IV. anno 1349. extra

i.) *Constit. Imp. p.* 32. *item* alter Reichsabschied *p.* 70. & Georg. *lib. II. Gravaminum part. I. cap.* 3. *p.* 350. = „ *Cùm autem Ordines S. Romani Imperii nihil „dubitent, Beatitudinem Pontificis pro comperto habere: Principes Germaniæ „in solutionem Annatarum ad aliquot annos sedi Apostolicæ solvendarum, eâ „lege, ac conditione consensisse, ut illa in oppugnationem perfidissimi Turcæ, & „defensionem fidei Catholicæ converterentur. Ex quo autem numerus annorum, „intra quos Annatæ solvi debeant, nunc longo intervallo transactus sit, neque „Annatæ illæ à Beatitudinis suæ Prædecessoribus Pontificibus Romanis in hunc „usum, in quem decretæ sunt, conversæ: ob id, si modò necessitate exigente „Communia auxilia in oppugnationem Turcæ per Germaniam essent decernenda „& colligenda, causatur inde populus Germanicus, quare Annatæ priùs jam „multis annis in hunc usum reservatæ ad hoc opus non applicentur, aversantùrque alia in se ob hanc causam gravamina recipere: ex quo Prælati Ecclesiastici pro Annatis sedi Apostolicæ solvendis, ut plurimum suis subditis super „Indicta & collectas imponere, & talia ab eisdem recuperare causaverunt. Quare „illustrissimus Princeps Dominus locumtenens, aliique Principes, & Ordines R. „Imperii vehementer orant, ut Beatitudo Pontificis velit hæc & alia paterno „affectu considerare, & illas Annatas, quæ post obitum Episcoporum, aliorumque „Prælatorum, seu Ecclesiasticorum ad Curiam Romanam solvendæ fuerint, in futurum non exigere. Sed illas fisco Sacri Romani Imperii applicandas relinquere, ut eò commodiùs justitia, pax, & tranquillitas Nationi Germanicæ conservari, & Respublica eò meliùs per hæc ordinari, possintque per germ. Nationem aliis Christianis Potentatibus contra Turcam communem hostem, auxilia, „& præsidia præstari: quod aliàs & absque eo minimè sperandum erit.*

extra Brabantiam citari, vel appellare non potuerint, nec ad judicium Cæsareum, seu Cameram Imperii ex Bulla Sigismundi 1424. k.)

II. Concordata tamen ab aliis confinibus dicuntur à Curialistis desiderata, ex benignitate S. Pontificis ad illos extra Germaniam extensa, diverso quidem modo, nam quoad Ecclesias in germ. sitas *per viam comprehensionis*, quoad alias exteras *per viam privilegii*, & *extensionis*, idque in ordine ad varios juris effectus inde resultantes dictum esto.

III. In Ecclesia *Tridentina*, etsi in finibus inter Italiam, & Germaniam sita sit, tamen quoad loca existentia intra fines Imperii, vigent Concordata. *l.*)

IV. In *Aquilejensi* diæcesi quoad loca Imperii tantùm, attestatur Emmus Card. de Petra *ad Constit. 1. Nicol. V. n. 7.* ubi etiam de *Warmiensi* vulgò *Warmia* refertur *ex decis. 426. n. 3. coram Millino*, quæ emanavit cum supposito, quòd fuerint jura in forma probante, quod tamen in subsistens recognitum in eadem Rota. Rursum Concordata in Helvetia locum habent teste Rota *m.*) Trajecti ad Mosam, & in Collegiata Nivellens. diœc. Namurcens. *n.*) ultrajectensem Ecclesiam ad veterem Rheni alveum vulgò Utrecht sub Concordatis Nat. germ. specialiter comprehendi expressè declarat summus Pontifex Sixtus IV. Constitutione 13. Julii 1472. cæterùm Illustrissimus Bussius Bruxellis internuntius ad Ultrajectensium & Herlemensium Cætus an. 1702. die 21. Junii scribens, eos nuncupat præclara Capitula. Prætereà etiam tempore Concordatorum Civitates, & Ecclesiæ istæ nondum erant totaliter ab Imperio avulsæ, & emancipatæ, proin acceptatio Concordatorum facta esse potuit ad illa introducenda, ùt observat Van de Velde *o.*) notat ibidem, quòd Concordata locum habeant in Ducatu *Luxenburgensi* comprehenso Comitatu *Chimacensi*, in civita-

k.) Vide Zypæum lib. III. de præb. Consult. III. n. 8. & seq. ubi etiam Duces Brabantiæ scribit supremos, seu Souverenos, uti & Flandriam aliásque provincias nihil cum Imperio commune habere.

l.) Ut ex variis decisionibus Rotæ docet Gonzalez *ad reg. 8. Cancell. Gloss. 25. n. 5.*

m.) *In Virdunens. Abbatiæ 3. April 1702. §. hinc transeundo. coram Molines.*

n.) Zypæus *lib. 3. cons. 3. & 5.* van Espen *p. 1. tit. 13. cap. 2. n. 12.* adde Nicolarts *tit. 3. dub. 1. §. 2.* Wames. *cons. 33. n. 13. lib. 1.*

o.) *In suis annotationibus M. S. ad Regulam Cancell. de reservatione mensium dub. 4.* Stadel in Compendio Geographiæ Ecclesiasticæ univ. Romæ 1712. edito cap. XVII. §. 3. de Archi-Episcopatu ultrajectino. Olim hæc Ecclesia Coloniensis erat diæcesis, clara est Collegiatis, & in Metropolitana Carolus V. Imp. celebravit Comitia aurei velleris anno 1546.

te quoque *Thenensi* haberi quidem sex menses, sive alternativam, quali gaudent Ecclesiæ Concordatis subjectæ.

V. In Ecclesia Cameracensi posita in inferiori parte Germaniæ in Gallia Belgica ad scaldim fluvium, éstque Metropolis Dei-paræ virgini sacra vulgò Cambrais Caroli V. edicto 1554. *p.*) intellige loca Germaniæ, & excipe nominationem *Archi-Episcopi* ob Innocentii XII. concessionem factam Christianissimo 1695. Capitulum enim Cameracense quidquid in Electione Archiepiscopi juris habuerat, Regi dimisit.

VI. In Gallia Celtica Bisuntinos vulgò Besançon prætendunt subd[illegible] Concordatis Germaniæ *q*) sed Congregatio consistorialis 16. Julii 1657. id non admisit, & Innocentius XII. post solenne Concordatum cum Capitulo anno 1698. Indultum nominandi Regi Christianissimo concessit. *r.*)

VII. In Lotharingia, & Alsatia tenent Concordata Germaniæ etiam Gallos *s.*) sic ad Ecclesiam Verdunensem aliàs Verdunum appellatam (subest hæc Ecclesia Metropolitano Trevirensi, licèt in Lotharingia sit posita) extensa sunt Concordata germaniæ per Leonem X. in omnibus, & per omnia. *ss*) Ad Ecclesiam *Metensem* pariter positam in Lotharingia Archiepiscopo Trevirensi subje[illegible]

p.) Annatus *in apparat. ad posit. Theo. lib. 6. art.* 1. Van Espen. *in jur. E. univ.* *p.* 1. *tit.* 13. *n.* 14. *cap.* 2. Nicolarts *l. cit.* §. Wames. *cons. canon. tom.* 1 *cons.* 33. *n.* 13. Zypæus *l. cit.* Capitulum enim Cameracense quidquid in Electione Archi-Episcopi juris habuerat, Regi dimisit.

q) Pignatell. *cons.* 130. *n.* 15. *& seq. tom.* 10.

r.) At Rigantius attestatur *in Reg.* 2. *Cancell.* §. 1. *à n.* 65. *& seq.* Dunad Hist. de L'Eglise de Besançon T. I. p. 104. ubi etiam refert inferiores diæcesis Vesontiensis Ecclesias Regulis Cancellariæ esse obnoxias, Capitulum Metropolitanum vero menses ad normam Concordatorum observare; decanatus seu major dignitas post pontificalem, ùt & cæteræ dignitates à Capitulo dispensantur Koch *l. cit. lit.* g. §. *VIII. p.* 102.

s.) Annatus *l. cit. in fine* Argentinense Capitulum Cathedrale menses papales non observat, etiam præbendæ magni Chori ab alternatione immunes sunt. Sic anno 1747. cum Perrinus Abbas præbendam D. Pauli mense papali vacantem obtinuisset in Curia Romana, res ad Consilium status delata, in favorem Capituli à Rege decisa est in Arresto d. 9. Aug. 1748. lato. vide Koch l. cit. lit. F. in notis.

ss.) Puteus *l.* 1. *dec.* 45. *ante n.* 1. *& Rota decis.* 840. *in pr. part.* 3. *lib.* 3. *divers.* in favorem Capituli duntaxat quoad alternationem mensium Rot. *dec.* 100. *coram Martino Andrea dec.* 2245. *n.* 31. *&* 2252. *n.* 3. *coram Coccin. & dec.* 510. *n.* 5. *Coram Seraphin. & dec.* 840. *p.* 3. *lib.* 3. *divers.*

ſubjectam extenſa ſunt Concordata ex literis Nicolai *V.* 1453. *t.*) Ad Eccleſiam Tullenſem ſimiliter in favorem Capituli per Paulum III. *anno 1544. quint. Non. Julii*; Indultum tamen Ludovico XIV. Chriſtianiſſimo Regi conceſſum eſt ab Alexandro VII. 1664. & à Clemente IX. confirmatum 1668. & ad ſucceſſores extenſum eſt pro nominatione ad illas Cathedrales Verdunenſem, Metenſem, & Tullenſem & ad alia in his diœceſibus ſita conſiſtorialia beneficia. *u.*)

§. VIII.

Etiamnum ſua in obſervantia reſpectu Catholicorum, licèt non Proteſtantium.

I. Nec vim iſtius pacti univerſaliter infringere volunt authores dictitantes, germanos ab omni obligationis vinculo jam dudum ſolutos fuiſſe, eò quòd Pontifices Romani fidem ſuam in Concordatis datam fregerint, & occultè ſubruerint. *w.*)

II. Inprimis autem gravamina centum Norimbergæ expoſita abuſus pravos Curiæ Romanæ circa beneficia Eccleſiaſtica fuſè, gravitérque recenſent, verùm hoc non obſtante germani apud S. Pontificem exactam Concordatorum obſervationem, continuò urſerunt, Cæſaréſque in Capitulationibus jurejurando obſtrinxerunt, ad eadem pacta apud ſedem Pontificiam (an Concordata principum, vel Aſchaffenburgenſia? tutanda, ne vis fiat iſtis cum detrimento vel Eccleſiæ, vel Reipublicæ germanicæ. *x.*)

III. Ex his nemo non videt legis hujus, vel publicæ univerſalis, vel particularis vim hodiedum obtinere, quoad ſtatus Imperii Catholicos: in terris enim Proteſtantium *ſiquid Annatarum, jurium Pallii, confirmationum, menſium Papalium, & hujusmodi jurium, & reſervationum nomine in bonis ſtatuum Auguſt. Confeſſionis Eccleſiaſticis immediatis à quocunque, quandocunque, aut quomodocunque praten-*

t.) Ut aſſerit Annatus *l. cit. Rota dec.* 230 *n.* 3. *coram Cavaler. & dec.* 43. *n.* 19. *coram Dunozett.*

u.) Dovjat. *in ſpecim. jur. Eccl., Card. de Oſſat, & Pinſon* apud Thomaſſinum *p. II. lib. II. c.* 40. *n.* 9. *&* 10. Amat de Graveſon *hiſt. Eccl. Tom. VI. pag.* 122. Koch comment. cit. circa f. p. 102.

w.) Add. Goldaſtus *in Rational. Conſtit. Imperii p.* 116. Limnæus *ad Capitulationem Caroli V. art.* 16. verbo: *Concordata*. Maurit. *not. ad Capitul. Leopold. art.* 19. Strykius *diſſertatione de negotiis Capitulat. Cæſar. annullatis* §. *XII. c.* 2. *fol.* 42. Ibidem quantùm contra hæc pacta peccatum fuerit in Curia Romana, teſtantur abunde gravamina Statuum Imperii Maximiliano exhibita anno 1510. apud Melchior. Goldaſtum *Tom. II. Conſtit. Imperial.*, Fritſchium *manual. jur. pub. V. Concordata p.* 143.

x.) Strykius *l. cit. p.* 43. §. *XIII.*

pretendatur, *id validitate*, *& executione à brachio saculari impertienda careat.* Hæc sunt verba *Instrum. Pacis. y.*)

IV. Exemplum habes Trajecti ad Mosam vulgò *Mastrich*, postquàm ad manus provinciarum fœderatarum devenit: z.) Attamen ex supplicatione apud S. Petrum 1725. *septimo Calendas Martii anno 2do Pontificatûs san. mem. Benedicti XIII.* patet Sedem Apostolicam contulisse Canonicatum Collegiatæ *S. Servatii per obitum Jacobi de Requile*, *Petro Andreæ Munix.*

V. Imò exceptionem in Instrumento Pacis Osnabr. *art. V. §. XX.* ceu reliquias Concordatorum habemus a.) & art. V. cit §. XXVI. expressè cavetur: *Conferant etiam Archi-Episcopi*, *& quibus aliis id juris competit*, *beneficia mensium extraordinariorum* quæ verò sunt beneficia mensium extraordinariorum ab Archi-Episcopis vel aliis conferenda? exemplum habemus, inquit Buckisch *b.*) Monasterii in Westphalia, ubi in Ecclesia collegiata veteri dicta S. Paulo dedicata, & Cathedrali annexa receptum est, quòd præter menses papales ordinarios Episcopus alios, & alios quoque Capitulum habeat menses: Capitulum quidem ita, ut non tota communitas universim, sed unus post alium, prout ipsum ordo, quem Turnum appellitant, tangit, conferendi habeat potestatem.

VI. Coc-

y.) *Art. V. §. XIX.* adde Buckisch *ad eundem art. V. §. XIX. observ.* 29. *&* 30. Germania inquit *reservationibus se maximè opposuit jam in Concilio Constantiensi, idquod ipsum postea quoque patres Concilii Basileensis censuerunt à Papa postulandum esse: non ergo mirum, quòd juxta dispositionem hanc Instrumenti Pacis ejusmodi reservationes cæteraque jura Papalia apud A. C. addictos invalidentur.*

z.) De hoc vide Rigantium *tom.* 1. *in Reg. Cancell. IX. §. III. fol.* 91. *& seq.* anno 1673. 19. Jan. a Clemente X. deputata fuit, Congregatio particularis, eratque folium per manus transmissum sequentis tenoris: *cùm Trajectum ad Mosam quadraginta abhinc annis venerit in potestatem Hollandorum, & ex eo tempore sedes Apostolica, ne irrito conatu Catholicorum fortunas & fidei causam in discrimen adduceret, abstinuerit à collatione Canonicatuum eo in oppido vacantium in mensibus reservatis, deliberabitur, an præsentis temporis conditioni consectaneum sit eos conferre?*

a.) His formalibus: *in quorum autem Ecclesiasticorum bonorum immediatorum Capitulis utriusque religionis Capitulares Canonici vigore præfati termini, certo utrinque numero admittuntur, mensesque Papales id temporis in usu fuerunt, porrò quoque si decedentes Capitulares & Canonici ex numero Catholicorum definito fuerint, obtineant, atque executioni casu eveniente mandentur, modo papalis provisio Capitulis immediatè è Curia Romana, & tempore legitimo insinuetur.*

b.) *Observatione l.* 1. *in art. V. §. XXVI.*

VI. Coccejus, & alii ſuis dominis territorialibus volunt nunc competere quadruplex jus conferendi beneficia: *primò regium* ſeu jus primariarum precum *c.*) *2dò jus papale* in omnibus, quæ imparis numeri menſe vacare cæperunt. *3tiò Epiſcopale* in immediatis, 4tò *jus patronatûs*, in quibus id quæſitum *d.*) Hornius econtra *e.*) ait non omnium una eſt ſententia, utrum principes Evang. jure proviſionum menſium papalium, Annatarum, quibus juxta Concordata pontifex gaudet, in Capitulis Evang. vel mixtis uti poſſint.

§. IX.

Imo apud quosdam Catholicorum extant majori cum augmento.

I. Redeundo ad ſtatus Catholicos in media Germania non deſunt Eccleſiæ velut *Herbipolenſis*, *Bambergenſis*, *Leodienſis*, & nonnullæ aliæ, quæ prætendunt ſe non eſſe comprehenſas, nec dicta Concordata acceptâſſe, quod tamen requiritur pro Ordinariorum uſu ad favorem iſtorum. *f.*) quòd

II. Fundamentum exceptionis probet ipſe tenor Concordatorum, quòd nempe illa facta ſint non concurrente toto corpore, ſed *nonnullis* Eccleſiaſticis & ſæcularibus Principibus, & conſequenter probare debeat Curia Romana illos, contra quos allegantur Concordata, fuiſſe de numero conſentientium: hinc Eccleſiæ Herbipolenſes tum Cathedralis, tum Collegiatæ ignorant menſes papales, alibi majores, & principales dignitates ex conſuetudine ſunt electivæ, in quo jure juxta Capitulationes Cæſareas, & noviſſimam Joſephi II. Rom. Imp. ſemper Auguſti *g.*) Capitula ſunt protegenda.

III. Totum hoc quidem verum eſt, exceptas eſſe nonnullas Eccleſias, incognitos alicubi menſes papales, dignitates etiam principales ex conſuetudine eſſe quàm plurimas electivas, an verò in prætenſa exceptione fundamentum collocandum ſit? obſtare putat Emmus Card. de Petra rationes adductas, quia exceptio non probatur, ergo de non receptis Concordatis, vel de non uſu eorundem non poteſt opponi. *h.*)

c.) De quo vide Burchard. Gotthelffii Struvii *corpus juris publici c. XI. §. XXIX.* & alios quàm plurimos in notis allegatos.

d.) Gold. *Conſtit. tom. 1. ad an.* 1276., Coccejus *Comp. juris publ. cap. XXII.*

e.) In jure publ. Cap. 60.

f.) Zypæus *lib. III. Conſ.* 3. §. *acceptata de præb. & tit. de inſtit.* Chriſtianæus *dec. Belg. vol.* 1. *dec.* 358. *n.* 13. Linck. *de Concord. Nat. germ. cap.* 3. *n.* 12. Struvius in *Corpore jur. publ. cap. XI.* §. *XVI.* Barthel *ad Concordat.* & alii paſſim.

g.) *Art.* 14. §. 1., P. Theodorus Maria Ruprecht *ord. ſerv. B. M. V. in notis hiſtor. ad jur. canon. tom.* 1. *cap. VIII. ad tit.* 2. *mihi fol.* 32.

h.) Conſentiunt in hoc Nicolarts *tit.* 3. *dub.* 1. §. 10. *& dub.* 2. §. 19. Pirhing *lib. III. decret. tit. V. ſect. IX. n.* 363. Branden *q.* 3. *&* 4.

IV. Ex utroque enim solidè nihil infertur: habeant itaque suas Conventiones, & concessiones Ecclesiæ *Bambergensis & Herbipolensis* Concordatis principum magis accedentes: eo ipso enim, quòd majores etiam favores horum pactorum non desint, utrumque asserimus & conjungimus certo modo & esse Concordata, & extare minores reservationes.

V. In specie Capitulum Herbipolense vigore Concordatorum Germaniæ gaudet jure *Electionis*, ùt Bullæ confirmatoriæ Episcoporum Herbipolensium de eorundem Concordatorum receptione, & constanti usu, & exercitio semper expressam mentionem faciunt. *i.*)

VI. Et hoc eò magis, cùm Ecclesia, & Capitulum Herbipolense intra Moguntinam provinciam, & districtum existat, inde est, quòd comprehensa in meditullio germaniæ, ligetur de se pactis Principum, non peræque Aschaffenburgensium Concordatorum, jure licèt in uno, aut altero gaudeat ampliori.

VII. Parem in subsistentiam habet, intrare Regulas Cancellariæ, aliásque reservationes Apostolicas, ubi exeunt Concordata; quippe hoc non timendum esset è conspectu Concordatorum principum, & majorum adhuc concessionum: Concordata igitur dicimus acceptata cum his amplioribus tamen Nicolai V. concessis juribus, vel ad summum dici potest non esse acceptata, nisi simul majori, ac ampliori cum extensione. *k.*)

VIII. Quamvis Reverendissima sua Celsitudo circa hunc articulum Capitulationis noluerit præjudicare Capitulo contra literas Apostolicas à Nicolao V. S. Pon-

i.) *Confr. Bulla Pauli V. die X. Febr.* 1618. *Pontificatûs anno.* 13. quæ incipit *Venerabilis Frater. apud impressum* Celsiss. Herbipolensis Episcopi J. Godofred. Quod incipit — factum & jus juramenti Episcopalis sive Capitulationum Herbipoli 1697. editum. *Summario* 27. ibi = „ *Cum sicut accepimus nuper Ecclesia Herbipolensis, cui bon. mem. Julius Episcopus Herbipolensis dum viveret, præsidebat, per obitum ejusdem Julii Episcopi, qui extra Romanam Curiam debitum naturæ persolvit, pastoris solatio destituta, dilecti filii Decanus, Capitulum & Canonici dictæ Ecclesiæ, ad quos juxta Concordata dudum inter sedem Apostolicam & Nation. germ. inita, Electio personæ idoneæ per Romanum Pontificem pro tempore existentem eidem Ecclesiæ ad Electionem hujusmodi præficiendæ pertinere dignoscitur, pro futuri sui Episcopi Electione celebranda, vocatis omnibus, qui voluerant, potuerant & debuerant Electioni hujusmodi commode interesse, die ad eligendum præfixa.*

k.) Quia *art.* 58. *Capitulationis cit.* in impresso *Celsissimi Principis J. Godefredi* hæc formalia continentur: *nullum alium in præposituris confirmabimus, nisi ex Canonicis electum juxta tenorem Bullæ summi Pontificis Nicolai V. fel. record. Si verò alius non præbendatus Canonicus Ecclesiæ nostræ vellet intrudi, eum non confirmabimus, sed Ecclesiæ nostræ jus antiquissimum pro viribus tuebimur.*

S. Pontifice prætensè obtentas, & hactenus in Originali (ùt ibidem asseritur) asservatas, id tamen scribens pro parte Reverendissimæ Celsitudinis suæ præfato Capitulo pro notitia dedit, quòd Paulus S. P V. *anno 1618. 12. Maji pontificatûs anno 13.* D. Joannis Godefridi Episcopi Herbipolensis Antecessori suo facultatem tribuerit denominandi personas sibi benè visas, à se in præpositos Ecclesiarum Collegiatarum S. Joannis Baptistæ, & S. Joannis Evangelistæ postea constituendos *l*)

IX. Postremo excipiuntur, qui tempore Concord. jura regia possidebant ùt erat Rex Bohemiæ, qui tunc erat Ladislaus posthumus adhuc sub tutela existens, nec ad Comitia admittebatur. *m*)

CAPUT II.

Inde quia pacta sunt, summus Pontifex non potest iisdem derogare.

§ I.

an summus Pontifex iisdem derogare possit? sententia Curialistarum.

I. Summum Pontificem Concordatis cum Natione germ. initis, derogare posse contendunt præter Authores Pontificios Branden. *a*.)

II. S. Pontifex, ajunt, summus Christi Vicarius, & jure divino habet dispensationem, ac plenissimam administrationem omnium bonorum ad quascunque Ecclesias pertinentium, consequenter ex plenitudine potestatis potest vel in totum, vel pro parte Concordata tollere.

III. Concordata ceu Indulta ordinaria in favorem Germanorum admissa continent meram gratiam, non tam vim pacti, quàm privilegii, & sicuti privile-

l.) *Summario n.* 61. ibidem = *præposituram Collegiatæ Ecclesiæ SS. Joannis Bapt. & Evangelistæ Herbipolensis vacantem ut fraternitas tua desiderat, conferemus personæ à te nominatæ, quemadmodum is, qui negotii curam gerit, ad te scribet.*

m.) His P. Wiestner accenset Archiduces Austriæ. Etiam Bohemiæ Episcopatus non sunt electivi teste JCto Pragensi Amende *in dissert. de transact. mihi fol.* 122. & 123.

a.) Super Concord. quæst. VIII., Chockier gloss. II. in reg. 8. Cancell. n. 22. Wames: cons. 255. & seq. quod suis potissimùm ex rationibus tueri conantur.

vilegium revocari potest, ita in libera S. Pontificis remanet facultate, an iisdem stare, vel ab eis recedere velit *b*.)

IV. Licèt coram Puteo dec. 47. dicantur habere vim contractûs, intelligendum hoc ex parte Germanorum, quòd videlicet illi non solùm ex jure divino sint obligati ùt Christiani ad parendum Rom. Pontifici, sed etiam ex speciali Concordia quasi in vim contractæ pacificationis inita, ut in omni judicio Germani sedi Apostolicæ rebelles minùs forent excusabiles; si obedientiæ suavi jugo excusso, etiam pacta firmata violare præsumant, adeóque Concordata dicunt saltem negotium ex pacto, & privilegio mixtum.

V. Id quod confirmatur etiam ex eo, quòd S. Pontifex suam summam, & absolutam potestatem, quam à Christo accepit, de rebus Ecclesiæ, officiis, & beneficiis Ecclesiasticis disponendi à se abdicare non possit, quin semper penes se majorem adhuc retineat.

VI. Successores succedunt jure singulari non universali, nempe jure Electionis, novo titulo, novo jure, & sic Nicolaus V. non potuit suis successoribus taliter legem imponere, quam ipsi de omnimodâ necessitate tenerentur servare.

VII. De facto jam S. Pontifex derogavit multoties Concordatis expresse concedendo novis Imperatoribus *primas preces*, quæ tenent tum in mensibus papalibus, quam Ordinariorum ad instantiam ipsius Friderici III. *c*)

VIII. Neque hoc semel tantùm fecit, aut in una causa *primariarum precum*, sed jam dudum, ac maxima ex parte Concordata à S. Pontifice non sunt observata, prout desuper jam olim Statim post edita Concordata Æneas Sylvius illo tempore Cardinalis, apud Martinum Majer Cancellarium Moguntinum questus est *d*.) & certè non emanserunt querelæ Germanorum, inter quas eminent, quæ 1510. Imperatori Maximiliano I. oblatæ, & 1703. 18. April Domini protestantes inter gravamina sua apud Cæsarem demonstrârunt *e*.)

§. II.

b.) Rebuff, Suarez, Layman Theol. mor. lib. 4. t. 9. n. 3.

c.) Videantur Indulta pontificia Imperatoribus concessa apud Ayrer. *prim. precum in appendice docum. VI. fol.* 14.

d.) Epistolam exhibet Conring *de const. Episc. Thesi* 84. ibi = *dicimus dignum esse, ut compactata cum vestrâ Natione serventur; verùm cum dicis Decreta Basileensis CC. non custodiri, idque putas injuriosum esse Nationi, indignam dicimus esse querelam tuam.*

e.) Et ut apud Fabrum in der Staats-Canzley tom. 9. legimus, petierunt = sich mit den Kuhrfürsten, Fürsten und Ständen des Reichs dahin zu verstehen, daß die also

§. II.

Sententia negativa, & Germanorum.

I. Verùm minimè hæc procedunt, ac ſunt meræ Curiæ Apoſtolicæ adulationes, excogitatæ in præjudicium Nationis germ., quam tam dignam Nationem *Eugenius IV. & Nicolaus V.* ſibi momentoſum eſſe duxerunt fluctuante Eccleſiâ in medio maris, reducere, & ſub verâ credulitate reponere: equidem pacta, & fidem datam exactiſſimè, & indiſpenſabiliter à quolibet, etiam ſummo Pontifice, qui neutiquam ſuperior juris naturæ audit, ſervari debere, neceſſitas *juris naturalis, & gentium* expoſtulat: ecquis enim deinceps populus, quæ natio vellet paciſci Romano cum Pontifice, niſi illibatam pactorum cuſtodiam, fidémque ſervandam reſpectu S. Pontificis ſibi polliceri poſſet? Ineptum proinde primum ſinceri D. Branden argumentum eſt, quod deſumpſit ex plenitudine poteſtatis. Nemo enim ſuâ ſe obligatione invito altero, cui eſt obligatus per pacta, liberare poteſt, nequidem *ex plenitudine poteſtatis*, quippe hæc ſemper reſtricta *ad plenitudinem juſtitiæ*, ad jus divinum, naturale, & gentium. Jam autem indubio veritatis robore nititur Concordata habere vim pacti. *f*)

II. Ad II. uberrimè patet pacta Principum reſpectu inferiorum non eſſe privilegia, quibus contravenire poſſent, ſed pacta hæc Principes de jure naturæ obligantur obſervare propter conſenſum *g*) aliàs de facto Germani etiam non eſſent ad illa obſtricti tam ex natura contractûs, quàm correlativorum.

III. Ad III. accedit, quòd nullus poſſit contra ſubſtantiam contractûs illo remanente diſponere; ſubſtantia autem pacti vel contractûs eſt, ut ultrò citròque ſit obligatorius *L. labeo ff. de verb. obl.* adeóque S. Pontifex contrahendo cum inclyta Natione Germanica contractui, ejúsque ſubſtantiæ ſe ſubjecit, alioquin nemo cum illo contraxiſſet, pariter ergo cùm correlativorum ſit eadem ratio, nec S. Pontifex, nec *Natio germ.* Concordatis obvenire poteſt, quod manifeſtè in ipſis Concordatis cavit S. Pontifex. *h.*) Attento potiſſimùm, quòd Concor-

alſo genante Concordata bey ſo geſtalter Sachen, da der Römiſche Hof denenſelben immerhin zuwider handelt, aufgehoben werden mögen.

f) Reliquis miſſis legas conſtitutionem Nicolai V., Clementis VII. 1534. *Julii III. decet Romanum.* 14. *Sept.* 1554. & Clementis VIII. anno 1603. editam & relatam a Nicolarts tit. 3. dub. 1. c. 12. ubi expreſsè habetur: *Nos attendentes Concordata prædicta vim pacti inter partes habere, & quæ ex pacto conſtant absque partium conſenſu abrogari non conſueviſſe, neque debere.*

g.) *L.* 1. *ff. de pact.*, Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 28. *n.* 12.

h.) *Quod per quamcunque aliam reſervationem, gratiam exſpectativam, aut quamvis aliam diſpoſitionem ſub quacunque verborum formâ factam, vel faciendam liberam Ordinariorum collationem impedire nolit.* In eodem §. *placet etiam nobis* ſtatuitur, quod iſta Concordatorum ordinatio ſemper *duratura ſit, niſi in futuro aliquo Concilio de conſenſu Nationis germ. aliter fuerit diſpoſitum.*

Concordata erecta sint publicâ ex causa, in salutem populi urgente necessitate ipsius Ecclesiæ universalis, pro componendis publicis dissidiis, & pro conservandâ communi quiete. Insimul contractus est reciprocus cum onere, vi cujus Capitula Germaniæ non possunt prætendere jus conferendi beneficia in mense Apostolico, nec S. Pontifex dignitates primas sibi neutiquam reservatas, sed ab ipso in his pactis dimissas, quales, quales hæ sint Concordiæ, etiam jure naturali obligant, & supremus Pontifex in hoc consideratur ùt privatus, si enim decretum irritans positum in jure, etiam Papam comprehendat, si obligetur Papa per idem decretum irritans, ubi apposita clausula — *etiam per Nos. i.)* à fortiori intelliges eundem S. Pontificem per pacta esse obligatum: à principio utique Principi liberum erat contrahere, vel non: sed post erecta Concordata, post initum contractum non ita liberum est recedere. *k.)*

IV. Ad IV. Secernenda sunt jura S. Pontificis, vel sedis Apostolicæ; quædam enim illorum ob maximum suum momentum ita reservata sunt privativè S. Sedi, ut alteri inferioribus Papâ concedi aut non possint, aut non soleant, veniúntque nomine jurium *Majestatis Ecclesiasticæ:* talia inabdicabilia sunt generalis, & absoluta potestas ferendi leges toti Ecclesiæ, dispensandi promiscuè in jure communi Ecclesiastico, vel independenter cum subditis in negotiis summè arduis, in matrimonio rato, vel controversias fidei decidendi, declarandi sanctos, ferendi censuras quibuslibet; judicandi causas totius orbis &c. ista inquam, & similia nullo unquam privilegio ab inferioribus eatenus acquiri possunt. Econtra nos versamur in aliis terminis, Concordata præcipuè concernebant jura Capitulorum, Ecclesiarum, Episcoporum, quibuscum certè paeisci, & sua illis jura restituere licuit Pontifici *l)* quippe Ordinarii beneficia qq. jure suo jam contulerunt sine omni contradictione, & exclusivè quoad sanctam sedem usque ad sæculum XI. & XII ut modò recentioribus sæculis summi Pontifices aliqua ex illis sibi reservârint: quidni erant deinceps abdicabilia? habet Ordinarius in jure communi fundatam intentionem suam.

V. Ad V. Singulariter opponimus pacta in rem concepta semper tenere, quia determinant rem, & negotium ad dignitatem, & officium pertinens; S. Pontifex enim hoc modo contrahendo, pacem Imperio, & Ecclesiæ reddidit: per consequens non causam, vel rem suam proprio nomine, sed negotium Ecclesiæ

i.) Ut Garz., Gonz., Felin, Put., apud Begnadellium Bassum *verb. beneficia* §. *V. n.* 48. vide dicta in Cap. 1. §. 1. 2. & 3.

k.) An itaque S. Pontifices se, & successores suos obligare non possunt, quod tamen integræ Nationi, imo toti orbi palam faciunt, & publice profitentur? quæ proceduut de labiis meis, non faciam irrita.

l.) P. Zallwein Tom. III. quæst. II. C. 3. §. V. de jure Eccl. particulari Germaniæ edit. anno 1763.

clesiæ tanquàm supremum ejusdem Caput exigente necessitate gessit, tractavitque; cùm ergo dignitas cum persona non intereat, sed cum omni sua causa in successorem etiam singularem, & per Electionem talem devolvatur, consectaneum est onus quoque pacti ultrò citroque obligatorii unà cum dignitate & Sede papali, vel Imperio ad successorem transire: onus enim rei rem ipsam comitatur *m.*) ex ratione, quòd per tales contractus pacta, & concessiones sub nomine dignitatis, vel officii factas non tam S Pontifex, vel Imperator, quàm S. Sedes, & Imperium, & principatus per illos contrahere, vel quid concedere sentiatur. *n*)

VI. Ad VI. Jus Cæsareum *primariarum precum* non tam fundatur in privilegio vel Indulto Apostolico, quàm simul in consuetudine longè jam antè Concordata inveteratâ, ùt Rudolphus I. in sua formulâ, quâ usus est, omnes sufficienter docet. Nec diffitemur Indultum Apostolicum ad certos juris effectus obtinendos, si etiam illud in thesi & quoad substantiam non requiramus, tamen in hypothesi, atque ad hos juris effectus, quos nunc extensos habet, absolutè necessarium esse, ex hoc tamen non sequitur, S. Pontificem concedendo Indultum primariarum precum obvenire Concordatis: quia non tantùm nihil de jure *primar. precum* in Concordatis expressum, sed etiam quia jus hoc est specialissimum, & antiquissimum, Imperator suâ potentiâ, quâ præ cæteris pollet facilè in casu, ubi juris sui præjudicium accerseretur, vel timendum habuisset, utique expressis verbis præservare potuisset, ubi necessarium fuisset, neque verosimile est Fridericum III. tam eximio, simúlque tam vetusto juri renuntiâsse per *generalia*, contra omnia juris principia, quibus per generale non tollitur speciale, nisi illius mentio fiat specialis: præsertim si sit quæsitum intuitu meritorum Imperatoris erga Ecclesiam, cujus fidelem Advocatum agit contra Schismaticos & Hæreticos. Igitur Indultum hoc non derogat Concordatis, Ordinarii quidem collatores suos certos habent menses, & in his liberas suas collationes vi Concordatorum, utique contra incursiones pontificias & reservationes illius, eum quo ipsi contraxerunt, neutiquam verò contra Cæsareas, de quibus non erat quæstio, & *primarias* preces; inde etiam derogationes

m.) *L.* 10. *C. de remiss. pign.* Carpz. *p.* 1. *dec.* 88. *n.* 19. estque secundum naturam, ut qui commodum rei habet, ejus quoque sentiat incommodum. *L.* 10. *ff. de R. J.*, & qui substituitur in honore, succedat quoque in onere *cap.* 76. *de R. J. in* 6. eum in modum responderunt *JCti Wittebergenses mense Martio* 1700. *JCti Pragenses mense Decemb. ejusdem anni* apud Brückmann *in dissert. de eo, quod justum est circa abrogationem tam expressam, quàm tacitam Concordatorum Germaniæ editâ Erfordiæ* 1745. *c.* 2. §. 3.

n.) Treutler *p.* 1. *disp.* 6. *Thesi* 7. Reinking *de regim. sæcul. & Eccl. l.* 1. *Class.* 3. *p.* 29. Menoch *cons. CCI. Tom. III. n.* 170. *usque* 181. Böckhn *tit, de rescriptis.*

nes Concordatorum reputandæ non ſunt preces primariæ antiquæ, in Concordatis intactæ. Damus denique reſpectu beneficiorum in menſibus Apoſtolicis, ac aliorum jurium Apoſtolicorum ſummum Pontificem citra cujusque injuriam Indultum Apoſtolicum S. Imperatori concedere poſſe, atque ſic Concordatis derogare: perfacilè inde colliges majorem primariis precibus Friderici III. infuiſſe vim, & efficaciam contra conatus reluctantium, facilitatas executiones, ampliatos effectus poſt obtentum illud Apoſtolicum Indultum, ne aliàs Capitula & Cæſarum, & Pontificum conjunctam potentiam adverſus ſe obarmarent. o.)

VII. Ad VII. Juſtis Germanorum querelis ſubitò hactenus ex motivis prudentialibus acquievit S. Sedes, ita Paulus V. p.) dum intellexit clauſulam Concordatorum derogatoriam proviſioni ſuæ inſertam, eandem declaravit irrepſiſſe *per inadvertentiam:* ſimiliter anno 1613. in gratia motûs proprii conceſſa Domino Ricardo Pauli Stravio, declaravit nec ſuam, nec prædeceſſoris ſui mentem fuiſſe, derogare *Concordatis Nationis germ.* in deputatione Coadjutoriæ Lamberti Gilkens pro Domino Quirino Bilſtain cum derogatione Concordatorum. q.)

§. III.

An ſaltem juſtis, & gravibus ex cauſis? Rationes dubitandi.

I. Utramque ſententiam fœdere diſtinctionis conciliari poſſe credunt r.) quòd Papa Concordatis derogare non poſſit paſſim pro arbitrio, benè tamen dum juſta, & rationabilis id exigit cauſa, ùt Eccleſiæ utilitas, ſeu neceſſitas, aliàque ſimilis pro locorum, & temporum circumſtantiis propter, ſummam, & abſolutam poteſtatem à Chriſto provenientem, quæ in Pontifice ceu Capite miniſteriali, & Vicario reſidet de rebus, beneficiis, & officiis Eccleſiaſticis in Eccleſiæ utilitatem, & ejusdem neceſſitatem diſponendi, & diſpenſandi; ex eo, quòd

o.) Confr. omnino clar. Doctor Brand de jure prim. precum cap. 2.

p.) Ut refert Chockier *ad preces primar. ſect. 5. c. 2. v. his nihilominus, in una Paderborn. Canonicatûs.*

q.) Chockier *l. cit. & gloſſ. II. ad reg. 8. Cancell.* creditur autem Papæ non ſolum atteſtanti de ſua, ſed etiam de ſui Prædeceſſoris voluntate *Rot. in antiq. dec.* 197.

r) Nicolarts *tit.* 3. *dub.* 3. §. 5. Chockier *in Scholiis ad prim. preces ſect. V. in* §. *ſecundum* ỳ. *his nihilominus.* Rigantius *tom.* 2. *reg, IX. Cancell.* §. 3. *n.* 166. & 167. *fol.* 87. *Wex. Pirh., König, Wieſtner, Schmier, Schmalzgr., Pichler, & Böckn.* Zech *in præcog. jur. Can. tit.* 15. §. 320. Biner, & alii tenent.

quod per pacta juri privato, non verò juri publico, & quidem ùt hic divino publicam Ecclesiæ utilitatem concernenti renuntiare possit. s)

II. Licèt hoc limitetur, nisi concessum Prædecessoris transiverit in vim pacti, vel contractûs, ùt accidit in Concordatis t.) attamen successoribus pontificibus licet semper ex justâ causâ superveniente, & ignorata tempore factæ concessionis, adhuc illis derogare: nam in omni dispositione tacitè inest clausula = *rebus sic stantibus. u)*

§. IV.

Sententia verior est negativa Germanorum.

I. His non obstantibus placet, simpliciter S. Pontificem non posse derogare Concordatis nequidem de plenitudine potestatis absque consensu Nationis Germanicæ. *w*)

II. Ex priori §. I. patet sufficienter Concordata habere vim pacti *x*.) ea autem, quæ habent vim pacti perpetui, revocari nequeunt, nisi consentientibus illis, de quorum agitur præjudicio, nequidem ex justa aliàs causa, ùt primum AAriorum argumentum invertamus. Siquidem expresse cavetur in Concordatis duraturam esse hanc concordiam: *nisi in futuro aliquo Concilio de consensu Nationis germ. aliter fuerit dispositum.* Utique id ipsum ex justa, urgentis-

s.) Per *L. jurisgentium* §. *ait prætor ff. de pactis* quæ autem sit justa causa, consule Jasonem *cons.* 1. *n.* 6. *vol.*

t.) Mohed. *decis.* 233. quem citat Simonetta *tract. de reserv. q.* 99. *n.* 26.

u.) Tiraq. *in L. si unquam in præfat. n.* 162., & alii apud Chockier *l. cit.* consentit Wames. *cons.* 251. *vol.* 1. Frater Arnoldus à S. Leonardo *Ord. FF. B. V. M. de monte Carmelo, consultatione Can. de Coadjutoria Moguntiæ reimpressa* 1748. & multi antiquiores apud Gonz ùt *Jason, Afflictis, Molina, Antonius Gabriel &c.* medium enim desinit esse medium, quando obstat fini intento: Amende J. Pragens. *in dissert. de transactionibus in causis publicis fol.* 116.

w.) Engelhart *ad j. Canon. lib. III. tit. VII. q.* 11. Barthel *ad Concord. cap.* 3. *sect.* 2. P. Theodorus Maria Ruprecht ord. serv. B. M. V. *in not. hist. ad univ. jus canon. tom.* 1. *ad tit.* 2. *cap.* 8. *pag.* 328. P. Gregor. Zallwein *tom. III. quæst.* 2. *c.* 3. §. *V.* & ante hos Gonzalez *gloss.* 28. *in reg.* 8. *Cancell.* Horatius Mandosius *in additionibus ad Romanum cons.* 352. *in addit. ultim.* Mohed *dec. in fin. de præbendis.* Puteus *dec.* 47. *in f. lib.* 1. nuper Febronius cap. VIII. §. X.

x.) Ut demonstrat Gomez *ad reg. Cancell.*, Emmus Petra *ad constitutionem Nicolai V.* ut & Rigantius *ad regulas Cancellariæ* distinguunt inter Concordata respectu illarum partium, ubi tenent per viam *comprehensionis*, & aliarum, ubi per viam *extensionis*, & modum privilegii.

gentisque causâ vel utilitatis, vel necessitatis; quomodo tamen Concordia hæc dicitur esse duratura, nisi in futuro aliquo CC. de consensu Nationis germ. aliter dispositum? Nunquid ad exclusionem, ne S. Pontifex sine Nationis consensu, sua ex potestate deroget? adeóque præter causam justam requiritur consensus Nationis.

III. Sicut consentiente Natione Germanica, authoritate Pontificis Concordata immutari possunt, idipsum verò tunc non dicimus derogationem, & meritò, quia tantum ea, quæ pro communi Ecclesiæ Romanæ, ac Nationis germanicæ publicâ salute tum temporis providè inventa, & interim communi consilio, & consensione statuta sunt, posteà mutatis circumstantiis itidem cum consensu utriusque immutarentur, quin dici posses fore derogationem factam Concordatis. Ita econtra si S. Pontifex sine consensu Nationis propriè Concordatis derogare vellet justis licèt de causis, contra expressam literam Concordatorum urgeret, ubi expressè conventum, concordiam semper esse duraturam, nihil immutandum, nisi *in futuro CC. & de consensu Nationis*: si ergo aliquid aliud exigat bonum commune ipsius Ecclesiæ, in ordine ad quod condita, & erecta sunt Concordata, denuo id in futuro Concilio de communi consensu Nationis, quæ in his angustiis ad sui, aut Ecclesiæ universalis bonum rationabiliter invita non erit, dominante charitate, & prudentiâ duce, à S. Pontifice assumi, & disponi debet: atque hoc sensu in bonum commune Nat. germ, aut Ecclesiæ universalis, taliter adhibito Concilio, & consensu Nationis conformiter ad Concordata requisito, aut posteà sine consensu Nationis irrationabiliter denegato, quod tamen impossibile judicamus, disponendi facultatem, ac plenitudinem potestatis divinitùs utique concessam, & hoc essentiale primatûs Pontificii reservatum quovis pacto inabdicabile esse reverenter asserimus, & amplectimur.

IV. Non loquimur de plenitudine potestatis S. Pontificis secundùm se considerata, sed agitur qualiter nimirùm consecutivè, & post Concordatorum pacta hìc exercere possit & debeat, cùm Ecclesiæ & Primatûs Apostolici non tanti intersit, an & quæ beneficia immediatè, quæ mediatè ab aliis dummodo sanctè, & utiliter conferantur, nihil authoritati pontificiæ decedere censendum est, quia specialiter, & expresse circa derogationes horum pactorum causâ publicâ initorum consensum Nationis requirere statuit, etiam non tenet clausula: *rebus sic stantibus* suprà allata, & aliæ, quæ illuc referri possent, quia requiritur mutatio talis, à qua obligatio primitus non potuisset consistere: dein plenitudo hæc potestatis est concessa non in destructionem, sed ædificationem Ecclesiæ, atque concordans esse debet cum plenitudine justitiæ. Ne autem lis sit de nomine, & cum iis, qui absolutam potestatem sumunt, prout dicit liberum exercitium nullâ conventione, aut conditione circumscriptum, attendendum est summi-

summitatem Imperii, & potestatis non perire, licèt conditiones, & pacta terminos ponant operationi & actui *y*.)

V. Ad quid juvat discurrere de pura possibilitate alterius statûs, quando indubitanter cavet S. Pontifex se nunquam velle de facto derogare, quando modernus status consistit in facto, & exercitio perpetuo puræ potentiæ contrario? Sufficit, quòd S Pontifex nunquam illis contraveniat, & deinceps nunquam contravenire se obligaverit. *z*.)

VI. Postremò non est referendum ad causas tam arduas, & extremæ necessitatis, *consensum à Natione germ exquirere*; adeóque si admittas absolutè, ex causa boni publici, sive necessitatis Ecclesiæ summum Pontificem Concordatis aliquando contravenire posse, constanter tamen negamus, se solo sine requisitione consensus *Nat. germ.* pactis taliter derogare, minùs adhuc spretâ Natione inclyta suas proprias pactiones infringere, vel requisito quidem rationabiliter tamen denegato consensu illas lædere posse quâcunque potestate, aliàs facilè eliderentur omnia pacta, & contractus: exemplum suppeditatur in responso à Collegio Electorali anno 1630. Imperatori Ratisbonæ datum. *a*)

 CAPUT

y.) Hornius de *civit. lib.* 2. *cap.* 10. §. 6. *n.* 1. 2. & 3., Grotius *de J. B. cap.* 3. §. 16. *n.* 1., Puffendorf *de J. N. lib.* 7. *c.* 6. §. 10. Nam circumscripta operatio procedit interim à summa potestate, & quamdiu majestatem habemus in principe vel S. Pontifice, summus est nemini subjectus ut ut conventis suis mensuram imperandi fecerit Horn. *l. cit.* §. 4. Zieglerus *de jurib. majest. lib.* 1. *c.* 1. §. 14.

z.) Scitè Dr. Barthel *ad Concord. cap. III. sect.* 2. §. *IV.* ex Facundo Hermianensi ita discurrit: : Deus multa facere non posse, quodam sensu dicitur, quia sapientiæ ipsius atque consiliis repugnarent, nec tamen omnipotens esse desinit, quia non impotenter, sed sapienter non potest: ita S. Pontifex non desinit habere plenitudinem potestatis, quàmvis contra Concordatorum justitiam, & æquitatem nihil possit, utpote quæ summâ Charitate, & sapientia pro jugi sacerdotii & Imperii Concordia ineundo, usum potestatis suæ publica, & Solenni moderatione admoderatus est, unde quòd hæc violare non possit, non impotenter sed sapienter non potest, ut non minus *plenitudinem justitiæ* (de hoc Christoph Wilhelmi Koch J. U. L. *in Comment. cit. Argentorati* 1762. *cap.* 3. §. 2. *sub lit. a.* & ibidem Anon. *Princ. jur. publ. Eccl. Cath*) *quàm plenitudinem potestatis* se se habere faciat palam, aut saltem non minorem Principe laico, qui si in favorem Ecclesiæ paciscatur cum S. Pontifice, non est amplius in potestate illius immutare aliquid citra consensum paciscentis S. Pontificis.

a.) Ibi = weniger lassen sich die ergangene Gesetz und Vergebungen des Reichs nahmhaffte Lehen mit einer necessitæt oder anderen Ursach behaupten, sondern bleibt bey einem so wohl als anderen claren disposition königlicher Capitulation. Expresse etiam

CAPUT III.

Benè verò Natio germ. præſcribere.

§. I.

Tenes verò Germanorum præſcriptio & poſſeſſio immemorialis in linea interpretativa. Rationes dubitandi.

I. Concordata ex traditis ſupra, continent ſpeciem contractûs, tranſactionis, ſeu concordiæ initæ inter Papam, & Imperatorem, Archi-Epiſcopos & Principes, repræſentantes Nationem: ſicùt ergò Papa ex ſua parte religiosè obſervare debet Concordata, & nequidem de plenitudine poteſtatis ſine conſenſu Nationis eisdem derogare poteſt, ita etiam contractus claudicare non debet, ut Concordata non obſerventur per Nationem germ., quod eſſet contra jus gentium, & naturalem æquitatem, & juſtitiam, ubi nulla valet conſuetudo etiam millenaria: *cap. fin. de conſuet.*

II. Ex ſcientia hujus innegabilis contractûs adeò celebris, & ſolennis profluit mala fides, quæ impedit omnem præſcriptionem centenariam, omnémque vim adimit ob vitium malæ fidei *b*)

III. Quæcunque etiam immemorialis temporis præſcriptio totaliter fuit abrogata per conſtitutionem Clementis VII. anno 1534. emanatam, vid. *Bullarium tom. 1. conſtit. 41.* memorati Pontificis. Etiam per clauſulam irritantem Concordatis ipſis inſertam.

IV. Recepta hæc in Curia eſt ſententia, & ſæpè ſæpiùs in puncto Concordatorum ſic decidit Rota. *c.*)

§. II.

etiam ſtatuitur in Capitulationibus in tali hypotheſi, ubi Imperator non poteſt adhibere conſenſum omnium Imperii ſtatuum, ut ſaltem Electorum aſſenſum requirat art. 6. §. 2. — da aber publica ſalus & utilitas eine mehrere Beſchleunigung erfoderte, da ſollen und wollen wir aller Kurfürſten ſämtliche Einwilligung zu gelegener Zeit und Mahlſtatt, und zwar auf eine collegial-Zuſammenkunft, und nicht durch abſonderliche Erklärung bis man zu einer gemeinen Reichsberathſchlagung kommen kan, wie ſonſten in allen andern des Reichsſicherheit und ſtatum publicum Concernirenden Sachen, alſo auch vornemlich in dieſer zuvor erlangen — Confr. Schmier jurispr. publ. Imp. lib. 2. cap. 2. à num. 102. Schmalzgr. in diſſert. proem. n. 172. & ſeq.

b.) Ut contra immemorialem, quæ prætendebatur adverſus Concordata, reſpondit Rota *coram Cerro dec.* 572. *n.* 11. & 12.

c.) *In Trident. Archiepiſcop.* 4. *Jun.* 1723. *§. nec valuit*, & 3. *Decemb. ſubſeq. §. Etſi autem.* & 26. *Jun.* 1724. *§. adverſus coram Gomachez. in Moguntina Decanatus* 15. *Jan.* 1712. *§. fin. coram Lancetta. in Monaſterienſ. decanatûs* 26. *Aprilis* 1709. *§. non obſtat*, & 13. *Jun.* 1710. *§. fin. coram Caffarella.*

§. II.

I. In nihilum tamen hæc, & alia, quæ afferri adhuc possent, obstare comprobat indubitata nedum Germaniæ, sed Curiæ etiam Romanæ praxis, quæ in istiusmodi causis inconcussè decidit, quòd tanta vis sit observantiæ centenariæ, ut sicùt ex communi dicto facit præsumere meliorem titulum de mundo, ita faciat præsumere talem ab initio fuisse legem fundationis adjectam, qualem observantia talis demonstrat, licèt etiam de expresso tenore fundationis non constet *d.*)

Rationes decidendi.

II. Idque eò fortiùs, quoties unà cum observantia affirmativa conferendi, etiam in mensibus Apostolicis concurrit insimul centenaria negativa, juxta quam non ostenditur, quòd in ullo unquam casu, seu vacatione in mense reservato sedes Apostolica, vel Indultarius apposuerit manus super collatione beneficii ex capite reservationis, quando tamen impossibile est credere, quòd nisi obstitisset lex fundationis, non successisset aliqua provisio de reservato, Spatio centum annorum, & ultra ob frequentiam impetrantium Apostolicorum, qui non omisissent impetrare beneficium, vel dignitatem, si verè cecidisset sub reservationibus, prout hanc observantiam negativam in hac quæstione maximè consideravit Rota *e.*)

III. Sanè quia de immemoriali sermo est, quæ etiam ultra Concordata excurrit, Ordinarii, moderni collatores, Capitula, & primi, qui contra Concordata venisse videntur, justa potuerunt non tantum credulitate, ac fide, sed & ea animi sententia duci, quòd ab initio ejusmodi beneficia, non fuerint sub Concordatis comprehensa, ex quo à sede Romana nunquam, semper autem à Capitulo vel ordinario, vel Patrono fuerint collata: neque etiam ea beneficia unquam voluisse comprehendere pacifcentes, quibus nunquam apposuisset manum summus Pontifex ante Concordata, ultra quæ, immemorialis, de cujus initio non constat, ex natura sua se extendit.

d.) Rot. *in Florentin. Canon.* 8. *May* 1705. §. *etenim*, & 12. *Martii* §. & *quamvis coram Lancetta*, & *in Majoricen. beneficii* 9. *Martii* §. *fin. coram Caffarella.* Centenaria præsumit fundationem, quæ continet legem reservationum exclusivam ut dicitur in *Compostellana beneficii* 15. *Martii* 1717. §. *idque eo certius coram Emmo Althan*, & *in Legionen. Parochialis.* 2. *Julii* 1706. §. *quibus positis coram b. m. Kaunitz*, *Piton. discept. Eccl.* 150. *n.* 14.

e.) *In Parmens. benef.* 16. *Jun.* 1702. §. *fin. coram Ansaldo.* & *in Terraconens. benef.* 11. *April* 1712. §. *cæterum coram Lancetta.* Et ita in materia præsenti punctualiter discurrit Curialista celebris Piton. *de controv. Patron. alleg.* 98. *n.* 14. 15. 17. &c.

§. III.

Reſpondetur ad rationes dubitandi.

I. Non relevat itaque primum objectum, quia tanta vis eſt temporis longiſſimi, ut objecta illa (quæ aliàs comprehenſa ſunt ſub pactis, ſub jure naturæ & gentium) omninò extrahat è ſphæra eorum jurium, & pactorum: cùm habeat immemorialis vim fundationis, vim privilegii, vim juſtitiæ & veritatis, habeat vim conſtituti, vim tituli veri, & præſumpti, præſumptione juris & de jure *f.)* Nefas profectò (neque id de proviſo Apoſtolico, minùs de Curia Romana putamus:) modò poſt immemorialem, poſt tam immane, & indefinitum temporis immemorialis intervallum, deletáque ex hominum viventium memoriâ, rei notitia, inſtrumentis deperditis, originalibus fundationum, & pactorum ampliùs non apparentibus, modò inquam, bonæ fidei poſſeſſorem perplexa, & tenebris involuta actione tam ſerò exercere velle, cujus Majores longè æquiùs, meliùs, cúmque longè feliciore veritatis, ac juſtitiæ eruendæ ſucceſſu, non tamen abſimili convenire, ac reſpondere potuiſſent; ſic Germani aliàs vix, ac ne vix quidem de optimo jure quæſitis ſecuri eſſent.

II. Ad II. E conſpectu Præſcriptionis immemorialis, & titulorum inde reſultantium, malam fidem ex ſcientia innegabilis contractûs adeò celebris, licèt & ſolennis, accedente circumſtantia hac non poſſe inferri luculentum eſt. E contrario Authores, qui omnem præſcriptioni etiam immemoriali vim denegant, fatentur poſſeſſorem ſaltem in poſſeſſione ſui juris, vel quaſi relinquendum, atque ſi ex tam longa, & inconcuſſa poſſeſſione dejiceretur, id cum juſtitiæ, æquitatiſque regulis minimè conſpiraret. *g.)*

III. Quippe expeditum, jura, poſſeſſiones rerum rarò æternas eſſe, ſed viciſſitudo ac mutatio illarum perpetua: abeunt ergò regulariter res, & jura à poſſeſſoribus ad poſſeſſores alios ſecundùm juris regulam bona fide, etiam beneficia Eccleſiaſtica modo acquirendi, & alienandi juſto: beneficiorum collationes ordinariis auferri, beneficia invadi, aut Eccleſiis proviſos intrudi extra ordinem accidit, & *rarò*, imò reſpectu Domini potentis, & ad res ſuas ordinandas amplo cuſtodum, juribus papalibus invigilantium numero conſtipati, qualis ſummus Pontifex, & ejusdem Emmus Indultarius eſt, *rariſſime*: atque cùm nulla poſſeſſio intruſis ſuffragetur, fructúsque non faciant ſuos, *omninò non.* Quare ſi cuſtodes, res S. Pontificis ſtrenuè agentes, qui aliàs ſperandum habe-

f.) Ut fusè Pax Jordan. *volum.* 3. *lib. XIV. tit. XXIV. n.* 457. & ſeq.

g.) Clariſſ. D. Neureuther *in diſſert. de juſto, & injuſto Regalium uſu Cap. IV.* §. *VI. Moguntiæ* 1755. *edit.* aliter enim turbabit ſubditos in poſſeſſione, adeóque violabit pactum Principis cum ſubditis, vel Civibus initum, quo ſe ad curam publicæ ſecuritatis adſtrinxit. Jacob Carol. Reigersman *in diſſert. de præſcriptione jurisgentium, ſive immemoriali Lugduni Batavorum* 1752. *edit.* §. *XVII.*

haberent præmium, ipsúmque beneficium, & sic magìs illis lucrosum sit nomine sedis Apostolicæ aliis negotium facessere, quam quiescere, si inquam, impetrantes hi numero non pauci, tamen hucusque semper quieverint, certò quiescere videntur, quia jus possessorum agere prohibuit: inde è tot conjecturis, tantique momenti argumentis jure concluditur, possessorem immemoriali tempore tamdiu pro justo habendum esse, quamdiu evidenter non probatur contrarium à proviso Apostolico, adeóque contra possessorem non possumus agere imputando illi *malam fidem*, nam possessor eo ipso, quòd possidet, plus juris habet, nec convinci potest de titulo injusto, & initio vitioso: aliàs enim S. Pontifex tacendo per immemoriale tempus saluti animarum minùs consuleret, atque immemorialis præscriptio contra naturam suam non esset loco tituli, nec meliorem semper titulum præsumeret, quod oppidò falsum.

IV. Ad III. Clemens VII. suâ *constit. 41. Bullarii Rom. tom. 1. de anno 1534.* antequàm introducta fuit centenaria à die Concordatorum, agnoscendò abusum, quòd aliqui Ecclesiarum Prælati non observabant Concordata in præjudicium sedis Apostolicæ, declaravit prætensas collationes, & alias dispositiones, de quibuscunque beneficiis Ecclesiasticis S. Sedi reservatis per Archi-Episcopos, Episcopos, Prælatos::: etiam per Ordinarios ipsorum beneficiorum collatores contra tenorem, & formam Concordatorum quomodolibet factas, & inposterum faciendas: nullum titulum, vel colorem ipsa beneficia possidendi tribuisse, aut in futurum tribuere, sed & illos pro malæ fidei possessoribus, & merè intrusis ab omnibus haberi, & censeri, ac fructus::: nullo unquam tempore suos facere, sed ad illorum restitutionem in utroque foro efficaciter obligatos esse *h.)* Quis autem non videt immemorialem possessionem mansisse intactam? Constitutio *Clementis*, aut etiam *clausula irritans* intelligi possunt *i)* ùt verba Bullæ innuunt, aut juxta Barthel de casu, ubi reservationes quidam Prælati ex toto contemnebant, & pænalibus etiam mandatis ullas provisiones Apostolicas posthabita Concordatorum ratione admitti vetabant. Vel certe intelligi nequit de centenaria, aut quæ ista in multis major *immemoriali*: quia tempore Clementis necdum centum elapsi fuerant anni à tempore Concordatorum usque ad diem constitutionis Clementinæ, & sic nequidem subfuerat in substrato. Illa direptio à Borbonio paulò antè nimirum 1527. cùm facta sit, obstabat præscriptioni brevitas temporis, quàm & mala fides ob manifestum defectum tum tituli sive veri, sive præsumpti; quandoquidem malum initium non potuit non in memoria fuisse. Ex hoc desumis Argumentum contra Adversa-

h) Hujus tenorem in extenso vide apud Nicolarts *tit.* 3. *dup.* 2. §. 12.

i.) Juxta *Pichler*, *Wiestner*, *Leuren.* *q.* 593. *n.* 8., *Barthel l. c. fol.* 183. *ad* 4. de possessione annali, vel triennali beneficio *Regularum Cancellariæ* introducta.

versarios dicendo, S. Pontifex solùm reprobat collationes à tempore dictæ direptionis contra Concordata factas, ergo non comprehenduntur aliæ, quarum legitimus titulus extat vel ipsâ juris præsumptione, vel reali veritate. immemorialis enim, vel centenaria sinè diserta mentione nunquam, censetur reprobata. *k.*)

V. Ad IV. Decisiones Rotales, ac praxis Curiæ in contrarium allatæ, in aliis terminis, ac circumstantiis loquuntur, quando præscriptio immemorialis quidem asseritur, sed debitis requisitis destituta vel non probatur, vel suis legalibus non justificatur, extunc verò illam non attendi non modò Curiæ Romanæ, sed & Germaniæ praxis est, ita de Reverendissimo Vicariatu Moguntino atteſtatur Brückmann. *l.*)

VI. Sicut ècontrario recepta, ac pragmatica doctrina est, quòd scilicet contra Concordata, aut saltem illis non attentis præscriptio immemorialis legitimè ostensa subsistat tot rationibus, ac momentis, ut rem genuinè ruminanti vix appareat probabilitas pro sententia contraria: adstipulatur etiam huic sententiæ praxis Germaniæ, quæ in ejusmodi causis nunquam discedit ab observantia immemorialis temporis, ipsèque Augustissimus Imperator *m*) sanctè promisit se observantias, & consuetudines tales Ecclesiarum omnium modis manutenere velle *n.*) nec cum fundamento ullo desuper querelare potest Curia Romana, utpote cui satìs superque provisum est, quòd contra Ecclesiam Romanam non alia subsistat præscriptio, nisi quæ sit centum annorum, aut immemorialis.

VII.

k.) Ut in simili de consuetudine immemoriali tradunt DDres Romani, & Germani, quòd licèt consuetudo terminis generalibus sublata, vel prohibita sit, per clausulas: *nullâ consuetudine obstante, vel non obstante, quâvis consuetudine introducta, vel introducenda*, illa sit tamen excipienda, quia generali locutione non veniunt ea, quæ specialem notam merentur. S. Rota *in Recent. p.* 4. *tom.* 1. *dec.* 286., *n.* 1. & 2. Schmier *tom.* 1. *tract.* 1. *c.* 9. *n.* 115. Cùm igitur consuetudo immemorialis habeat vim, & effectum privilegii Apostolici Specialiter à Principe concessi *can. conquestus* 8. *causa.* 9. *q.* 3. *cap. super* 26. *de V. S.*, *L.* 3. §. *ductus aquæ* 4. *ff. de aq. quot. & æstiv.* etiam Princeps nisi id specialiter exprimat, non creditur immemorialem exclusisse.

l.) *Cit. dissert., de eo, quod justum est circa obligationem tam expressam, quam tacitam Concord. Erfordiæ* 1745. *edit.*

m.) *In Capitulatione* §. 1. *art.* 14.

n.) Per verba: daß gegen der Ertz- und Bischöfen, oder der Thum Capitlen, absonderliche privilegia, hergebrachte Statuta, und Gewohnheiten, sonderlich durch resignation, dann darauf unternehmende Collation all solcher Præbenten, Prælaturen, dignitæten, und Officien in keine Weise gehandelt werde.

VII. Corroborat ſpecialiter praxin hanc, quòd vetuſtatem allegans non novum jus ſe hâc ipſa comparaſſe dicat, ſed jam olim majores ſuos id ipſum legitimè acquiſiviſſe contendat, à probatione tituli inſuper liberatur, qui vetuſtate temporis munitus; quia hæc ipſa eſt inſtar probationis optimæ, quippe quæ præſumptionem urgentiſſimam inducit, cui tamdiu Standum, donec origo memoriæ, ſive initium acquiſitionis demonſtretur, & inde appareat illegitimè jus, quod quis poſſidet, acquiſiviſſe: ſæpe accidit, & nòn raró, ut quis jus legitimè acquiſitum habeat, illud tamen probare non poſſit, cùm edax rerum tempus, memoriam rerum delere, documenta corrumpere, variíſque injuriis ſubducere poſſit, ut probatio initii acquiſitionis deficiat. o.)

VIII. Ex eadem cauſa ait Paulus Kreſſius JCtus p.) non ſatìs commodè eandem vetuſtatem, ſive præſcriptionem immemorialem tolli poſſe; quia tolli nequeunt interitus probationum, edacitas temporis, viciſſitudinis, & cataſtrophæ rerum humanarum, quæ mater ſunt vetuſtatis q.)

IX. Sanè omnem vetuſtatem, & omnes ejusdem effectus tollere, cùm æquitati naturali, & utilitati communi ſi non originem, multum tamen debeat, modúmque extricandi ex æquo & bono controverſias cæteroquin ferè inextricabiles doceat, ſpectat ad Nomotheſiam juris Legislatoris ſummi: ratione *præteriti*, & vetuſtatis jam perfectæ, quia ex hac æquè, ac ex pactis, præſcribenti jus quæritur, jus veró quæſitum à nemine, adeóque nec à Principe auſferendum, niſi è dominio eminenti, cujus exercitio tamen ſola neceſſitas locum facit, vetuſtatis auxilium, ſeu præſcriptio immemorialis tolli, ac reſcindi nequit. Ratione *futuri* generaliter, ac promiſcuè, ut omnis etiam immemorialis eliminetur, haud quadrat, niſi ſimul via aperiatur, quomodo negotia humana ſimul viciſſitudinibus eximi, & probationes jurium omnium in æternum ſartæ tectæ cuſtodiri queant, aut immemorialis tunc contra naturam ſuam non erit immemorialis, aut hæ Principis humanæ leges contra æquitatem naturalem ſibi ipſis eam tribuent authoritatem, quâ naturæ legibus ſuperiores ſe efficiant ipſas, quod valdè abſonum.

o.) Bœhmer *tit. de præſcript.* §. 39.

p.) *Diſput. de genuina natura, & indole vetuſtatis, ſive præſcriptionis immemorialis* §. *penultimo* ad quæſtionem ſibi formatam: *an poſſit à Legislatore humano planè tolli, & prohiberi præſcriptio immemorialis?*

q.) Canente Ovidio Metam. XV.

Tempus edax rerum, túque invidioſa vetuſtas,
Omnia deſtruitis, vitioſáque dentibus ævi
Paulatim lentâ conſumitis omnia morte.

Idem aliis tantum verbis ait Cicero orat. pro M. Marcello c. IV. nihil manu factum, quod aliquando non conficiat, & conſumat vetuſtas.

§. IV.

æquè, ac in linea verò præscriptiva. Argumenta Curialistarum.

I. In linea præscriptiva, ac in beneficiis liberæ collationis in totum resistit Rota, & constanter tenuit negativam, *r.*) agitur enim de materia, ubi immemorialis dari non potest ante Concordata, & *Regulam Cancell. 8. & 15.* reservatoriam. *s.*) & sic ante introductam reservationem mensium, frustra Ordinarii Collatores, eorundémque provisi allegare solent immemorialem consuetudinem, quæ certò dari, & introduci non potest contra illam legem, quæ nondum facta seu nata fuit; nihil enim introduci potest contra illud, quod adhuc in rerum natura non existit: *t.*)

II. Pariformiter, post Concordata, & Regulam reservatoriam non suffragatur Centenaria, quia contra S. Sedem nulla Centenaria potest tollere Contractum Concordatorum; etenim dato initio infallibili ex Concordatis per viam contractûs, & pacti inter sedem Apostolicam, & Nationem germ., exinde insurgit mala fides, quæ impedit ipsam Centenariam, dum ista perdit totam virtutem ob vitium malæ fidei inductum ex initio Concordatorum, quia neque millenaria aliquid operatur propter malam fidem, ùt in terminis ita contra immemorialem, quæ prætendebatur adversus Concordata, respondit Rota. *u.*)

III. Ulteriùs post Concordata impossibile est dari Centenariam, vel immemorialem habere vim in linea præscriptiva, ob decretum irritans adjectum in Concordatis, quod decretum sicùt inficit possessionem, & consuetudinem

r.) *In Trident. Archipresbyteratûs* 3. *Febr.* 1727. *coram R. P. D. Calcagnino*, cujus rationes, & momenta exponit Pitonius *discept. Eccles. C L. n.* 26.

s.) Ut firmavit Rota in *Parmens. beneficii* 18. *Januar.* 1701. §. *quoniam coram R. P. D. Card. Scotto* apud Piton *discept. Eccl.* 25. *n.* 51.

t.) Rota *coram Cerro dec.* 572. *n.* 9. & 10. coram Bich. *dec.* 486. *n.* 32. *in Toletana decimarum de capilla supercongrua* 17. *April* 1722. §. *sed discursus coram Emmo Falconerio.* inter ejus impress. *dec.* 5. *n.* 15. *de decim.*, *in Tridentina Archipresbyteratûs* 4. *Junii* 1723. §. *nec valuit*, & 3. *Decemb. subsequentis* §. *etsi autem*, & 26. *Junii* 1724. §. *adversus. coram R. P. D. Gomachez*, & 3. *Febr.* 1727. §. *maximè*, *coram R. P. D. Calcagnino.*

u.) *In Monaster. Decanatûs* 26. *April* 1709. §. *non obstat* & 13. *Junii* 1710. §. *fin. coram Caffarella*, & *in Moguntina Decanatûs* 15. *Januar.* 1712. §. *fin. coram Lancetta*, & *in Tridentina Archipresbyt. cit.* §. *tertia demum*, *coram Calcagnino.* Etiam operari non potest contra jus gentium, & naturalem æquitatem: *cap. fin. de consuet. Covarr. variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 5. Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 33. *n.* 9. & *seq.*

iem contrariam, ita resistit ab initio ejus introductioni, & operatur, ut nunam possit incipere. *w.)*

IV. Accedente præsertim circumstantia, quòd ex constitutione *um mentis* VII. de qua supra, quàm & *Innocentii X. Zelo domus Dei 1648. 26. v.* omnis præscriptio immemorialis rejiciatur his verbis: *omnia, quæ contra ncordata statuta fuerint, irrita, juribus ad effectum vacua fuisse, & perpetuò fore,]ue præscribendi causam longissimo, & immemoriali tempore non acquiri.* Adeòe omnis actus tanquàm abusivus, & malæ fidei nullus erit, & irritus *x.)*

V. Insuper speciale est in hac materia, ut, nisi exhibeatur qualitas coara hujus consuetudinis centenariæ, vel immemorialis, ipsa in nihilo suffraur, quia ostendi debent collationes factæ in contrarium, non solùm cum paitia *Datariæ*, sed & in *concursu provisi* Apostolici. *y.)*

VI. Addito prædictis, quòd contra Concordata inutilis centenaria & immorialis, quæ non plus potest operari, quàm privilegium expressum & litee, si adesset; sed etiam privilegium expressum ubi exhiberetur, hoc esset tile tanquam revocatum *ex Reg. 8. hodie 9. & 15. Cancell.* ubi derogatum t omnibus privilegiis etiam in limine erectionis concessis cum quibuscunque usulis amplissimis *z.)* Ita ut privilegium ab uno concessum Pontifice duret intùm durat vita ipsius Pontificis concedentis. *a.)*

Yy 2 VII. Ex

w.) Rot. *decis.* 580. *n.* 24. & 26. *part.* 4. *tom.* 3. *recent.*, coram Caprara *decis.* 535. *n.* 12., & *in Monaster. Vicariæ* 18. *Martii* 1707. §. *fin. coram* [illegible] *m. Omanna; in Praten. beneficii ubi supra* §. *verùm coram R. P. D. Crispo.*, *in dicta Monasterien. Decanatûs, in Trident. Archipresbyt.* §. *pariformiter.*

x.) Ex relatis decisionibus Rot., adde Branden ad Concord. q. 4.

y.) Ut Rota *in Monasterien. Decanatûs* 11. *Januar.* 1723. *citata* §. *verùm. coram Calcagnino.* ibi = *nihil eidem hæc simplex probatio profutura fuisset, nisi itentidem per firmiorem facti probationem docuisset de patientia simul atque conscientia sedis Apostolicæ: insuper de vacatione Decanatûs in mense reservato, insimùlque de rejectione provisi Apostolici per contradictionem à proviso per Ordinarium, aliàs ex temporis effluxu etiam metam annorum mille tangente, deficientibus prænuntiatis circumstantiis nullum detrimentum, aut præjudicium juribus S. Sedis : : : irrogatum fuisse constat.*, Rot. *in Trident. cit.* §. *maximè, & in Leodien. seu Aquisgran. Canonicatûs* 22. *Januar.* 1730. §. *providèque coram Molines.*, *Et in Hildesien. Decanatûs* 14. *Junii* 1723. §. *fin. coram Aldrovando Decano.*, Rigantius *in Reg. Cancell. IV. tom.* 1. *p.* 340. *n.* 62.

z.) Gonz. *ad hanc reg. gloss.* 13. & 14. & *gloss.* 35. *n.* 21. *usque* 30., Rot. *in Moguntina Decanatûs coram Lancetta* 15. *Januar.* 1712. §. *quin imo, in Virdunen. Abbat.* 26. *Junii* 1699. §. 20. *cum seq. coram Molines,* & 3. *April* 1702. §. *minùsque,* & *in Tirasonen. Prioratûs* 29. *April* 1697. §. *eoque faciliùs coram b. m. Ursino.*

a.) Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 39. *n.* 1., Piton *alleg.* 100. *n.* 207.

VII. Ex quibus patet, claudicare non posse Concordata, ut contractus non observetur Papæ per Nationem germ., ex alia stringenti ratione, quòd sicùt omnes alii Archi-Episcopi, Episcopi, & Principes Germaniæ observant Concordata, ita non potest unus tantùm, vel alter Ordinarius allegare contrariam observantiam etiam Centenariam, quia Concordata facta sunt cum universo corpore Nationis germ., ubi si major pars hujus Corporis, imò totum reliquum corpus observat Concordata; hæc observantia conservat jura sedis Apostolicæ in totum, ita ut unus, vel alter Ordinarius non possit diverso jure censeri, vel allegare contrarium ejus, quod illustris Universitas servat. *b*)

VIII. Ubi exeunt Concordata, subintrant *Regulæ Cancellariæ*, quarum reservationes cùm sint ampliores, & Ordinariis duriores, non expedit Germanis, ut à Concordatis recedentes alium ingrediantur labyrinthum: id namque pro indubitato habent reservationibus Regularum Cancellariæ, quas quilibet Pontifex in signum supremæ potestatis in principio Pontificatûs mandato suo firmat, nihil opponi posse, nisi specialia Nationum Concordata. *c*.)

§. V.

Argumenta germanorum.

I. Quæ, qualia hæc sint, graviora tamen rationum momenta impartiali orbi subjiciunt Germani *d*.) In Imperio Romano germanico non tantùm, sed & inter gentes præscriptio immemorialis tenet, ùt Werlhofius *e*.) ostendere annisus fui, multis argumentis, præscriptionem utique in jure naturali fundamentum habere: Nec desunt illustria exempla summorum Pontificum, qui præ-

b) Rot. *dec.* 130. *n.* 12. *p.* 9. *recent. tom.* 1. & *dec.* 771. *n.* 2. & 3. *p.* 18., & *coram Greg. dec.* 417. *n.* 8., & *coram Card. Caprara dec.* 595. *n.* 8. & 10. apud decis. Rotalem *coram Calcagnino in Trident. Archipresbyt.* §. *quod validius* 3. *Febr.* 1727.

c.) *Sarnen. in proœm. reg.* apud Branden *in Concord. q.* 4*tâ n.* 43.

d.) Engel *in jus can. lib.* 3. *t.* 5. *n.* 54., Zypæus *ad eundem tit.* 5. *de præb. lib.* 3. *consult.* 3. *n.* 38., Wiestner *ibid. n.* 21., Schmalzgr. *ibid. n.* 254. & *consult. XLI. quæst.* 2. *n.* 8 & 9., Pichler *eodem* §. *ult. n.* 73., Schmier *in jus can. lib.* 1. *tract.* 2. *cap.* 4. *sect.* 355. *de Concord. Germ. n.* 479. P. Söll *de præscript. part.* 7. *cap.* 4. §. 8. *n.* 470., Böckhn *lib.* 3. *tit.* 8. *n.* 64., Amende JC. Pragens. *dissert. de transactionibus fol.* 118. Ernst *in dissert. Moguntiæ edit. de reserv. Concord.* 1736., Barthel *ad Concord. sect.* 2. *a* §. *XIV. fol.* 175. (at P. Schwartz p. VI. mihi p. 365. cum La croix problematicè) Biner in apparatu erud. *p. VI. c.* 3. §. *VII.*

e.) Speciali dissertatione, quam inscripsit *Vindiciæ Grotiani dogmatis de præscriptione inter gentes liberas contra scriptorem gallicum Petrum Puteanum.*

ræſcriptionem immemorialem urgebant contra alios *f.*) ex jure canonico Stylo ipſiusmet Curiæ Romanæ ſatis abundè liquet, quanta ſit vis, & efficaa præſcriptionis immemorialis *g.*) Inſuper in præſenti Concordatorum matea non loquimur de juribus ſanctæ ſedis inabdicabilibus, quin potiùs ex eo :æſcriptioni obnoxiis, cùm olim eædem beneficiorum collationes de ſe ad piſcopos, ac Turnarios pertinuerint privativè S. Sedem excludendo, ſi igir alia jura, & bona præſcribi poſſint cum imminutione juris Principis *h.*) n eſt, quin etiam jura ſuperioris Eccleſiaſtici, quæ privatis aliàs ex fundaone, & privilegio indulgeri poſſunt, aut jure communi conceſſa fuerant, æſcriptionis legi ſuppoſita eſſe aſſeramus, cùm præſcriptionis jus in omnibus cenſeatur a jure Canonico receptum, in quibus ratio peccati, & ſtatus Ecſiæ non videtur diverſum exigere, nihil dicendo, quòd jura, quæ privati ſſunt ex conceſſione habere, etiam reputentur quodammodo pro privatis: Igir ad hujus normam meritò credendum eſt, quòd toties pro regula, & legino acquirendi modo habenda ſit præſcriptio, quoties non apparet ratio, cur ic particulari negotio accommodari convenienter nequeat. Potiſſimùm ſi immemoria-

f.) Sic Clemens IV. in charta depoſitionis Henrici II. Archipræſulis Trevirorum 1267. quam exhibet in compendio Brower *in annal. Trev. LXVI. p.* 159, quaſi injuſtè rem vectigalem innováſſet, cùm tamen vectigalia exigi nequeant, niſi privilegio, aut perceptione a tempore, cujus non extat memoria continuata. *In Reſcripto Urbani V.* ad Magdeburgenſem, & Brandenburg. pro Abbate Pegavienſi anno 1393. provocatur ad uſum jurium Monaſterii a tanto tempore, cujus non extat memoria. vid. Ludewig *tom.* 2. *reliq. pag.* 317. Electores Papæ Benedicto XII. objiciebant anno 1338. quòd ſolis Electoribus jus eligendi Cæſarem competat de conſuetudine, cujus contrarium non exiſtat memoria. Gerlacus Archipræſul Moguntinus anno 1356. in confirmatione juris Boehmorum Regis de non evocandis ſubditis, provocat ad conſuetudinem, cujus contrarium hodie non extat memoria: Gold. *p.* 98. *append. d. Regn. Boh.* Ad vetuſtatem reſpexit Fridericus I. in diſſidio ipſum inter & Papam circa decimas apud Arnold. Lubecenſ. *p.* 669. vim immemorialis temporis agnovit Rex Gallorum in proteſtat. in CC. Trid. contra præcedentiam Regis Hiſpaniæ interpoſita ſæculo XVI. vergente anno 1563. quam integram recitat Goldaſt. *tom.* 3. *c.* 1. *pag.* 572. ſuperſedemus plura hujus allegationis exempla in medium proferre.

g.) Can. 8. Cauſ. IX. q. 3. magis ad rem faciunt verba *in cap.* 26. *de V. S.* pedagia guidagia tantum ea cenſeri prohibita, *quæ non Imperatorum vel Regum, vel CC. Lateranenſis largitione conceſſa, vel ex antiqua conſuetudine à tempore, cujus memoria non extat, introducta*, confr. Bœhmer *tit. de præſcrip.* §. 38. habes hic tanquam æquipollentia, primò privilegia Cæſarum vel Regum: ſecundò Canonum Largitiones: tertiò tempore immemoriali introducta, prout etiam *in cap.* 9. *de præſcript. in* 6. jus commune poſſeſſori reſiſtit, *niſi tanti temporis præſcriptio adſit. cujus contrarii non extat memoria.*

h.) Ut videre eſt apud Böckhn *tota differt.* 10. *de præſcr. p.* 2. *art.* 1.

morialis temporis ſit, quia tunc excedit Concordata, nec per illa ceu poſteriora cenſetur fuiſſe abrogata, cùm ſpecialem mereatur mentionem, nec generali locutione veniat *i.*) Apparet igitur quomodo præſcriptio immemorialis prævaleat legi nondum natæ ſcilicet ne ſub illa lege aliquando comprehendatur: prævalet etiam legi jam natæ, quia eſt nova lex, etſi non excedat tempus Concordatorum.

II. Ad 2. Incognitum non eſt præſcriptionem centum annorum, vel immemorialem etiam aliàs contra S. Sedem procedere *k.*) Etiam à legibus poſitivis, & Canonibus Eccleſiaſticis derogandi vim immemoriali & nonnunquam quadragenariæ præſcriptioni attributam eſſe docemur *l.*) mala igitur fides, quæ allegatur ex adverſo, in concurſu præſcriptionis immemorialis probari debet; otium enim revera fecerunt leges præſcribenti quoad tituli juſtitiam, ejuſque probationem, quia vetuſtatem inter modos acquirendi referunt *m.*) Et quia pro lege, pro jure habent, vocem legis illi tribuunt, inde nova cenſetur facta fuiſſe concordia, nova pacta, & quæ aliàs comprehenſa in Concordatis è ſphæra eorundem ſunt ope præſcriptionis extracta, quod aliàs privatis auſibus eſſet pactis contravenire, quod eſſet lædere æquitatem juris naturalis & gentium manifeſtam, id tamen in concurſu præſcriptionis immemorialis, nova accedente legitima cauſa, novo jure, & titulo, mutatis circumſtantiis ex integro, aliter fieri poſſe expeditum eſt ex eo, quòd in controverſiis, ubi deficit ordinaria probatio juris, cuncta decidat, & determinet poſſeſſionis vetuſtas, omnia ſenſim immutans, & novas rerum formas edere potens temporis antiqui immemorialitas, tanquàm ſubſidiarius, & neceſſarius arbiter: quod enim hoc introduxit, quod in viciſſitudines rerum humanarum naturaliter exercet, id jure tamen gentium,

i.) Ut Rot. *in Recent. p.* 4. *tom.* 1. *dec.* 286. *n.* 1. *&* 2. & alibi pluries.

k.) *Cap. ad audientiam* 13. *cap. cum vobis* 14. *& cap. ſi diligenti* 17. *de præſcript.*

l.) Toto titulo *de conſuet.* Sic Hiſpani die Sabbathi comedunt inteſtina animalium, Belgæ Sabbathis inter nativitatem Domini, & Purificationem veſcuntur carnibus. Schmalzgr. *conſil.* 41. *cit. q.* 2. *n.* 9. & ut in materia beneficiali maneamus, tali præſcriptione nititur domus Bavarica in ſuo jure præſentandi Clericos ad dignitates & beneficia, ut patet ex Concordatis inter domum Bavar. & Provinciæ Bav. Epiſcopos Salisburgenſem, Paſſavienſem, Friſingenſem, Ratisbonenſem, Chiemenſem anno 1583. initis mediante Nuntio Apoſt. confr. *Receſſus Monachenſium Concord. n.* 4. *apud Hundium in Metrop. Salisb. tom.* 1. *p.* 65. *&* Zech. *in prœcog. n. jur. can. tit. XV. p.* 239. *anno* 1749. *edit.*

m.) *L.* 2. *de aqu. pluv.* vetuſtate conſtituta pro jure conſtitutis habent *L.* 4. §. 3. *de aqu. pluv.*

ntium, Civili, ac Canonico, & ad æquitatis naturalis tramites non contra troduxisse docemur. n.)

III Ad 3. In nihilum obstat clausula irritans Corcordatis inserta, ceu rs, & accessio tantùm, cujus tanta dicitur potestas, efficacia in annullando, fulguris instar quidquid sit in contrarium, enervet omnem vim quorumcun- ie actuum contrariorum subsequentium, aufferat penitus, & annihilet; nam hil tam naturale, quàm ut institutum humanum per homines tollatur, aut ex- ptio à lege, vel legis clausulâ fiat per legum, ac Concordatorum Authores. Pontifex, & Inclyta Natio germ., qui Concordatorum legem sibi posuêre, cerunt id cum reservatione tacitâ juris, & expresâ in Concordatis, quòd de riusque consensu Concordata denuò certis in circumstantiis, justâque ex cau- , si aliud visum fuerit, hìc & nunc variare possint: quis rationis compos mpliùs dubitat, S. Pontificem juri per Concordata sibi reservato justè in favo- m Germanorum renuntiare posse? si ergo favori, vel juri pro se introducto presè renuntiare possit, etiam post Concordata idem præscriptione imme- oriali fieri posse exinde liquet, cùm ista, si non tacitùm, saltem legalem uo in jure generaliter approbat omnem præscriptionem, vel consuetudinem bitis conditionibus instructam) includat consensum, quod sufficit, cæterùm entium hoc tempore non potuit non esse loco consensûs, quidquid dicat Nico- ts, manet semper, quòd si *decreta irritantia* non obstent privilegio Apostoli- , utì palam est, ea neque immemoriali, quæ illi æquiparata est de jure, ob- bunt. o.) aliàs nunquam præscriberetur legi contra communem omnium, cum ob

n.) Agnovit hoc Rota Romana *apud Merlinum de pignor. dec.* 105. *n.* 6. ubi judica- vit, quòd adversùs contractus juratos etiam 40. annorum spatio præscriba- tur: quodsi igitur accedente etiam religione juris jurandi contra pacta ju- rata præscribi potest non obstante, quòd jura naturæ, & gentium velint illa, quæ religione firmata sunt, arctiùs custodiri, quid vetat, ut contra simplicia Concordata præscriptâ diuturnitate temporis immemorialis venire jure non liceat?

o.) Per Garciam *de benef. p.* 5. *cap.* 4. *n.* 180. & Gabriel *de clauf. concluf.* 3. *n.* 42. Piton *discept. Eccl.* 89. *n.* 37. qui immemorialem contra decreta ir- ritantia procedere affirmant: similiter Rota in causa *nullius Territorii Ful- densis* 1700. *coram Tremoille, &* 16. *Febr.* 1703. 27. *April coram Molines* decidit non obstantibus decretis irritantibus divisionem, aut dismembratio- nem Episcopatuum, sufficere ad acquisitionem Territorii *nullius* etiam qua- dragenarium cum titulo colorato, in eadem causa demum devolutâ *ad S. Congregationem Concilii* declaratum fuit solam immemorialem habere vim præscribendi territorium separatum *nullius*: quidni igitur etiam sic contra Con- cordata, & ejus clausulam irritantem exuberabit? Quin imò per Extrava- gantem *ambitiosæ: de rebus Eccles. non alienandis inter commun.* munitam clausula irritante alienationem bonorum Ecclesiasticorum nequidem præscriptio quadragenaria tollitur Barthel *loco cit. ad fin. sect.* 2. *fol.* 881.

ob legem *non dubium C. de legibus* pleræque leges clausulam irritantem tacitè in ventre suo continere censeantur. Illud ultroneè fatemur legem clausula derogatoria munitam, impedire præscriptionem immemorialem, si lex ejusmodi abroget, prohibeátque abusus. *p*)

IV. Ad IV. quod constitutionem Clementis VII. attinet, suprà in responsione ad II. satisfecimus; constitutio autem *Innocentii X.* allegata non repetitur in Bullario Romano, & expressè loquitur de statutis teste Amende L. cit. nulla ibi fit mentio de Concordatis, sed tantùm, quæ in pace Westphalica statuta cum præjudicio religionis; respectu Catholicorum Concordata manserunt *in statu quo*, nec via est præclusa; quò minùs titulo juris legitimo illis præscribi possit, cùm ipsa sit constitutio humana. Alioquin angustis nimium cancellis Apostol. includeres potestatem, eò quia S. Pontifex volens legi, ac constitutioni suæ, ejúsque obligationi modum, finemque imponere non posset, aut si tamen posse contendas voluntate expressâ, etiam tacitæ, ac legali idem attribuo *q.*) prædicta profectò exuberant ad remotionem cujuscunque difficultatis petitæ ex *Indulto*, ubi per concessionem novi Indulti singulis quinquenniis, ac aliàs sæpius per recitatas Bullas possessionem dicunt interrumpi, dum per illas concessiones Papa jus suum vigore Concordatorum sedi Apostolicæ competens semper, ac etiam de novo sibi reservat, contrarias dispositiones quascunque annullat, & contradictores per censuras Ecclesiasticas, & alia juris, & facti remedia jubet compesci: non ergo inquiunt, Capitula possunt pacificè possedisse, & contra sedem Apostol. præscripsisse, sed stante hoc Indulto, aut alia quavis contradictione erecta semper manet præscriptio immemorialis, neque huic à S. Sede unquam contradictum fuit in specie. Imò si id fieret, Antecessores nostros, & Collatores, & provisos contra Concordata Germaniæ, arguerent gravissimi reatûs peccati mortalis, & dicerent defunctis incubuisse obligationem restituendi fructus perceptos, quòd non præsumimus de Curia Roma-

na

p.) Ut *in art. CCXIIX. Carolinæ* habes exemplum: non enim præscriptio debet esse privilegium malorum hominum, aut abusuum, neque vitia temporis continuatione fiunt bona, sed pejora, quia tempus ex suamet natura nullam habet vim effectricem, ut per se præscriptionem inducat. Aliud igitur dicendum de LL. clausulâ irritante munitis in adiaphoris, has leges una cum suis clausulis tolli usu contrario contendit J. Paul. Kressius *disputatione de genuinâ naturâ, & indole vetustatis seu præscriptionis immem. §. penult. & ult.* ubi Hert. *p.* 11. *de L. clauf. ne abrog. munit.* alias dissentiens non diffitetur praxin exemplo ipsius *Aureæ Bullæ* convictus.

q.) *L.* 32. §. 1. *ff. de LL.* Julianus asserit, *nihil interesse suffragio populus* (loquitur de statu democratico) *voluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis.* conf. Gerardus. *Von dem Busch- dissert. de consuetudine, unde & quando vim legis obtineat* §. *XXII. in fin. p.* 49. *& pag.* 69. Biner *l. cit.* §. 7.

na, cùm lex præſcriptionis in plerisque ſumma æquitate, & prudentia conſtituta, in Germania in Imperio æquè, ac in Eccleſia paſſim pro utroque foro ſit recepta *r*.) injuria fieret illi, qui vetuſtatem pro ſe habet, cùm ipſi, ſi adhuc poſſidet, aufferretur jus, aut juſtè olim quæſitum, titulo habili ad transferendum; aut ſi non ampliùs poſſidet, & in petitorio agit, carendum ipſi foret re, vel jure quondam opinabiliſſimè quæſito: quod eſſet contra omnem machinam præſcriptionis, & ejus naturam, aut finem à legibus intentum, qui eſt, ut tandem aliquando poſſidens titulo etiam tantùm colorato, ſed habili licèt vitioſo, ſit authoritate Reipubl. vel Eccleſiæ ex ejus dominio alto pleniſſimè ſecurus.

V. Ad. V. Illa in hac materia ſpecialitas neceſſariæ qualitatis coactivæ nullo pacto, nullâ ratione, nulloque juris textu evinci poteſt, tacitum econtra, & legalem S. Pontificis conſenſum in ordine ad conſuetudinem, & præſcriptionem immemorialem introducendam ſufficere unanimis aliorum omnium fermè JCtorum decantata doctrina eſt, aliàs vix ulla daretur conſuetudo contra leges Eccleſiaſticas, quod eſt contra experientiam, & præſcriptio, vel conſuetudo non appellanda foret conſuetudo & præſcriptio, ſed ſi expreſſum deſideres conſenſum, contra naturam ſuam, & analogiam juris lex vel pactum expreſſum erit; certum enim eſt, cujus ſuffragio expreſſo feruntur leges, illius tacito conſenſu, vel legali conſuetudinem quoque induci. *s*.) Ne tamen regreſſum facias ad decretum irritans, vel clauſulam irritantem Concordatis inſertam, quòd ex hac naſcatur qualitatis coactivæ neceſſitas; huic paſſui ſuprà ſufficienter reſponſum; procedunt enim decreta irritantia tantum pro caſu, quo præſcriptio vel conſuetudo adversùs illa nondum eſt legitimè introducta, ſed modò introducenda *t*.) eſt enim additum ſolummodo per legem humanam & conventionem, quam licèt in perpetuum, & abſolutè initam, ſicut omnem legem, ita & illam, conſuetudo, & præſcriptio tollere poteſt: nequè demum adeò directè contra clauſulam, vel decretum irritans proceditur, ſed de ejus non comprehenſione agitur, quoties non conſtat in immemoriali de initio infecto, & citra neceſſitatem contra decretum irritans juſtificamus titulum: quodſi tamen concurrat qualitas coactiva hujus obſervantiæ centenariæ, ſcilicet ſi collationes factæ

r.) Et ſi ſecus, ſua vetuſtati denegaretur reverentia contra *can.* 8. *Cauſa IX. q.* 3.

s) *L.* 32. *ff. de LL.* Brunnemann *ad L.* 35. *de LL. SCtis & long. conſuetud.* Conf. Caſpar Conrad. Staudinger *diſſert. de conſuet. contradicto judicio firmata Gottingæ* 3. *Octob. MDCCLIII.* edit. per totum & §. VIII. & IX.

t.) Pichler *tit. cit. n.* 73., Amende *l. cit. fol.* 719., hoc caſu fulguris inſtar, quidquid invenit in oppoſitum deſtruit, ut nec juris effectum, aut fomentum habeat, afficit ignorantes, inficit titulum & poſſeſſionem, ſed non univerſaliter hoc verum eſt, nullóque textu juris probatur, quòd *decretum irritans* ſimpliciter inficiat titulum, bonam fidem, atque poſſeſſionem, ùt patet *ex Extravagante Ambitioſæ* ſupra citata.

ſint in menſibus reſervatis contradicente, & ſciente Dataria, & poſteà tamen acquieſcente, expeditum utique, ac indubitatum eſt apud Curialiſtas, quòd tutius in hoc caſu, & eò certiùs ſubſiſtat vis præſcriptionis immemorialis. *u.*)

VI. Ad VI. Privilegia expreſsè diſponendi, & eligendi ad beneficia reſervata, an ſint inutilia ex dictis Regulis Cancellariæ, potiſſimùm ſi conceſſa Univerſitati, Collegiis, Capitulis? diſputatum jam olim fuit 1668. ſub Card. ſanct. mem. Ottobono tunc Proto Datario, poſteà ſummo Pontifice ſub nomine Alexandri VII., conſulti fuerunt duo celeberrimi Doctiſſimíque Romanæ Curiæ Prælati de Vecchis & Fagnanus; Primus negativè reſpondit eà ratione, quòd regula loquatur de perſonis, perſonarum autem appellatione Collegia, & loca inanimata non veniant *w.*) altera addita ulterius ratione, quòd perlegem generalem nunquam particulari conſuetudini, cui Capitula Germaniæ etiam innituntur pro eligendis ſuis præpoſitis, cenſeatur fuiſſe derogatum, niſi ſpecialiter in illa lege, expreſſa mentio habeatur de conſuetudine *x.*) Conferas huc Indultum *Sixti V.* anno 1585. & *Urbani VIII.* anno 1616. conceſſum, quod utrumque extat apud de Louvrex *y.*) ubi Capitulis, Cathedralis & Collegiatarum civitatis & diæceſis Leodienſis confirmatum *ſecundum antiquam conſuetudinem* jus eligendi ad eorum Præpoſituras, & Abbatias ſæculares eâ tamen lege, ut alios quàm dictæ

u.) Rota *in Monaſt. Decanatûs.* 11. *Januar.* 1723. §. *verum coram Calcagnino.*

w.) *Ex deciſ.* 42. *part.* 3. *coram Verallo.* & ſic revocatio facultatum quibusvis conceſſarum non comprehendit eas, quæ loco pio, & inanimato conceſſæ fuerunt Rigantius *ad reg. XV. Cancell. tom.* 2. *n.* 31. *& ſeq.* Chockier *in reg.* 8. *gloſſ.* 14. *n.* 3., Gonz. *in reg.* 8. *gloſſ.* 37. *n.* 1. Engel. *in colleg. jur. can. lib.* 3. *t.* 5. *de præb.*

x.) Quam ſententiam ſequitur Card. de Luca de *benef. diſc.* 103. quidquid in contrarium dicat Fagnanus *in ſuo Voto*, & Piton *diſcept. Eccl.* atque Rota ſuperius allegata. Indulta enim, & privilegia olim nonnullis ad vitam, vel aliud tempus conceſſa fuerant, ſicque revocationi magis obnoxia, ac illa præſertim Germaniæ Capitulis conceſſa, ut expenſis omnibus tandem Rigantius *l. cit. n.* 53. ſecundum propria Curialiſtarum principia ingenuè fateatur, Capitula nonnulla Germaniæ, quæ inſuper Apoſtolicis gaudent Indultis eligendi perſonam idoneam ex eorum gremio ad dignitates majores poſt pontificalem in Cathedralibus, & principales in collegiatis, hac regula Cancell. non obſtante ſuis uti privilegiis juxta exempla, quæ adducit Rigantius *tom.* 1. *in Reg. IV.* §. 1. *n.* 35. & atteſtatur Engel *l. c. n.* 97. ubi agitur de dignitatibus præfatis, quæ conſiſtorialiter provideri ſolent: Stylus, & praxis S. congregationis conſiſtorialis eſt, electiones confirmare, ſi a nullitatis vitio ſint immunes, absque eo, quòd unquam in dubium revocaverit Indulta Apoſtolica, ad eas eligendi Capitulis elargita, vel revocata remanſerint per Reg. Cancell.

y.) *Diſſert. Canon. de origine, Electione, offic. & jur. Præpoſitorum, & Decanorum Eccleſ. Cathed. & Colleg. Leodii* 1729. *edit. circa fin.*

liẞæ Cathedralis Canonicos actu præbendatos, & residentes eligere nequeant z)
lenique verba generalia etiam consuetudinem involventia apta non sunt compre-
endere immemorialem, quæ non tantùm indiget mentione speciali, nec ex-
luditur verbis generalibus, sed licèt privilegium Apostolicum ambulet pari
assu cum immemoriali, tamen hæc est majoris virtutis, & efficaciæ, cùm il-
ius ope possit quis allegare titulum de mundo meliorem, perfectius privile-
gium in erectionis limine, in fundatione fundatum; licèt igitur habens imme-
norialem allegare valeat privilegium, non tamen econtra habens privilegium
llegare potest immemorialem. a.)

VII. Ad VII. His itaque præ oculis semper retentis infelicissimè recur-
unt ad publicam pactorum fidem, & reliquarum partium strictam observan-
iam, nónne de facto serenissima Domus Bavarica præscripsit jus nominandi
Clericos ad dignitates, & beneficia in utrâque sua provinciâ extra Cathedrales
Ecclesias, & Civitates Episcopales vacantia in mense Apostol. b.) ex jure com-
nuni notum Episcopatuum dismembrationes, & divisiones esse prohibitas, &
rritas, sicut prohibita est, & nulla omnis Concordatorum, & pactorum con-
raventio, & quis nescit in illis locum habere præscriptionem immemorialem?
ota est cuique dispositio *CC. Trid.* circa concursum beneficiorum curatorum,
& tamen sciente, non contradicente S. Pontifice ab inferioribus collatoribus
sinè concursu in mensibus papalibus conferuntur: Laici decimarum aliàs inca-
paces, præscriptione immem. plenissimè securi sunt. c.) Extranei, qui non
de Capitulo, jus eligendi hâc præscriptione acquisitum, tenent indisputabi-
iter.

VIII. Quanquàm igitur vulgatum Concordatorum pactum notoriè repug-
net, ac communior pars Germanorum illud ad literam observet; quia tamen
Zz 2 quisque

z.) Et observatum fuit in *Nullius seu Meten. Abbatiæ de anno* 1728. cùm enim quæsitum fuisset in S. congregatione Consistoriali, *an hujusmodi Electio confirmanda esset?* 4. Martii ejusdem anni responsum fuit *esse confirmandum cum clausula supplentes.*

a.) Ut fuit dictum *in decis. Rot.* 974. *coram Coccino* apud Rigantium *ad Reg. II. Cancell.* §. 3. *tom.* 1. *n.* 139.

b.) De quo supra: patet hoc ex Recessu Concordatorum cum Ordinariis a prædicta Domo Serenissima initorum 1583. vid. Wiestner *lib.* 3. *tit.* 5. *n.* 71. Pichler eod. *tit. n.* 73. Barthel *l. cit.* §. *XIV. fol.* 177. *& alii.*

c.) Card. de Luca. *disc.* 18. *n.* 11. *tit. de alienatione:* si de possessione præsertim temporis considerabilis doceat, manutenendus est ob possibilitatem, quòd non essent decimæ spirituales, sed temporales tanquam species pensionis, sive responsionis in recognitionem dominii, Diecken *de usucap. pag.* 720. *n.* 25.

quisque novit sæpiùs haberi privilegia, vel alias justas hujus juris limitationes, Majores etiam suos tanto tempore usque nunc illibatè citrà malum initium usurpâsse, continuasse meritò, licèt privilegium nullum repertum habeat, aut contrarium in Concordatis, vel aliis tabulis, instrumentis decisum sciat, jus hoc in se legitimè translatum credit, licitè confert beneficium, cujus juris exercitium prætèritis temporibus pacificè sinè contradictione possessum, & quod Majores sibi licere putabant. Ponamus, quòd quis instrumentum penes se habeat, in quo jus alteri competens clarè proditum est, si tamen Majores, & ipse in quieta possessione extiterint, præscribere potest, & bona fides adhuc subsistet; diuturnitas enim possessionis præsumi facit, quòd interea aliud inter partes actum sit, per illud documentum tantùm docemur olim ita obtinuisse, non verò ostenditur initium acquisitionis, nec illegitimè olim à possessore jus hoc fuisse acquisitum inde constat; igitur ex vetustate pro modo, & titulo acquirendi legitimo militamus. *d.*)

IX. Sin autem de vitioso initio hujus præscriptionis etiam immemorialis manifestè constet, & detegatur titulus fuisse inhabilis, atque vitiosus quocunque demum tempore convictus fuerit possessor, corruet præscriptio ad doctrinam P. Pichler *tit. de præscript. n. 47.* anteà tamen semper standum est præscriptioni, quanquàm fortassis Antecessorum aliquis, quod divinare nobis non licet, malâ fide egisset, hoc non obesset Prælato successori, cùm in beneficialibus nullus alterius hæres sit, nec hæredi, si in bona fide sit, noceat mala fides defuncti quoad præscriptionem extraordinariam, & Immemorialem.

X. Sufficient hæc pro responso Curiæ objicienti, Concordata inita ad componendas gravissimas lites in CC. Basileensi agitatas: ergo sicut jus publicæ utilitatis, unionis, & pacis nequit mutari, aut tolli pactis privatorum; ita nec præscriptione imminui, quippe omnis lex fertur ad utilitatem, publicámque tranquillitatem, & nihil magìs Curiæ innotuit, quàm contra legem currere, non pacta privatorum vel statuta, sed præscriptionem, & consuetudinem maximè immemorialem, quia meliùs est legem non esse, quàm illam esse, & non observari cum dispendio salutis.

XI. Ad VIII. Inapplicabile penitus remanet, quòd, ubi exeunt Concordata, subintrent Regularum Cancellariæ reservationes; sunt enim Regulæ Cancellariæ respectu Germaniæ per Concordata exclusæ, & sicut Concordata sunt pacta perpetua, & specialia, sic perpetuò & specialiter exclusæ permanent Regulæ Cancellariæ: sin igitur ope præscriptionis, aut consuetudinis immemorialis, & hæc

d.) P. Söll de *præscription. p. 2. cap. 2. §. 4. n. 296.*, P. Böckhn *lib. 3. tit. 8. n. 65. in resp. ad 1.*, Perill. ab Ickstatt de *possessione* §. 90. *seq.*, Clariss. D. Neureuther *dissert. de justo, & injusto Regalium usu Mog.* 1755. *edit. cap. 4. §. 9.*

hæc Concordata eliminentur vel in totum, vel ex parte, à fortiori etiam *Regulæ Cancell.* illo in passu fuerint eliminatæ: multùm aliter intelligas subintrare regulas dictas exeuntibus Concordatis: hoc est in illis locis extra Germaniam, ubi nunquam viguerunt pacta, nulla contraria consuetudo, vel præscriptio: tum modò subintrant Regulæ Cancell. Habet enim hoc suis debitis stipata conditionibus consuetudo, vel præscriptio in longævo usu, & factis Majorum, ac partis alterius patientia fundata sibi speciale hoc, quòdsi contra Concordata exuberet, simul etiam contra *Reg. Cancell.* in Germania exuberasse indubitantiùs credatur.

XII. Postremò retorsionis loco subjicimus, si ex supposito Adversariorum contra Concordata nulla procederet præscriptio, etiam vicissim Curia Rom. adversùs Ecclesias Germ. illam non posset allegare, maximè in causa retentionis beneficiorum, *resignationum in favorem* ante Concordata, vel illorum tempore incognitarum. *e.*)

§. VI.

Illustratur id exemplo in contradictorio firmato.

I. Horum omnium, quæ hactenus expendimus, lubet exemplum adducere, ut quisque videat insimul, quàm stabilem esse oporteat observantiam; sic dignitates in Collegiatis, quæ non sunt primæ, regulariter subjacent alternativæ mensium per *§. de cæteris verò*, nihilominus Collegiata Frideslariensis decedente ex hac vita die 14. Martii 1752. canonico & Cantore Hagenbusch, postquàm d. præbenda alteri in vim Indulti collata fuisset, jus eligendi in quocunque mense contra sedem Apostolicam legitimè quæsitum concludenter probavit per actus uniformes possessorios à centum, & ultra annis pacificè exercitos, & in contradictorio post cognitionem causæ, & sententiam 7. Septemb. 1752. pro se obtinuit *f.*) patebat ob vacaturas quascunque etiam in mense Apostolico

Zz 3

e.) Prout videre est apud Piton. *discept. Eccles.* III. *n.* 6., & Rigantium *tom.* I. in Reg. IV. Cancell. §. I. n. 34.

f.) Anno 1617. die 5. May vacavit Cantoria modò per obitum Bernardi de Jude, Capitulum in ejus locum elegit Simonem de Spigel, & cum eo tempore Regens Emin. *Archiepiscopus Joannes Swicardus feliciss. memoriæ* Capitulo demandàrit dare rationem, quare ad *Electionem* processerit *in mense Apostolico?* præfatum Capitulum allegavit se ab immemoriali jus habere eligendi Cantorem in quocunque mense, tandem Altefatus Archi-Episcopus acquievit.

h.) Post discessum ex vita 28. Martii 1630. Cantoris *Simonis de Spigel*, Commissarius tum temporis retulit hunc casum Emmo Archi-Episcopo *Anselmo Casimiro* gloriosæ recordationis cum speciali expressione, quòd Cantoria subjecta sit Electioni Capitulari, & obtinuit per speciale rescriptum clementissimam resolutionem ab Altefato Archi-Episcopo se non esse mentis rebus sic Stantibus

ſtolico contingentes, Capitulum elegiſſe Cantorem à ſæculo, & ultra, ſicque pro ſe habere actus poſſeſſorios, & uniformes à tempore plusquàm immemoriali non tam in linea præſumptiva, quam præſcriptiva: ſicut obſervantia centenaria, aut immemorialis facit præſumere titulum meliorem de mundo, ita facit præſumere talem ab initio fuiſſe legem fundationis adjectam, qualem obſervantia talis demonſtrat, licèt etiam de expreſſo fundationis tenore non conſtet. *g.*)

II. Nihil jam dicam de qualitate coactiva concurrente, *h.*) quòd obſervantiæ, vel collationes factæ in menſibus reſervatis ſciente, contradicente, & acquieſcente Datari ſubſiſtant, quòd nulla ampliùs ſubeſſe poſſit mala fides, quæ alioquin obſtaret præſcriptioni, ſed tantùm, quòd niſi obſtaret lex fundationis, non ſucceſſiſſet aliqua proviſio de reſervatis ſpatio centum annorum, & ultra ob frequentiam impetrantiam, qui prout in caſu deprehendo, non omittunt impetrare, imò nec acquieviſſent, niſi poſt captam accuratam informationem per Emmos Indultarios etiam demandatam; cùm itaque Capitulum tamen in ſua pacifica poſſeſſione eligendi Cantorem in quocunque menſe permanſerit, ejúsque collationes ad effectum fuerint deductæ, nemo in hiſce circumſtantiis qualiscunque fautor jurium Pontificiorum, nec ipſimet Curialiſtæ Capitulo malam

tibus Collegiatæ juribus quomodolibet præjudicare, qua de cauſa eodem adhuc anno Capitulum in Cantorem elegit *Georg. Matthæi.*

3.) Poſt obitum *Cantoris Rœmer* anno 1671. in menſe pariter Apoſtolico glorioſiſſimè regnans tum temporis Archi-Epiſcopus *Joannes Philippus p. m.* contulit ejus Præbendam *Bernardo Wittfeld*, Capitulum verò hoc non obſtante elegit in Cantorem *Rudolphum Gayer.*

4.) Poſt mortem Cantoris *Monius* die 28. Julii 1702. Emmus Archi-Epiſcopus *Lotharius Franciſcus* contulit ejus Præbendam *Joanni Adolpho de Schnellenberg*, Capitulum verò elegit in Cantorem Canonicum *Caſparum Engelbert de Freſendorff*, & dum hic poſtea obiit 1716. in menſe Capituli, prætendit quidam *preciſta Cæſareus de Otten* inſimul *vigore precum* Cantoriam; aſt facta remonſtratione Emmo Cantoriam à pluribus ſæculis ſemper fuiſſe electivam, Capitulum in Cantorem elegit *Mauritium de Freſendorff* acquieſcente deſuper preciſta.

5.) Cum Cantor *de Freſendorff* anno 1720. 3. Mart. obiret, Emmus Archi-Epiſcopus *Lotharius Franciſcus* glor. memoriæ contulit ejusdem Præbendam *Carolo Ottoni de Decken*, & Capitulum elegit in Cantorem *Benjam. de Hagenbuſch.*

g.) Rota *in Florent. Canon.* 8. *May* 1705. §. *Etenim*: & 12. *Mart.*, §. *& quamvis coram Lancetta.*, vid. hujus cap. III. §. 2. 3. & 5.

h.) De qua Rota in *Monaſt. Decan.* 11. *Janu.* 1723. §. *verum*: *coram Calcagnino.*

malam fidem objicere, Electioni, vel collationi se opponere, aut in contradictorio deinceps molestare poterunt.

§. VII.

I. Nec verò existimes casum præexistentem fundari sola præscriptione in linea præscriptionis, fuit breviter annotandum omnem præscriptionem immemorialem saltem ex parte Germanorum inniti speciali fulcro fundationis, aut privilegii: impossibile enim est allegare possessionem immemorialem, quæ hominum memoriam excedat, & excludere positivè præsumptionem fundationis, vel privilegii; hoc ipso dum immemorialis adest possessio, Concordatis posterior dici nequit, sin autem anterior, expressæ fundationis legi innititur, ac talis præsumitur, cui non derogant Concordata; dein sicut præscriptio omnis, ita & immemorialis involvit consensum legalem, seu tacitum Principis, qui consensus tota anima, & substantia præscriptionis est, nec hæc sine illo vires suas exerit: igitur præsumptio fundationis expressæ, aut privilegii, allegatæ nostræ præscriptioni immemorabili indivulsè adhæret.

Præscriptio immemorialis licèt fumatur in linea præscriptiva, habet tamen semper conjunctam præsumptionem fundationis, vel privilegii.

II. Nec summi Pontificis, nec Nationis Germanicæ mens, aut intentiò paciscentium fuit per sua Concordata, aut pacta publica tollere leges fundationis expressas, vel in minimo intervertere; usque nunc etiam post Concordata salvum semper stetit Laicis jus patronatûs, quin dicatur confractio, vel contraventio pacti publici, idem ergo de præscriptione immemoriali intelligas, adesse jus particulare novum in Concordatis non ademptum, vel alium titulum meliorem de mundo; itaque.

III. Æquivocè summi potest, quod dixi §. V. præscriptionem immemorialem in linea etiam præscriptionis dari contra Concordata, eámque suis viribus prævalere iisdem pactis, & Concordatis: scilicet viribus præscriptionis quoad complexum suum sumptæ, ac prout consensum legalem involvit, ceu ùt de jure: consensum verò legalem quomodo sinè præsumpto titulo fundationis, aut privilegii saltem existimato importabit præscriptio, ùt ùt immemorialem dicas; alia requisita velut bona fides &c. innituntur titulo ad minimum præsumpto: eatenus ergo Germani quoad unum, alterúmque beneficium hujus, vel alterius Ecclesiæ tutò præscriptionem immemorialem allegare queunt, hanc enim immemorialem consequitur præsumptio fundationis expressæ, & in linea interpretativa, quòd beneficia, quorum immemorialis extat præscriptio, sub Concordatis non fuerint comprehensa. Econtra si Curia Romana præscriptionem immemorialem prætenderet, uti fit in præposituris, inane esset præscriptionis præsidium respectu Curiæ Romanæ, si istud in linea præsumptiva fundationis quærere vellet.

CAPUT

CAPUT IV.

Et quia pacta neutiquam favorabilia, ita intelligenda sunt, ut Cæsari, imperio, Archi- & Episcopis minùs præjudicent.

§. I.

An præjudiciosa Imperio, vel Cæsari injuriosa?

I. Nolim te asserere cum Pfeffingero *a.*) Concordata *malis artibus Germaniæ esse obtrusa*, aut cum Hippolito à lapide *b.*) nonnisi Moguntino, vel uno, alteròve è rasa cohorte annuentibus, toti Imperio obtrusa esse, vel tum æstimationi, tum libertati, tum utilitati Imperii plenissimè contraria fuisse, *c.*) aut denique per injuriam temporum, ignorantiámve extorta, ùt ait Febronius *d.*)

II. Nam sciverit Æneas Sylvius sua agendi dexteritate sedi Pontificiæ congregare summos Germaniæ Principes, tamen Concordata inter Concordantes S. Pontificem, Imperatorem Fridericum III., & Germaniæ Principes fluctuante Ecclesia, & Calamitoso schismatis tempore, & sic per injuriam temporum post maturam deliberationem semel inita sunt; Interim à Maximiliano I. Leodiensibus, à Carolo V. Cameracensibus à Ferdinando I. & Mathia Imperialis Cameræ, & consilii Aulici Imp. Consiliariis proposita, ab Electoribus Imperii Capitulationibus Cæsareis inserta, denique à Natione Germanica toties ad rigidiorem observationem apud sedem Romanam producta, hujusmodi inquam, Concordata nòn benè dicuntur malis artibus, vel vi, dolo, aut nonnisi Moguntino & uno, alteróve è rasa cohorte annuentibus, toti Imperio obtrusa, vel per ignorantiam extorta veluti superiùs fuit jam annotatum.

III. Sed quid ego hæc? continuò referuntur querelæ germanorum contra Concordatorum infractiones *e.*) quis unquam questus est malis artibus, vel aliter obtrusa negligi? nunquam oportet sibi contradicere: profectò etsi Con-

a.) *In notis ad Vitriar. Inst. lib. I. tit.* 15. *fol.* 1403.

b.) De ratione statûs *p.* 3. *c.* 2. *f.* 522. & 528.

c.) Ut refert Georgii *lib. I. c. VI. de gravam. germ. Imp. Frider. III. mihi p.* 239., Struv. vollständige Reichs Historie *Period. X.* anderer Abschnitt §. 17. *n.* 25.

d.) Tom. 1. c. 8. §. 9.

e.) Ut Pfeffinger *l. cit.*, Fridericus Georgii varia contra Concordatorum violationes adducit gravamina, atque avisamenta, *lib.* 1. *c.* 6. §. 11. *f.* 254. Cleri Rhenensis in diæta Confluentiæ anno 1479., alia in Comitiis Friburgensibus *lib.* 1. *c.* 7. *p.* 261. & 262. *anno* 1498., Confr. Goldast, *tom.* 1. *const. Imp. p.* 48. *ad fin.*

Concordata Germanis adeò præjudicioſa, libertati Germanicæ contraria, tamen ſi vi, aut dolo extorta, malis artibus obtruſa, vel alio quovis modo obreptitia forent, Natio Germanica tot gravaminibus urgere non inſtitiſſet eorum obſervantiam: duplicis proinde generis ſunt querelæ Nationis Germanicæ contra Concordata, aliæ ſunt Proteſtantium primò: horum querelas novimus, quo ſtudio corraſa, ac inutiliter planè effuſa ſint: aliæ ſunt Catholicorum ſimul, & Proteſtantium, fortè de Concordatis Principum exactiùs obſervandis, quod approbatur. Alii iterum afferunt, quòd Concordata ſint Imperio injurioſa, non reſpectu Cæſaris ob publicam tranquillitatem conſentientis, ſed reſpectu Pontificis Romani reſervantis ſibi partem alieni juris: quippe mutatâ rerum Eccleſiaſticarum primævâ facie, cum ſummi Imperantes relictis gentilium ſuperſtitionibus Chriſto nomen dediſſent, Eccleſiæ curam, & protectionem in iis, quæ lege divinâ conſtituta non ſunt, in ſe receperunt, ita & Antiſtitum Conſtitutionem aliquo modo ad ſuam curam retulerunt; ſumma enim majeſtas nullos novit juris, auctoritatisque ſuæ limites, niſi quos natura rerum, vel divinus ipſe Legislator poſuerit, ita ante Concordata, ante pactum Calixtinum Germaniæ Reges non tam ſummi Imperii jure, quàm ut Patroni plerorumque Epiſcopatuum, liberrimè Epiſcopos nominabant per notoria. *f.)*

§. II.

an Statibus Imperii, aut Epiſcopis quà Dominis Territorialibus?

I Occaſione hujus quàm plurimi curam Sacerdotii, & Imperii ab uno, eodèmque Principe, & olim habitam, ac deinceps in omni republica naturali, ac divinâ lege habendam eſſe pro viribus contendunt, docéntque turmatim Proteſtantici authores omnes, multùm negotioſi in hoc argumento, quòd Reſpublica biceps referri debeat inter portenta, & abortus, quódque in principatibus Germaniæ una, eadémque poteſtas olim, & authoritas Ducis ſolius fuerit, idque in cauſis ſive ſacris, ſive profanis: idcircò lamentantur, quòd Rom. Pontifex nullos orbis Reges tantoperè eò in jure afflixerit, deſtituerítque omni genere Hierarchiæ, quàm germanicos Imperatores & Reges, & Principes: inſuper doluerunt in hac clade Imperatorem, & Reges: & Principes non ſolùm Jure conſulti Proteſtantes, ſed cùm jactura non minor ſit Epiſcoporum Imperii Principum in erepto illis hoc jure eodem, hos eosdem lugent.

II. Igitur in caſtris ipſorum etiam Catholicorum Antiſtitum hìc militant Proteſtantes, quòd horum interſit principalis purpuræ radios, quibus coruſcant, non deleri, aut obfuſcari pontificialis mitræ ignibus, ac umbris, duas inquiunt, Epiſcopi noſtro orbis theatro agunt perſonas, unam Principis potentatu

f.) Conferatur Koch *commentatione cit. Argentinenſi* 1762. *edit. Cap. I.* §. *II. & ſeq.* de hoc jam *in diſſert. ad Concordata germ. de Electione Archi- & Epiſc. cap. I.* §. *XII.*

instructi, alteram Antistitis, estque hoc dogmati huic præsidium singulare; populos septem Germaniæ provinciarum potestatem in sacris, quæ paulò antè Regis fuerat, regali stirpe extinctâ recepisse, ac recuperasse postliminio: de Ludwig g) interceptum aliquamdiu sub Imperio Carolingico, ex post reassumptoriâ quâdam lege sibi iterum pristinam Reipublicæ formam vindicârunt populi, atque suo Territorii Principi, ac Duci, etiam Archi-& Episcopo detulerunt *h.*)

III. Quòd Concordata autem hujus juris sint eversiva, pergunt isti, nemo non assequitur: leviori primitus brachio egit Pontifex Romanus cum his Germaniæ Principibus extorquens jura sacrorum Imperatoribus; tum enim noluit Episcopos in se concitare, ne Cæsaris in castra universi abirent contra Romanam Curiam extortis semel Imperatorum juribus, nihil non contra Episcopos molitus est: proinde nihil illi est deferendum, sed si Galliæ Antistites fortes semper, ac strenui in *Thomassino*, & *Marca*, plus animi Catholica etiam Germania habeat pro collationibus beneficiorum suorum: testatissima exemplis, & rationibus omni ævo Germania liberam habebat collationem, aliàs libertatis suæ ultrix acerrima: suum cuique: regnet pace illorum in Christi Ecclesia Pontifex Romanus, salvo tamen id fiat jure civilis, & sacri Ordinis Principum in Germania: ita illi.

§. III.

Respondetur negativè.

Verùm argumentum hoc quoad primam suam partem multoties jam à Catholicis ex professo susceptum, & protritum est; quare exinanito primo argumenti fundamento, sequela exinde deducta, prout jacet, suo proprio pondere concidit: quî enim solidè asseris Concordata Nationis germ. hujus juris territorialis, & in tantum Episcopalis esse læsiva, cùm oppidò falsum sit Christum Ecclesiæ suæ tam malè consuluisse, ut jus sacrorum ad tam labile Imperii terreni sceptrum relegârit? verum hujus loci non est plura de hoc differere, vid. *i.*)

§. IV.

g.) *Adversus pseudo principia juris publ. p.* 70. *ad p.* 110.

h.) ita cit. Joan. Petr. de Ludwig *in dissert. jur. publ. & Eccl. de Principum S. R. I. potestate in sacris ante paces religionis.* Seckendorffius *in libello* **Dem Fürstenstaat** *c.* 1. §. 7. *& part.* 2. *c.* 11. §. 1. Stryck *de jure papali Principum Evang. c.* 1. §. 1. *Coccejus*, *Huldericus ab Eyben*, *de Rhetz*, *Schilterus*, *Hertius.* apud de Ludwig §. 3. *dissert. cit.*

i.) P. Schwartz *Coll. polem hist.* Barthel *de jure reform.* & de Eckart modò Reverendissimus Episcopus Joppensis Emin. Archi-Episc. ac Elect. Mog. per Erfordiam, Thuringiam, Hassiam, & Eichsfeldiam Suffraganeus *dissert. Moguntiæ edit. de jure princip. Cath.* a §. X. & seq., P. Biner S. J. apparatus Erudit. ad jurisprud. præsertim Eccl. p. VI. cap. III. §. VIII.

§. IV.

An læsiva juris Archi- & Episcopalia quà talis?

I. Archi- & Episcopi ex institutione primæva positi sunt regere Ecclesiam Dei, & ob id in cunctis ad Regimen spectantibus ipsi sunt Præordinatores, veluti Apostolorum successores, ad morem primitivæ Ecclesiæ Ordinarii, ac Universales officiorum, & beneficiorum Collatores: nunc verò post Concordata Aschaff. videntur sedes Pontificia, & Germaniæ Capitula divisisse vestimenta Ecclesiarum Germaniæ, inter se alternativè Conferentes beneficia, ac dignitates: Capitulo competit in Episcopalibus dignitatibus libera Electio, summo Pontifici Electionis Confirmatio &c. cum tamen olim hæc competierit Metropolitæ, ac ipsi Romani Pontifices semper juri Metropolitico patrocinati fuerint.

II. Sanè hæc cum cedant in grave damnum, in diminutionem dignitatis Archi-Episcopalis, imò in præjudicium omnium sacrorum præsulum, qui his juribus anteà æquè, ac regalibus, statui, & libertati Ecclesiasticæ competentibus, in effectu condecorati fuerant, nunc autem parùm, vel planè nihil, aut ad summum apparentem tantùm, & fictum titulum sibi relictum vident, absque eo, quod post inaugurationem suam Annatas S. Pontifici præstent cum magno rei pecuniariæ in Germania detrimento *k.*) inde videntur hujusmodi pacta in præjudicium Ecclesiarum Germaniæ inita, ac præcipuè in detrimentum Archi-Episcopalis dignitatis concepta. At sic redditur persona Ecclesiastica timidior, aut conditionis deterioris, quando non potest uti, quod illi de jure debetur.

III Consequenter si Archi-Episcopi, & Episcopi Apostolorum successores per priora sæcula, & annis amplius centum supra mille contulerint omnia beneficia utpote necdum ab ordinibus disjuncta. *l*) jus hoc beneficia conferendi in sacris Canonibus fundatum, ipsique sacro Imperio, ac Curæ quodammodo *connaturale*, congenitum, & his ipsis velut Apostolorum successoribus hæreditarium, *& proprium* agnoscendum est hodiedum: quid enim connaturalius, quàm ut tituli beneficiorum etiam ab ordinibus separati, per Episcopum tanquam suæ Ecclesiæ Caput, & primum cultûs, ac officii divini Directorem dispensentur adeò, ut Hi intentionem pro se in omnibus suæ diœceseos beneficiis conferendis fundatam habere dicantur, nisi ex speciali titulo ad alium collatorem spectare concludenter probetur? Capitulis Germaniæ quidem multa competunt ex cesso Imperatoris jure, nominandi præsules, titulo fundationis, dotationis, consuetudine, vel aliter competente quovis titulo singulari: utì enim Archi- & Episcopo cura incumbit provinciæ, ita Capitulo quoque interest, quales habeat Clericos idoneos, & aptos: initio enim rei Christianæ sacra munera pariter

k.) Leyser in prælect. ad Inst. Schilteri ad §. 10. Tit. III.

l.) Vide Thomass., Barthel, item Dissert. Romæ editam de residentia Comitis de Franckenberg cap. 2. n. 3.

pariter communi Christianorum Consilio dispensata fuisse, ac paulatim Capitula in horum jura successisse constat, modò etiam justificatur titulus singularis iste pro Capitulis Germaniæ ex pactis Concordatorum, aliter verò se res habet pro Sede Apostolica ratione juris Conferendi beneficia immediatè per se, & huic obstat status beneficiorum ob origine sua, abrogatio reservationum per Concilium Basileense, Instrumentum acceptationis sub Alberto Rege Rom., Concordata principum de anno 1439, & similia.

IV. Minus etiam Concordata inita sunt in præjudicium Archi-Episcoporum præsertim Electorum, ceu ex Indultis Eminentissimorum Electorum legimus *m.)* quomodò enim illa, quæ Archi-Episcopis ex jure antiquo competunt, à *se abdicasse* in perpetuum, pacto hoc *sine expressa mentione* præsumere poteris? quomodò Archi-Episcopi manus suas habent per Concordata hæc posteriora tantopere ligatas, ut nullum beneficium quovis mense vacans conferre queant? quidni istud à Patrum institutis alienum est in damnum Ecclesiæ, & boni regiminis? Concordatum enim Aschaffenburgense Concordatis Principum, in quantum illa huic non obviant, non præjudicat: jam in Concordato Aschaffenburgensi literaliter nihil in præjudicium Archi-Episcoporum Electorum dispositum est, proinde.

V. Conformiter sacris Canonibus, Concordata ineundo Paciscentes voluerunt necessariò Archi-Episcopis suam circa beneficia authoritatem conservare: inconcussum enim manere debet, nemini jus suum quæsitum nequidem de plenitudine potestatis sine justa, & urgente causâ posse aufferri, neque etiam S. Pontifex Archi Episcopo semel assignatâ diæcesi, vel provinciâ terminos jurisdictionis vel confundere velle putandus est, etiamsi Diæcesanus totius orbis audiatur. *n.)*

VI. Itaque ubi in Concordatis ante omnia intactum remansit jus Archi- & Episcoporum, etiam generalis hæc, & fundata fiducia est, ut eâdem Archi- & Episcopali authoritate, & causâ mediante, ritè omnia peragantur convenienter ad leges pristinas, & Conciliorum canones, beneficia per eosdem Conferantur, ùt ante Concordata: summus enim Pontifex, quia à Deo *Canonum custos* est constitutus, in erectione Concordatorum causas, æquè Ecclesiæ, ac suas, consequenter etiam Archi-Episcoporum, & Episcoporum æquali jure, ac communi operâ promovit, potissimè in alternativis mensium: ita quoad Archi-Episcopos in Indulto apparet.

VII.

m.) Vide disceptationem juris publici Ecclesiastici ad Concordata germ. Mog. edit. 1765. de reservatione ex qualitate personæ cap. II. §. XIV. & XV.

n.) Gibert Corp. jur. Can. T. II. tit. 2. sect. XI. item celeberrimus Ayrer in dissert. de Pontificis Romani potestate circa exemptiones Abb. & Monast. germ. sect. 2. §. 1. in not. lit. b.)

VII. Quare summi Pontifices pro tempore existentes Emin. Germaniæ Archi-Episcopis indulta conferendi beneficia in mensibus Apostolicis concedere, aliásque facultates elargiri solent, ut eatenus restitueretur antiquorum canonum vigor, beneficia dignis, & paratis Ecclesiam ædificare, & ornare moribus, ac obsequiis suis, conferre queant. Amant enim summi Pontifices, ùt Imperatori Neo-Electo in primariis precibus per Indulti concessionem, ita etiam Archi-Episcopis in simili jure sacro, ac Indulto gratificare ob *præstantiam meritorum*, atque plura edita ergà Sanctitatem suam fidei, & observantiæ argumenta, quibus amplioribus Pontificiæ liberalitatis favoribus se dignos exhibuêre, ac præsertim tempore luctuosissimo Concilii Basileensis, quo per honestam initam Concordiam quàm plurimùm ad Ecclesiæ Universalis pacem, ad extinctionem schismatis, veterúmque litium, & controversiarum finem unanimiter, præ cæteris verò Eminent. Elector Moguntinus contulerunt, ut æquum esse summi Pontifices hujusque omnes censuerint, quod in favorem S. Sedis Apostolicæ egerunt Emmi Germaniæ Electores, id Indulti alicujus concessione per modum remunerationis in quinquennium pensetur *o*.)

§. V.

I. Pronum ex his, quòd quia, ùt mox dictum, Concordatum Aschaff. non prodierat directè per viam moderativam, vel restrictivam juris Archi Episcopalis veteris, & communis, sed in istius corroborationem ex eo, quia major, ac major continuo sedis Archi-Episcopalis cum sede Apostolica seu fundamentali Petra exsurgit concentratio, non est juris restrictio, vel limitatio dicenda, ubi pacta, ac leges in pactis tendunt in favorem ipsius Ecclesiæ, ac boni regiminis Ecclesiastici; omnis quippe dispositio, ubi agitur *de favore Ecclesiæ*, teste Bœhmero *p*.) sic intelligenda est, ut juri communi conveniat, & sic quidquid summo Pontifici in Concordatis speciatim contra canones haud concesserunt, id dispositioni juris Communis relictum censetur; exemplum habemus in jure primariarum precum per Concordata non derogato, cujus licet nulla in Concordatis facta sit mentio *q*.) ita similiter jus hoc Archi-Episcopis antea competens, si non sartum tectumque, ad minimum in alternativa mensium, & Indulto Apostolico fuit compensatum.

potiùs jus pristinum innovatum est.

II. Neque dictis obsistet, Eminen. Archi-Episcopos, & Electores singulis quinquennis per renovationem Indulti à sede papali exposcere modò debere,

o.) Ursaja discept. Eccles. Tom. III. part. I. discept. 9. a n. 3., Caraffa in legat. ad tract. Rheni circa f. apud dominicum Ursaja in miscell. p. 108.

p.) Lib. 1. tit. 20. §. 6. in f.

q.) Oligenius, & Lincker, item Brand de jure cæsareo primar. precum.

bere, quod aliàs jure communi per ſe, & amplius habebant, etiam Curiam Romanam quandoque difficultates nectere inſolitas: hoc quidem incidenter, aſt notanter dictum volo: nam in hærendum reſponſioni datæ, antiquos canones per hoc eſſe innovatos, non antiquatos: jus Archi-Epiſcopale ante Concordata Aſchaff. ſemper erat in antiquis canonibus, & Concordatis principum ordinarium. r.) quoad alternativam jus hoc priſtinum non fuit diminutum: ſolent Curialiſtæ quandoque difficultates nectere, & ſpontè illas iterum remittere, ut modò Germanis perſuadeant ſe illis ſervando Concordata Aſchaffenburgenſia gratificare.

III. Inſtant ulteriùs opponentes caſum differentiæ, ſedem papalem inter, & Archi-Epiſcopalem, potéſtne tunc papa denegare Indultum ſinè læſione juris Archi-Epiſcopalis? ita hi præter modum ſolliciti ſunt, & turbantur erga plurima, otii causâ tamen reſpondemus extra Archivum conſtituti argumentis rectæ rationis, vel incuſant ſummum Pontificem præcipitantiæ, indiſcreti zeli? quaſi non attenderet bonum Eccleſiæ, quaſi Concordatorum immemor? vel accuſant Archi-Epiſcopum abusûs, quaſi ſuo deeſſet Officio? quid autem hoc eſt dicere? nónne in caſu, quod abſit, ſuperioris officium eſt mediis opportunis poſt maturam præmeditationem, & audito aliorum conſilio malum tollere, vigil domûs Dei, vineam domini circumire &c. & ſicut cujusque Superioris eſt, maximè autem ſummi Pontificis ſtare pactis publicis cum Natione germ. initis, ita Inferiori licet exemplo S. Pauli zelosè Superiori reſiſtere in altero ſuppoſito; ſedes enim Apoſtolica, ùt Anonymus quidam s) ait, vel Chriſti Eccleſia jure non authoritate, *canone non arbitrio proprio* regitur, atque ſic non eſt in arbitrio ſummi Pontificis reſervationibus ſuis utcunque gravare Inferiores Ordinarios in jure ſuo originario, & nativo circa conferenda beneficia; dein perinde eſt, ſive Archi-Epiſcopi jure communi, atque ſuo nomine ſive

r.) Inde dum P. Wolffgangus Schmitt Ord. S. Franciſci in Inſt. juris Eccleſ. Un. fuldæ ed. lib. II. tit. XIII. §. V. lit. X. ait 1. = *poſtulata, quæſita à Metropolianis fuit ante Concordata conſecratio, ſed non obtenta ab Ipſis, quia de illius abdicatione, aut conceſſione à S. Pontifice facta in Concordatis nihil expreſſum fuit*, meliùs: poſt Concilium Baſileenſe, poſt acceptationem ſub Alberto Rege, & Concordata principum nihil ſummo pontifici reſervatur, niſi quod in Concordatis Aſchaff. illi expreſſè addictum; inter illud vero non eſt Conſecratio ſuffraganeorum, conſequenter non eſt ſummo pontifici reſervata; vulgata enim eſt regula in terminis Concordatorum ultra reſervationes expreſſas in Concordatis, nullas alias eſſe agnoſcendas: vide diſſertationem J. P. Eccleſ. ad Concordata germ. *de reſervatione* benef. & dign. *apud ſedem-vacantium* Mog. 1762. §. ult. n. IV. nec non 1765. edit *de reſerv. ex qualitate perſonæ* in f. & §. ult.

s.) Cap. V. §. V. de legibus, & Appellationibus p. 316.

five etiam ex pacto, & Indulto Apostolico beneficia conferendi facultatem habeant, perinde etiam est summo Pontifici, an iste per se immediatè dicta alternativæ, subjecta conferat, nec ne; cùm provisi ab Emmis Indultariis secundam Romæ debeant reportare provisionem, & sic *juribus Cancellariæ* Apostolicæ *nihil decedat*: ad quid ergo gravare vellet Ordinarios, vel difficultates nectere? ubi finaliter utraque facultas in bonum Ecclesiæ impendi debet; itaque in dispendium jurium Archi-Episcoporum inverti nequit authoritas etiam Apostolica.

IV. Clariùs, summo Pontifici ceu Capiti semper suprema lex est Ecclesiæ, & fidelium utilitas, Archi-Episcopi verò ceu membra nobiliora corporis censenda sunt vivere non sine capite, nec caput sine membris, sed hi simul unam vitam moraliter in toto, unámque moraliter constituunt personam: ut ergo conservetur vita moralis, una eadem debet esse conditio, unus labor, & concursus ad conservandum totum S. Pontifex cum tanta inversione jurium ordinariorum *reservationes* Apostolicas *perpetuas*, ac stabiles invehere non potuit, nisi pro casu particulari, & ad interim, nisi secundùm tractatus prævios aliâ viâ Concordatorum per Indulta iisdem Archi-Episcopis prospiceretur, prout etiam à tempore Concordatorum uniformiter usque in præsens per Indulta conferendi beneficia alternativæ subjecta ita prospectum fuisse videmus.

§. VI.

& Stabilitum in Indulto quoad menses Apostolicos.

I. Non est igitur existimandum, quòd S. Pontifex universalis Ecclesiæ Caput Archi- & Episcopos præcipuè in partem solicitudinis vocatos, & onera pastoralia portantes quovis modo in functionibus ad bonum Ecclesiæ conducentibus impedire, sed & nec jura eorundem quodammodo nativa, & propria, vel aliàs per Concordata quæsita causis nondum cognitis turbare velit, ac unquam voluerit. Quia

II. Archi-Episcopis omninò *necessarium* est, ut, cùm Archidiæceseos regimen immediatum, ac principaliter iisdem incumbat, inferiores Ministros, & sacerdotes adjutores canonicâ subjectione dependentes habeant, ut ab ipsis beneficiorum, officiorúmque divisio, & distributio in alios ministros *sibi benè perspectos*, aptósque derivetur, ut illos, quos maximè habiles, & suo regimini proficuos continuâ conversatione, vitâque exemplari sibi apprimè notos, summo Pontifici non ita cognitos (ceu summi pontifices per suas provisiones, quæ fiunt in forma *dignum* ipsimet agnoscunt) in partem solicitudinis ad functiones Hierarchicas vocent, & canonicè mittant ad se in cura, & regimine Ecclesiæ sublevandum: exactiorem profectò, & certiorem notitiam de capacitate, & moribus assumendorum habent, in quibus onera regiminis sui possint securè partiri: argumentum hoc pro se Nuntio in Germania degente valdè urget. Petrus

trus Aloysius Carafa in legatione ad tractum Rheni obita ab anno 1624. usque 1634. ad Emin. Card. Francisc. Barberinum in f. sed ais convenientia semper adest, verùm ubi convincens argumentum habes? Thomassinum audi, dum contra eum insurgit censor Anonymus, quòd non discreverit *utilitatem* Ecclesiæ ab inevitabili *necessitate*, tunc quærit Thomassinus: an arctior necessitas incumbere possit Vicario Christi, quàm Ecclesiæ Christi utilitatibus inservire? an potest videri non necessarium, quod Ecclesiæ utile fuerit? *t.*)

III. Itaque Archi-Episcopis summoperè perspectæ sunt *utilitates*, & *necessitates* germanicarum Ecclesiarum adeò, ut circa administrationes in temporalibus, & spiritualibus de majori dignitate, & utilitate præficiendorum magìs integrum, discretúmque judicium formare possint præ Romano summo Pontifice, qui infinitâ propemodum curarum, & gravissimorum negotiorum universalem Ecclesiæ statum concernentium multitudine, & varietate aliàs divisus, non ita per dissitas, & tot diversas provincias omnibus indigentibus, & benè meritis per se immediatè satisfacere potest, relatè ad ea, quæ singulis hìc, & nunc conveniunt ex bonis Ecclesiæ, vel beneficii distribui. *u.*)

IV. In provisionibus de cætero Apostolicis ad minimum desiderantur literæ *testimoniales idoneitatis* ab Episcopo loci datæ ceu recommendatitiæ teste experientia, & communi observantia. Fundatur hoc ipsum in pactis Concordatorum, in Avisamentis Moguntinis, & Concilio Basileensi. Author Anonymus: Rechts, und Geschichtsmässiger Erörterung einiger die Concordata Nat. germ. und die von der teutschen Nation dieserhalben führende gerechte beschwerde betrefende Fragen *w.*) ita differit — daß mit teutschen beneficiis auch nur eingebohrne Teütsche versehen werden sollen, ist gleichfalls in den Avisamentis Moguntinis, & Concilio Basileensi verlanget, und vorbehalten worden, wird also billig auch dermalen darauf bestanden. Cardinalis Ossatus Henricum IV. Regem *x*) certiorem fecit, summos Pontifices conferre Episcopatus, & Abbatias in Ducatu Sabaudiæ *y.*) sed nonnisi explorata priùs voluntate, & consensu Ducum: quoad verò primas Capituli dignitates, prioratus conventuales, & alia beneficia Regulis Cancell. Pontifici reservata, ea non conferri, nisi Sabaudiæ

t.) In notas scriptoris Anonymi in Tom. I. & II. quas illi misit Cardinalis Hieronymus Casanata not. 9.

u.) Van Espen p. 1. tit. 16. c. 4. §. 7., item Gonzaletz §. 4. prœmad. Reg. 8. Cancell. n. 10. & 11. adde defensionem Parisiensis Curiæ pro libertate Eccl. Gallicanæ apud Schilterum Instit. Juris Can. p. 433. cap. XXIV.

w.) Anno 1770. edit. quæst. V. ad §. 3. de cæteris veró dignitatibus p. 26.

x.) Tom. 2. Epist. 141. vide Thomassinum. p. II. lib. II. Cap. XL. N. XI.

y.) Hodie novum ibi Concordatum.

diæ ditionis hominibus, aut extraneis, quos Dux probâsset, alioquin irritæ erant pontificiæ provisiones istæ omnino omnes. In Imperio similiter sive, provisiones sint Apostolicæ, sive vigore precum etiam Imperialium, semper provisus literis recommendatitiis, acqualitatibus in illa Ecclesia vi statutorum, & consuetudinum, aut planè vi officii requisitis, ut sit instructus necesse habet: similium verò qualitatum, & requisitorum, uti & meritorum supplicantis non ita gnarus esse potest S. Pontifex: Equidem in anterioribus temporibus, ubi nondum restrictæ fuerant reservationes Apostolicæ, quasi immensus erat Confluxus Clericorum totius orbis pro impetrandis beneficiis, qui omnes summo Pontifici incogniti erant ita ad Clementem VI. Avenione degentem centum millia pauperum Clericorum confluxisse retuli ex Thomassino. z.)

V. Ne tamen inferas sic præsuppositis literis testimonialibus, ab recommendatitiis æquè summum Pontificem posse Ecclesiis tali subjecto, vel personâ dignè habitâ consulere: responderi posset, quod alibi tenet Clericatus; a.) malunt alii res ejusmodi acriùs urgere & premere, subtilibúsque se se fatigare disceptationibus de jure præciso, & absoluto utriusque potestatis; summis tamen utrinque Principibus pernecessarium etiam est, humanitati plusculum, quàm rigori justitiæ dare, & de jure potiùs decedere tantillum, quàm contendere; cognitum enim cuique esse debet, Concordata hæc tempore fluctuantis Ecclesiæ inita fuisse, ubi consultum non erat multùm contendere, item meretur referri, quòd Card Ossatus S. Pontificem commonuerit, in regiis confiniis, & aliis urbibus munitissimis interesse maximopere Regum, ut in iis non habe-

z.) Dissertat. ad Concord. germ. de Electione Archi- & Episc. cap. I. §. XVI. N. IV. in not. 5. p. 41. addo hic, quod magnum Chronicon Belgicum 1322. vel author ejus utpote personaliter ibidem constitutus ex veridica relatione intellexit ibi — dicitur tunc aliquis exhibuisse D. Clementi supplicationem addens eidem sequentes versus, qui si ejus supplicatio admitteretur, ordine recto in D. Papæ laudem, sed si rejiceretur ordine retrogrado in D. Papæ vituperationem legi posse.

Laus tua non tua fraus virtus non copia rerum
Scandere te fecit hoc Decus eximium.

Pauperibus tua das nunquam stat Janua clausa
Fundere res quævis nec tua multiplicas.

Conditio tua sit stabilis non tempore parvo
vivere te faciat hinc Deus omnipotens.

a.) De benef. discord. 34. per tot. & Thomass. Part. II. lib. I. cap. XXXXVIII. n. VIII.

haberent nisi Episcopos sibi fidissimos: in hoc cardo rei bene vertitur respectu Curiæ Romanæ, ipsamet sapientes censuit esse attendendum ulteriùs, ac præcipuè spectandum, quam grave aliàs inconveniens inter alia accedere necesse sit totius Provinciæ Archiepiscopo, si nequidem iste sufficienti aliqua beneficia conferendi facultate instructus: Equidem pacta notoriè obstant, non quidem in terminis terminantibus ipsa Bulla Nicolai V., bene verò Concordata Nationis, ad quæ, ut integra sint, referuntur retrò cuncta usque ad Concilium Constantiense, ac pactum Callixti: dein in differentiis, atque necessitate publicâ Ecclesiam suam, vel mensam Archiepiscopalem concernente, in similibus inquam, ac aliis gravissimis, obviísque negotiis pertractandis an ille *adeò fidelem* sibi pro tuendis Archi-Episcopatus juribus assistentiam, consilium, sive servitium à Ministris, Consiliariis, officialibus ex tunc non ita suis, non ita sibi obstrictis habere posset in non modicam suî desolationem, aut manifestam Archi-Episcopatûs ruinam?

VI. Iisdem prægnantibus de causis Principes sæculares omnes habent jus creandi, & constituendi Magistratus, & judices, súntque hæc de Regalibus Principis, de potestate conscribendi copias, & cohortes *b.*) Ecclesiæ autem Principes Eminent. Archi-Episcopos potissimùm mediis hisce se suámque Nationem, vel Ecclesiam regendi, & defendendi tam opportunis in Germania, destitutos esse, his inquam, mediis tantoperè necessariis, *dignos promovendi, benè meritos præmiandi* non gaudere Archi Episcopos, qui tamen sunt promotores Concordatorum, qui in iisdem jus Provinciæ suæ Episcopos confirmandi summo Pontifici sensim sine sensu cesserunt, intereà pacto firmârunt, nemo tam facilè sibi quisquam persuasum habeat.

VII. Attentis potissimùm Concordatis principum, seu solenni *acceptatione* decretorum Basileensium ab Alberto Rege facta, *& ab Eugenio IV. agnita*, attentâ Hierarchiâ Ecclesiastica, ac subordinatione Eminent. Archi-Episcoporum tam stabili ad sedem Apostolicam sub temporibus etiam turbulentissimis; cùm post Concordata cura Eorundem immediata, & inspectio una cum suis juribus annexis per concurrentiam Papæ neutiquam sit turbata, aut avulsa; econtra adhuc firmiùs, & perpetuò inhæreat Personæ Archi-Episcopi, velut Author Protestanticus Frid. Guilielmus Dannreuther ipse agnoscit. *c.*)

§. VII.

b.) Militares tam pedestres, quam equestres, nec non de jure præficiendi Duces, Capitaneos, & Officiales militares constat per investituram, & per Recessus Imperii etiam Episcopis tributum esse jus militare ita exercibile pro re nata; insuper potestas salarium decernendi pro dictis Officialibus, & Magistratibus dignoscitur ad Principem spectare.

c.) In differt. de jure retentionis fructuum beneficii Eccl. 1747. Altorffii edit. sect. 2. §. 7. p. 68.

§. VII.

Satisfit objectionibus Indultum faciliùs denegari, aut ejus renovationem esse servitutis vinculum.

I. Æquè minùs summus Pontifex consideratis pristinis juribus sacrorum canonum, Concordatis principum, & salute publicâ, ac tranquillitate Ecclesiarum particularium præ oculis habita, æquè minùs inquam ex plenitudine potestatis suæ denegabit Indultum in his terminis, ac aliàs vix juri communi Episcoporum, vel Capitulorum quæsito, inque collatione beneficiorum anteà Ordinario derogavit, quanquam jus hoc beneficia conferendi ordinarium antea totum, nunc ob alternativam summæ sedi fuerit subordinatum sub clausula salvatoria, vi cujus requiritur specialis acceptatio Ecclesiarum, ac integrum iisdem manet in mox celebrando Concilio, aut alia via Concordatorum ab iisdem pactis iterum recedere; dum ergò pristinum jus titulo ordinationis, fundationis, dotationis, vel erectionis quæsitum non modò non sit immutatum, sed adhuc pacto publico anteriori innovatum, majori cum incremento in unione Electorali, acceptationis Instrumento decretis CC. Basileensis, & Concordatis principum firmiter conservatum, ad diuturnitatem disciplinæ Ecclesiasticæ, ad arctiorem conjunctionem cum sede Apostolica, imò ad illud ipsum jus Archi-Episcopale pristinum contra alios quosque vindicandum, defendendúmque cum sede Apostolica magìs concentratum, ac ùt pars integrans Concordatorum eodem pacto publico firmatum fuit.

II. In terminis ergò absurdum est dicere Indulti renovationem esse novum quodpiam servitutis vinculum, quasi astutè ex cogitatum ad subjugandos Pontifici Metropolitas; quasi verò debita subordinatio ad sedem Apostolicam, & observantia Canonum non esset nascenti Ecclesiæ innata lex? *d.*)

III. Ulteriùs obmovent, saltem summum Pontificem faciliùs Indulti renovationem, ac concessionem denegare posse ex eo, quòd dicantur Indulta concedi ex gratia; objectum hoc, ut dissolvamus, necesse non est hìc repetere, quæ afferuntur à Canonistis titulo de precariis, quippe precariæ canonicæ, ùt supponimus rationabiliter semel concessæ, etiam sunt in perpetuum non obstante renovatione de quinquennio in quinquennium dicente Barbosa. *e.*) *renovationem*

d.) An iniquæ servitutis genus est summo Pontifici, membrum Capiti suo obsequi? nónne potiùs verissimæ libertatis inconcussum monumentum est, quòd Pastoribus Laici, Clerici Episcopis, Hi Metropolitis, universi verò pareant summo Pontifici? hæc una, hæc vera libertas est parere legibus, canonibus, & iis qui verè præsunt. Kemmerichius Antecessor in Academia jenensi *Lib. I. origines juris Eccles. tit. VIII. num.* 148. agnoscit, quod ad regimen Ecclesiæ rectiùs constituendum, atque ad unionem Ecclesiæ feliciùs conservandam, nec non schismata tollenda, etiam subordinatio quædam in Ordine Ecclesiastico utilis non modo, sed & necessaria visa fuerit.

e.) Ad lib. III. decret. de precariis in cap. precariæ 1. n. 3.

tionem non ita fieri, ut quasi per ſingula quinquennia renaſcatur novus contractus, eſſet enim tunc neceſſaria nova conceſſio, & non renovatio, ſed ideò fieri, ne longitudine temporis pereat memoria contractûs. Neceſſe pariter non eſt afferre, quæ Amayden *f.*) de alternativa ſcribit, quòd ſit contractus inter Papam & Ordinarium:: & hoc, ut invitet ad reſidendum in propria Eccleſia · & quamvis impar contractus, tamen eſt non mera gratia, conceditur verò Patriarchis, Archi-Epiſcopis &c. Nec præciſè ſubjicio, quæ habet Van Eſpen *g*) quod ille, qui alicujus beneficii collationem ad excluſionem Ordinarii ſibi competere aſſerit, debeat probare titulum, vi cujus contra jus commune collatio ipſi excluſo Epiſcopo competat. In Concordatis quidem ſummo Pontifici ſtabilitum eſt jus Alternativæ, ſed an cum expreſſa Archiepiſcopi excluſione, vel extinctione juris priſtini? Non ea eſt hujus pacti natura, profectò ſi attendas tempora turbida contractûs initi, Archiepiſcopi quà Promotores Concordatorum ſingularia jura, qualia ſunt confirmare Epiſcopos ſuæ provinciæ, ſine contradictione, vel alio æquivalenti commodo non tantum non amiſerunt, ſed potius exinde menſes Apoſtolicos reportaſſe in aprico poſitum eſt.

IV. Alii diſtinguunt gratiam unam merè talem, aliam aſſe debitam, dici tamen gratiam ad juris ſingularitatem; gratia quando ſubeſt juſta cauſa, denegari non poteſt ſine injuria, & injuſtitia per tradita Abbatis *h.*) *gratia quandoque eſt debita, ut quando adeſt juſta cauſa illam faciendi.* Nota iſtam gloſſam, & tene eam mente, quòd, ubi ſubeſt juſta cauſa, poſſit ſuperior compelli ad faciendam gratiam Lotter: *i.*) & Pompejus Urſaya *k.*) ſic poſtulationem Prælati ſummus Pontifex gratioſè admittit, interim communiter docent Canoniſtæ, ex officio eandem gratiam, vel poſtulationis admiſſionem debitam eſſe, quod ſufficit: poſtulatus enim à Capitulo Eccleſiæ utilis habitus jus habet, ne ſine cauſa rejiciatur ùt indignus, vel inhabilis, etiam ſummus Pontifex ex officii debito tenetur prout Eccleſiæ utilitatem promovere, ſic utiles ipſi Eccleſiæ, & dignos habitos, licèt poſtulatos cum gratia admittere: idem in fortioribus terminis tradunt unanimiter de Electo, cui Papa ſimiliter gratiam facit eum confirmando, ſed debitam propter jus Electo quæſitum. Circa Indultum Apoſtolicum à S. Sede Imperatori neo Electo conceſſum quoad primarias preces id ipſum redditur evidens, gratiam in Indulto Apoſtolico contentam propter jus in conſuetudine inveterata fundatum non omninò indebitam eſſe. In inveſtituris denuò

f.) De Stylo Datariæ lib. 1. cap. 29. n. 3. 4. & ſeq.

g.) J. E. U. part. I. tit. XVI. cap. IV. §. VII.

h.) In cap. bonæ memoriæ n. 13. & 14. de poſtul. prælat.

i.) De Re benef. lib. II. q. IX. n. 12.

k.) Miſcell. par. II. lit. g. n. 8. p. 39.

nuò, licèt debitæ sint ex præsupposito jure quæsito, tamen dicitur Dominus Vasallo gratiam facere.

V. Iterum dicunt gratiam hanc absolutè, & præcisè denegari posse, sed tamen hoc citra quandam injuriam debitè petentis non fieri; officium enim habet Archiepiscopus Indultarius tanquam provinciæ suæ caput abstrahendo iterum à placitis Concordatorum præambulis, officium inquam, habet uterque summus Pontifex, & Archiepiscopus Elector bonum commune promovendi, standi interim pactis Concordatorum ex jure naturali, & gentium obligationem post se inducentibus, quousque aliter conventum non fuerit: oportet gravia quæque incommoda, diffidia, & scandala publica aliàs pertimescenda, quæ ex diffidiis Principum Ecclesiasticorum persæpè in maximum Ecclesiæ, Imperii, ejúsque statuum detrimentum, & dispendium non sinè seditionis periculo manifestè conspirant, maturiùs semper paternâ solicitudine præcavere, ac quantocyus Ecclesiæ, ejúsque felici successui consulere prout etiam tempore Concordatorum Aschaffenburgensium consuluêre *l.*) adeóque non poterit summus Pontifex arbitrariè post Concordata Principum Archiepiscopis Germaniæ suum Indultum Apostolicum denegare: nec etiam potest alia adhuc de causa è conspectu Concordatorum Aschaffenburgensium, quia in consideratione anteriorum concessionum Apostolicarum Eugenii IV. ac Concessionis Indulti ista sunt redhostimentum aliquod erga sanctam sedem: Concordata enim Aschaff. velut redhostimentum pariter desinerent esse talia, ubi anteriores concessiones, inter quas enumeratur Indultum conferendi alternativæ subjecta, tollerentur: cessante enim causâ cessat compensatio.

VI. Quanquam igitur ex plenitudine potestatis suæ summum Pontificem absolutè Indultum denegare posse, quanquam Eundem summam habere potestatem ac dominium beneficiorum omnium, & quasi altum in terris arbitrium à quibusdam dici velit; attamen dominium isthoc, & plenitudo pontificiæ potestatis non est cum aliqua acerbitate sumenda, si consideretur relatè ad tempopora, ubi Natio germ. post Concilium Basileense, cùm neutralitatem susceperat & decreta CC. Nationi favorabilia reservationes excludentia sub Alberto Rege solenniter acceptaverat, tandem Aschaffenburgensia Concordata velut redhostimentum inivit: aliàs summum jus esset summa injuria: sobriè enim, ac justè secundum regulas prudentiæ, & scientiæ absoluta ejus potestas accipienda est, maximè in Germania post inita Concordata principum. *m.*) Etenim ipsimet Aposto-

l.) Confr. Anonymi Observationes hoc an. editæ observ. XV.

m.) Ubi ordinarie adest præsentissimum periculum impingendi contra jus naturæ & gentium, contra sanctimoniam pactorum, liberrimaque ansa tribuitur Protestantibus, si non carpendi, & ad invidiam trahendi summi Pontificis potestatem

Apostoli, qui quidem presbyteros Ecclesiis præfecerunt, prudenter tamen, ac moderatè jure hoc suo ita utebantur, ut nec sine suffragio, consensúque totius cœtûs facilè presbyteros constituerint, vel saltem ex ipsorum Consilio eosdem elegerint, ùt animadvertit Kemmerichius, *n.*) & summi Pontifices Archi- vel Episcopis obtrudent contra propria pacta Clericos? aliter itaque, & magnificè de summo Pontifice sentiendum est.

VII. Ponderando potissimùm, ista Indulta Apostolica ad traditionem antiquissimam concedi, & haberi titulo satis oneroso, ac in remunerationem quandam non modò meritorum erga S. Sedem, vel promotionis Concordatorum, sed & juris cessi, quod habebant Emmi Metropolitæ confirmandi suos suffraganeos Episcopos per XII. & plura sæcula *o.*) nec non aliorum jurium inde dependentium valdè insignium ratione devolutionis, resignationis, reservationis per promotionem ex tunc pontificiam: his omnibus augetur summa quotannis Romam transportanda cum amissione juris proprii Metropolitici, sive intelligas Curiæ Romanæ solvendas Annatas *p.*) sive secundas provisiones: verum

testatem Confr. Exercitatio Historica de artibus Episc. Rom. in Stabilienda Monarchia Lipsiæ edit. Præside M. Jean. Dan. Kiesling 1713. & 1745. eo fine Catholici infirmi, ac pusilli in fide irritabuntur, irritati debitum, ac rationabile aliàs obsequium, aut planè ceu debitum denegabunt, aut saltem non ita promptè, & palam præstabunt.

n.) L. c. tit. VI. p. 187.

o.) Teste Thomassin., ad Notas sibi factas ab Anonymo not. 9. Van Espen, Gibert, Confr. Magnum Chronicon Belgicum ex Bibliotheca Joannis pistorii apud Struv. p. 321. anno 1321. defuncto Friderico Pontifice Trajectensi Capitulum in Electione bipartito divisum est. Major enim pars Capitulorum, ùt ibidem refertur, Jacobum de Antishœrna Decanum Ecclesiæ Trajectensis elegit: minor pars Jacobum Zudensem Episcopum — Zudensis autem Episcopus attendens, quod ipse cunctis penè prælatis exosus esset, & quod adversus Jacobum de Antishœrn aliquo jure prævalere non posset, Electioni seu postulationi cedens desiderio suo caruit, & Jacobus de Antishœrn per confirmationem Henrici Coloniensis Archi-Episcopi Episcopus 44. Trajectensium effectus est.

p.) Stryckius de negotiis Capitulatione Cæs. annullatis cap. II. §. XIII. refert, quod testentur graves, idoneíque, ac fide digni Historici — — das bey einés menschen Leben siebenmahl 25000. Gulden allein aus dem Erzstifft Maynz nach Rom wäre geliffert worden adde Goldast. Thulemar. de Octovirat. Cap. 23. §. 1., Gulich ad Cap. Joseph. p. 60. Annatas à labe Simoniæ expurgatas esse lubens concedo, ùt ex Petro de Marca de Concord. sacerdotii & Imp. lib. VI. Cap. XII. art. VI. author libri — Urthel eines protestantischen Schriftstellers über das Buch des justinus Febronius 1771. oder Gespräch zwischen dem justinus Febronius, und dem Herrn Bahrdt Catechisten der St. Peterskirch zu Leipzig

n missis his lubeat modo paucis perpendere, quæ jura amiserint Metropolitæ, hodie post Concordata eorundem minima pars modò supersit, q.)

VIII Non igitur ad juris communis, sed tantum ad Extravagantium sin. laritatem Indulta emanant ceu gratiæ, cùm de jure communi Archi-Episco. s talis fundatam habeat intentionem, Concordata itidem ex allatis jam non odiĉrint per viam moderativam juris veteris, ac communis, sed reservatio. m Apostolicarum per Extravagantes introductarum, illo præsertim tempore :tuosissimo Concilii Basileensis, quod magnoperè impugnavit istiusmodi reser- :iones papales: alioquin Concordata ex eo solùm, quòd Archi-Episcopis Ele- ›ribus Imperii specificè nihil relictum esset, ad intentum sedis Apostolicæ out nunc tamen sunt, vel non fuissent erecta, vel ad mentem protestantium, gloriantur, essent penitus læsiva, ac eversiva anterioris juris Archi-Episco. lis, quod absit. Manet proinde verum, quod diximus, potiori fundamento inno-

ilg p. 30. & 31. lit. z. sed hic de onere illas præstandi, in quantum Concordata minùs favorabilia reddunt, mentionem facere necessarium fuit, in Polonia Sigismundus Rex cum Optimatum Consilio 1543. decrevit per Oratores à Pontifice flagitare, ut Annatæ remaneant pro defensione Reipublicæ in Regno, quòdsi easdem impetrare non possint, jam extunc eas nec daturi, nec efferri permissuri sint. De Hungaria vide Febronium *Cap. VII.* §. *V. de Juribus Episc. p.* 572. credit hic Thomassin. p. III. lib. II. cap. LIX. n. XII. Carolum V. & Imperii proceres militari fiducia perorasse (ut cap. I. §. VI. supra) & Annatas à decimis accuratius sejungendas esse: ast stante hac distinctione Annatas etiam ut fructus primi anni in subsidium Turcicum olim Romam ad cassam Christianitatis missas fuisse notat cit. Anonymus observ. XIX.

q.) Ita quondam Episcoporum comprovincialium Electiones confirmabant Archi-Episcopi, Illos consecrabant vel per se, vel per alios à se delegatos; ast hodie confirmantur à summo Pontifice, & adhuc solvunt Annatas, & quod obstupui, prætenduntur secundæ, casu, quo promoventur ex capite utilitatis vel necessitatis ut ut divina vocatione ad novum Episcopatum, quatenùs promotio fit cum retentione prioris Episcopatus, itidem beneficia Eorundem tempore promotionis habita vacant, & reservantur summo Pontifici: 2.) habuerunt Archi-Episcopi potestatem decidendi causas inter ipsos Episcopos comprovinciales, item causas subditorum etiam citra viam appellationis. 3.) convocandi Synodos particulares. 4. dandi literas formatas Episcopis peregrè proficiscentibus. 5.) tempore sedis vacantis negotia Ecclesiæ dirigendi, Electionem novi Episcopi procurandi, canones vel leges promulgandi, & quæ sunt similia vid. Bingham. Wolffgangum Schmitt lib. II. t. XVIII. §. XII. & Kemmerichium tit. VIII art. I. n. II, & art. IV. n. 152. & seq. aliósque amplissima jura Metropolitarum recensentes, quæ tamen jura per exemptiones, & privilegia æquè, ac per reservationes Concordatorum multùm restricta fuerunt in non modicum præjudicium Eminent. Electorum, & Archi-Episcoporum Germaniæ.

innovatum, quam sublatum esse jus Archi-Episcopis proprium, manet jus hoc nativum & ab antiquissimis temporibus hæreditarium in Concordatis principum recenter firmatum tam leviter sine speciali mentione non esse ablatum, sed in mensibus Apostolicis, & alternativa conservatum, distinctius adhuc per Indulta Apostolica in alternativa illæsum, & integrum remansisse.

IX. Equidem incredibile penitùs foret cuivis sanæ mentis, & scienti tempora contractûs sive Concordatorum, promotores illorum Concordatorum Archi-Episcopos nempè taliter paciscendo sibi tam cæcè, & sinè omni contradictione, quà solâ totum negotium infectum mansisset, præjudicâsse: profectò legem, aut conventionem præcedere videmus querelas, remonstrationes, amicos congressus, colloquia tractatus, & alia; quæ omnia nomine actorum, & documentorum veniunt, & subsecutæ legis, aut pacti fons sunt, & fundamenta. r) proin antè omnia nisi certificati de Indulti concessione in tractatu prævio Concordatorum, ùt communiter sibi paciscentes consulere solent, nisi inquam, Archiepiscopi Electores Germaniæ sibi meliùs consuluisse vidissent in mensibus Apostolicis, jura Metropolitica superiùs allata tam insignia, & ab omnibus retrò temporibus indubiè illis competentia, præcipitanter adeò nequidem usque ad futurum Concilium cessa non fuissent. s.) neque tam altum illo contractûs perpetui tempore de juribus Archiepiscopalibus in Concordatis, vel post hæc fuisset silentium, minùs denique exspectatus obvenisset Concordatorum finis, nisi Indultum istiusmodi in articulis privatis, & authoritate, vel fide Apostolicâ assecuratum fuisset, quanquam ex causis politicis in Bulla Concordatorum Nicolai V. non sit expressa illius mentio facta: hæc enim à solo summo Pontifice super pactum concepta, vel formata fuit, & sic non omnia in pactum deducta illi literaliter inserere ex motivis prudentialibus consultum visum fuit; quidenim denotat Concordatorum clausula: *in aliis autem, quæ per felicis recordationis Eugenium Papam IV. etiam prædecessorem nostrum pro dicta Natione usque ad tempus futuri generalis Concilii permissa, concessa, indulta, & decreta, ac per Nos confirmata fuerunt, in quantum illa Concordiæ præsenti non obviant, ista vice nihil volumus esse immutatum.* Conferatur Eugenii IV. concessio, ut decreta Concilii Basi-

r.) Ita post Barthelium notat P. Wolffgangus Schmitt Ord. fratrum minorum S. Francisci in institutionibus juris Eccl. Univ. lib. I. p. 222.

s.) Anonymus in Observationibus Historico-juridicis p. 11. observ. VI. notat mox anno 1455. & 57. ab Electoribus, & reliquis statibus Imperii in specie Ecclesiasticis, sed & ulterius anno 1563. ab ipso Imperatore nomine Nationis fuisse reclamatam authoritatem Confirmandi Episcopos; in saltem manere indubium, quòd in casu, ubi Confirmatio Romana emanet, à Concilio provinciali possit continuari, & sic Electio è jure revoluto confirmari: ita quidem ille.

Basileensis ab Alberto Rege acceptata porrò in Germania observentur nonas Febr. 1447., inde signum habes non æquivocum Concordata Aschaffenburgensia intuitu eorum, quæ per Eugenium IV. concessa, quò etiam referas Indultum quæst esse *redhostimentum* quoddam: rursus repeto, vel revoco in memoriam Breve Eugenii IV. ad Fridericum Romanorum Regem Theodoricum Archiepiscopum Moguntinum & Fridericum Marchionem Magdeburg. *t.*) Ex hoc pronum est colligere, jura Metropolitica sinè æquivalenti, vel alternativa mensium Apostolicorum non fuisse diminuta.

X. In consideratione ulteriori, quàm masculè aliàs semper jura sua Metropolitica defenderint Archiepiscopi contra quosqunque; agnoverunt etiam summi Pontifices, quàm fortiter pro juribus S. Sedis, ac libertate Ecclesiastica cum dispendio propriæ Ecclesiæ, ac privati commodi steterint, ac pugnaverint: inde Adrianus VI. in instructione pro Legatò suo Francisco Chetegano, quæ extat apud Goldast. *u.*) ibi: dices proinde nobis certissimam sententiam esse:: etiamsi ipsi non requirerent:: illis (derogationibus) nostri Pontificatûs tempore penitùs abstinere:: partim ut unicuique jus suum servemus:: partim quia æquitas, & humanitas exposcit, ut inclytam Nationem nostram non solùm non offendamus, sed etiam peculiares ei favores impendamus.

§. VIII.

In diffidio datur recursus ad summum Imperatorem &c.

I. Imperator Romanus quid suborta lite, & scissura inter Antistites ceu supremus Ecclesiæ Advocatus agere possit, ac vi officii sui debeat, ut pax, & unitas in Ecclesia conservetur vid. apud Gibert. *w*) Responsa Universitatis Parisiensis, & Lovaniensis in causa spirensi Decanatûs Cathed. quæ etiam extant apud L. B de Cramer. *x*) & dissert. de Ecclesia Romana, sedéque cumprimis Pontificia morte Aug. Rom. Imp. Caroli VI. summo Advocato orbata. *y.*) ubi agitur de jure admonendi S. Pontificem de continendo se intra officii terminos.

t.) Ibi --- *nunc verò, quia persuasum nobis est hâc viâ maximè provideri posse Ecclesiæ casibus emergentibus, & reges, & Principes præfatos facilè ad hoc consensum præbituros, si per vos fuerint opportunâ instantia requisiti, Nos etsi absque convocatione novi Concilii aliâ viâ rebus Ecclesiæ melius consuli posse arbitremur, cupientes tamen vobis, & Nationi vestræ, quam singulari semper affectione Apostolica sedes prosecuta est, quantum cum Deo possumus, complacere.*

u.) In Ration. Constit. Imp. p. 66. & 69.

w.) Tom. 1. Tit. VII. cap. IV. sect. VII.

x.) Nebenstunden 43 Theil 4. Abhandlung.

y.) Præside Clar. D. J. Jacobo Helferichio Tubingæ 1741. edit. §. 35.

II. Equidem à tempore, quo Imperatores Ecclesiæ Christianæ accesserunt, nihil accrevit eo ipso Imperantibus, nec imperium novum in Ecclesia subortum fuit; accessit enim Imperans ad Ecclesiam non quà talis, sed quà Christianus, & sic hoc respectu membrum Ecclesiæ est, & quatenus membrum illius, plus juris non habet, quàm cæteri fideles quoad illa, quæ Ecclesiæ propria sunt, sed retinet Ecclesia suum antiquum statum, ac pro regula ponendum est, quòd ea Regiminis sacri, potestatísque Ecclesiasticæ authoritas sit, ut ipso rationis lumine nec directè possit à potestate politica pendere, ùt vicissim nec profana pendent ab illa, nemo enim in exercitio juris sui perfecti ab altero nec directè, nec indirectè impediri, aut turbari debet, cùm utramque harum potestatum in suo ordine & linea summam esse confirmet revelatio, perpetua Ecclesiæ traditio, Ss. Patrum consensus, & Regum populorúmque usus, & observantia. z)

III. Attamen, cùm Lagislator humanus summus sit uterque in sua linea, Imperanti quà tali competit exequi jus divinum, naturale, & Canonicum erga omnes Cives in ambitu Reipublicæ contentos tum Ecclesiasticos, tum Laicos nemine dempto: secundò quemadmodum Ecclesiastici jus habent regendi spiritualiter Principes, ac Magistratus politicos, eósque veluti cæteros fideles imbuendi præceptis Evangelii, ita & Principes politici vicissim ad conservandam pacem, & quietem in republica jure suo uti possunt, jus inspectionis generalis quà defensores & protectores habent. a.) etiam possunt commonere Ecclesiasticos, & urgere ad juris naturalis, & divini observationem, eatenus enim Principum sæcularium potestati Deus suam Ecclesiam concredidit, ut agnoscant Principes sæculi Deo debere se rationem reddere propter Ecclesiam, quam à Deo tuendam suscipiunt, & sive augeatur pax, & disciplina per fideles Principes, sive solvatur, exiget ab iis rationem ille, qui eorum potestati suam Ecclesiam tradidit. Nec sanè alia cura Constantinum Imperatorem magìs urgebat, quàm ista, ut dissensiones istiusmodi aut præverteret, aut sanaret.

IV.

z.) Confr. eines geheimen Raths unpartheysche Gedancken über das aufrichtige, und gewissenhafte bedencken von der Frag — ob und wie bey so vielen sowohl in offenen Schrifften, als in besondern berichten vorkommenden Klagen gegen die Geistlichkeit, und derselben Immunität, ein Lands-Herr im Gewissen schuldig die Händ ein zu schlaaen? auf verlangen eines grosen Hofs verfasset von einem alten hochverdienten Staats-Minister 1770.

a.) Deguignes allgemeine Geschichte der Hunnen, und Türcken, der Mogols übersetzet von J. Carl Dæhnert prof. in Greifswald in tom. IV., & ultimo 1771. edit. p. 249. ad annum Christi 1361. refert ibi — Mahammed nahm den Titul an — Mansur Abulnasli nasereddin d. i. der Siegreiche, der Erhobene, und der Vertheidiger der Religion.

IV. Ex hisce nunc in aprico est, qualiter summus Imperator ex augusto illo Advocati munere (quòd non solùm in universam gerit Ecclesiam, sed & potissimùm in Germaniam) jura Ecclesiæ pactis publicis adquisita sarta tecta conservare obligatus sit loquente ipsâ Capitulatione Cæsareâ inde etiam ut par est se illorum defensorem multoties in Capitulatione dicta, aliisque actis publicis profitetur. *b.*)

V. Jam verò protectionem suam præstare potest vel interponendo suam authoritatem apud summum Pontificem (quia de Concordatis loquimur) ne quid in Curia Romana, & tribunalibus suis permittat, quod Concordatis contrarium sit, & præjudiciosum: vel edocendo eundem S. Pontificem per Legatos suos, ac etiam per protectorem Germaniæ, quid reverâ hinc inde ab istis tentatum Curialistis, ubi nunquam non summus Pontifex meliùs edoctus malo remedium adhibuit. *c.*) vel denique impediendo executionem sententiæ, decreti, aut provisionis Apostolicæ jam factæ, ne executione peractâ majus adhuc Ecclesiis Germaniæ inferatur præjudicium. De recursu ad suprema Imperii tribunalia, ad Comitia, ad Serenissimum Collegium Electorum Imperii: vid. differt. Heidelbergensem. *d.*) Sufficit hic dixisse, quo sensu Concordata dicantur in Bulla Apostolica tam Ecclesiæ, quàm Nationi germ. salubria, & quòd generosè potius ab ista, quàm ignominiosè inita.

Animadversiones Editoris.

Ad *C. 1. §. 2. n 4.* Rite inquit Auctor, ab HELFERICHIO nimium dici: quod enim de dissensu aliorum Imperii statuum inquit, id ab eo probandum fuerat. Hic vero dissensus Concordatis eo, quo inita sunt, tempore jam oppositus minime probatur ex querelis postea demum motis; ex iis nihil sequitur, nisi Germanos plura existimasse postea adversus Concordata gesta fuisse: de vero

b.) Art. 14. §. 1. Capit. Cæsar.

c.) Confr. *Senckenbergius* method. jurisprud. addit. IV. de libertate Ecclesiæ germ. §. 3. *Anonymi* observ. Historico-Jurid. in Concordata de anno 1771. observ. XI. — etiamsi omne Concordatum deficeret, tamen à gravamine per ipsum Pontificem patet recursus ceu ex ipso jure justinianeo & Capitularibus elucescit. Vide literas Collegii Electorialis ad Augustissimum 19. Martii 1764. quæ extant apud Anonymum Concordata Nat. germ. integra variis additamentis illustrata in 8. p. 342. hoc anno reimpressa.

d.) 6. April 1770. edit. sub præsidio P. Antonii Schmidt S. J. intitulatam — de Imperatore Concordatorum protectore.

ro item eorundem sensu alia subin a Curia Romana arbitratos fuisse: immo vero ex his ipsis consensus potius antea Concordatis praestitus satis luculente patet. Adde generalem eorundem observantiam, ipsasque Leges Imperii ab Auctore §. 5. adductas. Nonnisi in Comitiis ejusmodi pactum condi potuisse, atque exin, quod factum id non fuerit, invalidum esse: ut vult denuo H E L-F E R I C H I U S, aeque exploditur facile, tum quod a paucis Nationem repraesentantibus, ejusque Facultate munitis pactum iniri queat universam deinde Nationem obstringens; quod factum ita esse exinde colligitur, quoniam Nationis Alemannicae repetita constansque mentio fiat (nisi dicere velis, fraude actum cum *Nicolao V.*) tum, quod assensus postea praestitus sufficiat: cui adde, indubie saltem illos ipsos, qui ipsimet praesentes contraxerunt, obligatos fuisse. Parum sane bona fide neque Germana agunt scriptores isti, qui, postquam toties totque adhibitis remediis Concordatorum custodiam Natio universa ursit, ex prætextibus undecunque quaesitis vinculum obligationis omne discerpere volunt, atque abrumpere. Quae deinde A N O N Y M U S *in Observat. Historico-Jurid. in Concordata Obs. 19.* ab Auctore relatus §. 4. n. 9. affert de Concilio a Pontifice Germanis promisso, neque dein convocato, et collabescente inde Concordatorum Aschaffenburgensium valore, attigi in *Diss.* mea *de* I M P E R. *Concordatorum Protectore §. X.* deinde in hoc opere subjecta. Quid tamen ex eo promisso expetere queant Germani, vide apud N E L L E R U M *Diss. praecedente C. 1.* § *XII.* B A R T H E L *Diss. 3. ad Concord. C. 1. §. 16.*

Ad ejusdem C. §. 5 n 4. Minime nunc attendendum est, quid aliquando ab aliquibus cogitatum fuerit, sive recte illud, sive temporum injuria: sed num denique aliud quid actum fuerit; jam vero cum in hac, qua versamur materia, revera inter utramque partem paciscentem conventum alia ratione non fuerit, pacta semel inita salva persistent, atque intemerata. Eruditionis tamen causa in re non ubique obvia, praecipua annectam de eo quondam Germanorum sanctionis pragmaticae condendae consilio. De ea re non solum testatur A E-N E A S S Y L V I U S *Tract. de Moribus Germanorum*, sed et ipse ejus compendium recenset his verbis: *Non est hujus loci*, inquit, *quid pragmatica ipsa contineat, capitulatim explicare. Summam vim ejus respicimus, quae huc tendit: ne Germanica Natio jussionibus Apostolicae sedis (scilicet placito congruo non munitis) obedire cogatur: nequid pecuniarum ad Romanam Curiam deferatur: nam hoc est, quod omnes sibi querelae volunt, hoc queritur, dum causae in partibus retinendae dicuntur, dum Praelatorum electiones ad Metropolitas deferuntur, dum beneficiorum collationes Ordinariis reservantur, dum Annatarum exactiones prohibentur etc.* F R I D E R I C O III. assensum negante res affectu caruit. Resumptum fuit negotium istud sub M A-X I M I L I A N O I occasione Gravaminum A. 1510. in Comitiis Augustanis Imperatori oblatorum, qui propterea secretarium suum I A C O B U M S P I E G E L I U M

ad

ad celebrem eo aevo virum IACOBUM WIMPHELINGIUM misit, addito exemplo sanctionis pragmaticae Gallicanae, ut ad ejus normam Germaniae accommodam dilinearet. Designatam quoque fuisse patet tum ex FREHERI *Scriptor. Rerum German. Tom. 2.*, tum GEORGII *gravaminibus Nationis Germanicae etc.*, ubi ejus synopsis habetur. Integra continetur libello hodie rarissimo, excuso *Selestadii Anno MDXX.* in aedibus *Lazari Schurerii* hoc titulo: *Divo Maximiliano jubente Pragmatice sanctionis Medulla.* Eum libellum a se in Bibliotheca sua possideri ait HAEBERLIN *Hist. Tom. 9. p. 483.* sed et hoc consilium ita nunquam effectui datum fuisse certum est, ut ea sanctio Imperii Lex, eo, quo forma Reipublicae nostrae requirit modo, evaderet: quare patet denuo, quod antea dixi, cum hactenus actum aliud nil fuerit, CONCORDATORUM *Aschaffenburgensium* etiam vim atque valorem frustra impugnari, immo ea consilia privatorum ad turbas potius aut augendas, aut excitandas novas, quam sopiendas collimare.

Ad ejusdem C. §. 8. n. 6. Difficultas quoad *Capitula Protestantica* ex eo consurgit, quod quidem menses Pontificii quoad eadem *ex Art. 5. §. 19. 20. P. W.* locum non habeant; determinatum autem ibidem non fuerit, nec aliis ejusdem pacis textibus expressum penes quem porro jus conferendi iisdem mensibus esse debeat. Illud Principibus et Dominis *territorii* vindicat BOEHMERUS *I. E. L. 3. Tit. 5. §. 120.* eoquod mensibus Pontificiis cessare jussis propterea Capitulis plus juris, quam antea habuerint, attributum non fuerit, sed illud, quod antea exercuerunt, saltem relictum: quare si jus conferendi mensibus jam nominatis Domino territorii adscribatur, Capitulis injuriam nullam inferri. HORNIUS *Iur. Publ. C. 60. §. 11.* saltem hanc rem adhuc *dubiam*, et necdum expeditam quoad Capitula Protestantica, et mixta quoque fatetur. Pro Capitulis facit, quod illa ante Reservationes Pontificias vix non universim gavisa fuerint jure adlegendi sibi novos Canonicos in locum defunctorum: reservationes quidem illae, praecipue postquam complures in Concordatis retentae atque stabilitae fuerunt, obicem huic Capitulorum juri posuerint: eo autem deinde quoad Capitula, de quibus hic quaeritur, ex P. W. locis citatis remoto, eo quoque ipso jus antiquum Capitulorum reviviscere videatur. Quodsi nunc ex systemate Protestantium hodierno loqui velis, tum ipsi jus suos sibi designandi Ministros inter Collegialia recensent: igitur et jus suos sibi adlegendi sodales Capitulo tanquam Collegio, ex natura Collegii proprium dicere debent: illud autem P. W. tempore aut, si mavis, jam ante eam pacem vel expresse, vel tacite in Principes translatum fuisse, sat luculente probari non posse videtur; nisi diutina eaque quieta ab ea aetate possessio Dominis territorii suffragetur; quo ego sane hanc litem, quam hic definire nolo, potissimum redire existimo.

Ad C. 2. §. 2. n. 4. Quae hic Auctor de *Primis precibus* inquit, suo loco illustrabuntur lucubrationibus virorum clarissimorum huic operi inserendis, novisque, si res feret, etiam animadversionibus, quare hic plura non adjicio.

Ad C. 3. §. 7. n. 3. Ego quoad hanc de *praescriptione intuitu Concordatorum* materiam sane necessario sequi existimo exinde, si haec praescriprio a Germanis adoptatur, uti eam solide defendit Auctor, eam vicissim Curiae Romanae negari non posse. Profecto cur illa titulo praescriptionis pro se allegando excludatur, nil quicquam afferri potest, quin idem retorqueri possit adversus praescriptionem a Germanis admissam. Recte quidem ait Auctor praescriptionem illam Romanam praesumptione fundationis aeque ac Germanam niti non posse: at enim id necessum non est: potest quoque ex parte ejus adesse bona fides vario ex capite, uti dum textum Concordatorum favere existimat, quod fors non item concedunt Germani; potest adesse debita possessio eaque per tempus hominum memoriam excedens continuatum, dum Ecclesia quaedam peculiaris non satis vigilavit sibi, juribusque suis, collationes Romanas non solum admittendo, sed et existimando eas adeo menti Concordatorum conformes esse aut fuisse: verbo, omnia ad praescriptionem vel si mavis observantiam legitimam requisita conspirare possunt: cur igitur eadem in favorem Pontificis adducta excludi queant, non video.

VIII. IPSIUS

VIII.

IPSIUS EDITORIS
DIATRIBE
DE
IMPERATORE CONCORDATORUM
PROTECTORE
AD ILLUSTRANDUM ART. 14. CAPITULAT. CAESAR. §§. 1. ET 3.

Heidelbergae Anno 1770.

§ I.

Promittit Imperator Capitulationis suæ *Art. 14. §. 1.* atque verbis iteratis §. 3. se daturum operam, ut Concordata Principum, pacta item alia inter Apostolicam sedem, & Nationem Germanicam inita intacta omnino illæsaque serventur, nullaque eis ulla ratione vis atque injuria inferatur: ad hunc capitulationis Cæsareæ locum pauca quædam commentari libet, non, uti spero, prorsus inutilia, cum id Cæsaris promissum jure firmissimum pro Ecclesiæ Germanicæ juribus præsidium non immerito dixeris.

Synopsis Art. 14. §. 1. & 3. Capitulat. Cæsar.

Verba ipsa ut recenseam id quidem superfluum existimo, cum, uti credo, Capitulatio ipsa Cæsarea passim teratur manibus eorum, qui non publicæ solum Imperii nostri jurisprudentiæ, sed & sacræ, præsertim Ecclesiæ nostræ Germanicæ operam navant. Inde usque vero a Concordatis initis curæ fuit semper præcipuæ Germanis, ea quoque nequa ratione labem facerent: de ea re actum in diæta Confluentina Cleri Rhenani 1479. Comitiis Imperii 1497. eorumque Recessu §. 24. in iisdem Augustæ 1500. n. 45. §. 3. de quo vide *Collect. Rec. Imp. Nov. P. 2. 34. & p.* 83. Capitulationi CAROLI V. jam ea res inserta atque deinceps nunquam non ad idem Imperatores solennibus verbis adstricti. Extat item in norma aut, ut vulgo dicunt, projecto Capitulat. perpet. Art. 14.

§. II.

§. II.

Quod ibi Cæsar promittit, ei jam tanquam Ecclesiæ Germanicæ Advocato competit.

Nititur vero ea Cæsaris promissio augusto illo Advocati munere, quod non solum in universam Ecclesiam gerit *Capit. Art. 1.* § *1* sed & modo quodam peculiari in Ecclesiam Germanicam: nemo enim non videt Advocati esse atque Protectoris, ut jura Ecclesiæ suæ legitima ratione adquisita auctoritate sua suprema sarta tectaque conservet. Scripta de hac Augusti Advocatia generatim agentia recenset PFEFFING *Tom 3. p. m.* 101. conferri quoque potest P. PETR. GALLADE *Diss de Advocatis Ecclesiast. Heidelb.* 1768. res enim ista hoc loco pertractanda pluribus non est.

Quod igitur jam alias præcipuum quoddam Majestatis Cæsareæ munus fuerat, id enixiori quadam voluntate sese Concordatis impensurum Imperator in sua Capitulatione spondet: inde CAROL. VI. Rescript. 25. Jan. 1729. ad Ecclesiam S. Gereonis Coloniæ apud L. B. DE CRAMER *Nebenstunden* 61. *Theil* 2. *Abhandl.* inquit: *als findeten Allerhöchst gedacht Ihro Kayserl. Majestät, als Obrister Schutz- und Schirmherr deren teutschen Stiffter und Kirchen, auch ihrer wohlhergebrachter Rechten, Freyheiten und Gewohnheiten sich unumgänglich bemüssiget:* In Bulla item CLEMENTIS VIII. 1603. 15. *Jan.* dicitur: *Cæsareæ Majestati tuæ, quæ pro sua insigni æquitate & prudentia se Defensorem, ut par est profitetur* eorum, *quæ jam pridem inter hanc sedem & Nationem Germanicam pacta sunt & conventa, quæ Concordata vocantur &c.* apud BARTHEL. *Tract. Histor. Canon. Dogmat. de Concordat. Præfat.* §. 16.

§. III.

Ad quæ jura tuenda se obstringat.

Inter Ecclesiæ Germanicæ jura eminere pacta illa publica, quæ concordata passim dicuntur, extra dubium est. Eorum historiam texere harum pagellarum limites non sinunt: id paucis adnoto, huc non solum *Concordata Aschaffenburgensia* sive *Aschaffenburgi* inter NICOLAUM V. & FRIDERICUM III. inita pertinere, sed & ea omnia, quæ ex *Decretis Basileensibus* ad disciplinam spectantia in Germania recepta sunt sub ALBERTO II. *in Comit. Moguntinis* anno 1439. ea quoque receptione per EUGENIUM IV. Bulla: *ad Tranquillitatem* 1447. pro Ecclesia Germanica ratihabita, nisi per Concordata posteriora quid denuo immutatum fuerit; immo vero siquæ sunt genuina pacta adhuc antiquiora, uti inita inter CALIXTUM II. & HENRICUM V. 1122. de investituris atque electione Episcoporum Germaniæ, de his quoque, quæ porro adferam, dicta sunto: hæc quoque nomino, nam HOFFMANNUM *in Diss. ad Concordatum* HENRICI V. & CALIXTI II &c. negantem ea, prout hodie extant, genuina esse, cui favet ESTOR Freyheit der deutschen Kirchen §. 273. castigavit DÜRR *in Diss. de Judice Controversiarum in caussis electionum Episcoporum Germaniæ* 1768. fol. 30.

Profecto ad omnia illa suprema se Cæsaris protectio porrigit, quæ unquam justo titulo sibi Ecclesia Germanica peperit dicam, an recuperavit potius, jura.

Art.

Art. Capitulat. cit. §. 1. & 3. verbis expreſſis ſollicitudinem ſuam *Concordatis Principum* addicit Imperator; ſuus itaque & iis ſervandus aut reddendus vigor, ea enim ab *Aſchaffenburgenſibus* illis Concordatis diverſum quid inſinuare extra controverſiam eſt, cum ab his nonnisi arctiores quosdam limites in aliquibus rebus recipiant ſalva ceterum illæſaque, uti patet ex §. 8. *Concordator. Aſchaffenburg.* hiſce verbis: *in aliis autem quæ per felicis recordationis Dominum Eugenium Papam quartum pro natione præfata usque ad tempus futuri Concilii permiſſa, conceſſa, indulta atque decreta & per memoratum Ss. D. N. Papam Nicolaum confirmata fuere, in quantum illa Concordiæ præſenti non obviant, iſta vice nihil extitit immutatum:* ſimilia leguntur in Bulla Confirmationis NICOLAI V. §. 5. Conf. Auctorem Tractatus, qui titulum gerit: *Concordata Nationis Germanicæ integra &c.* extat apud L. B. DE CRAMER *Nebenſtunden* 49 *und* 50 *Theil. Diſſ.* NELLERI *de certis S. Concilii Baſileenſis Decretis maxime Hierarchicis a Germania & Gallia* 1438. & 1439. *acceptatis, Germaniæ ab* EUGENIO IV. *S. P. indultis per harum nationum cum S. Sede Concordata* 1448. & 1516. *immutatis vel non: adde* HONTHEIM *Hiſtor. Trev. Diplom.* Tom. 2. p. 406. ſeqq.

§. IV.

Triplici porro ratione a partium alterutra pacta ejusmodi labefactari poſſe exiſtimo: aut enim perſpicua illorum mens eſt, aut dubiis adhuc obnoxia: quodſi prius, tum vel omittitur, quod tamen pactis iſtis ita volentibus præſtandum erat; vel ſub quodam prætextu præripitur alterutri juris ex iisdem adquiſiti uſus: utraque ratione ea violari quivis perſpiciet illico: quodſi alterum, vis quoque iis fiet, ſi interpretatio ſuſcipitur tentaturque parte altera nec audita, nec adſentiente.

Qua ratione læsi poſſint.

Priora quidem duo, uti in pactis aliis quibusvis controverſiæ nulli ſunt obnoxia: poſterius quoque ex indole naturaque pacti ſua ſponte fluit, quod quemadmodum partium libero conſenſu conflatum eſt, ita & eorundem eſt, communibus conſiliis dubia deinceps enaſcentia dilucidare: ſed rem hanc de Concordatis noſtris ſolide oſtenderunt BARTHEL. *Diſſ.* 1. *de Concord. Tom.* 2. *Opuſc. Cap.* 2. *Sect.* 3. ZALLWEIN *Princip. Jur. Eccleſ. Tom.* 3. *Q.* 2. *Cap.* 3. §. 9. Eventibus iſta particularibus adplicat AUCTOR *der Rechts- und Geſchichts- mäſſigen Erörterung einiger die Concordata nationis Germanicæ, und die von der teutſchen Nation dieſerthalben führende gerechte Beſchwerde betreffender Fragen* 1770.

§. V.

Ex hiſce nunc, quantum ad ſcopum modo noſtrum ſatis, eſt in aprico, quo in eventu Imperatoris ſeſe protectio pro Concordatis exſerere debeat. Jam vero eam præſtare poteſt ſuam apud Pontificem auctoritatem interponendo, nequid Curiæ aut Tribunalibus ſuis permittat, quod Concordatis noſtris repugnet: aut quodſi ab iſtis tale quid tentatum, Pontificem, de cujus æquiſſima atque

Patrocinium a Cæſare qua ratione præſtandum.

que factis ejusmodi contraria ſemper mente merito præſumendum eſt [illegible] Legatos ſuos, Protectoremve Germaniæ de genuina rei ſerie ed[illegible] quippe quæ, uti in aliis quoque judiciis fieri adſolet, a partibus facile in [illegible] ſuum nimium quantum detorquetur, Principemque idcirco facile lat[illegible] poteſt.

Sane GREGORIUS VII. L. 9. *Epiſt.* 31. jam ſcribit: *Non ſolum multa tanquam a nobis deferuntur & ſcripta & dicta, nobis neſcientibus, ſed multa etiam ſubripi poſſunt minus ad ſingula attentis, utpote diviſis ad plurima..... quibus vehementer arctamur:* adde *Cap.* 7. *de Fide Inſtrument. & C.* 41. *de Sent. Excommunicat.* ubi Pontifex denuo inquit, aut veritate preſſa, aut falſa quadam narratione fraudi in curia quoque ſua locum eſſe; quare *vir periIluſtris* SENCKENBERGIUS *Method. Juriſprud. Addit. IV. de libertate Eccleſiæ German.* §. *III.* verbis graviſſimis adfirmat, nunquam non Pontificem melius edoctum, quoque conatum fuiſſe, malo remedium adhibere: atque ut verbis ejus utar: *ſemper gravaminum inprimis per Hadrianum VI. oblata medela, & ſi promiſſa in plurimis irrita manſere, res in modo hæſit, aut turbæ intervenere, ut de cardine quæſtionis cogitari haud poſſet..... Cives noſtri gens bello adſueta rerum novandarum cupida in ſe ipſa diſcors habet, quod ſibi in ceſſando imputet, nunquam refragantem Eccleſiam experta, cui potius media præſtandi ipſa ſubtraxit &c.* ex quibus adparet quam multo æquior ſit SENCKENBERGIUS Proteſtanticis licet ſacris addictus, quam FEBRONIUS cum ſuis, tam lugubribus orbem lamentis implens, ut omnia peſſumdari crederes. Hac vero, qua ante diximus, ratione reſcripſit ad *Cardinalem* CIENFUEGOS CAROLUS VI. apud L. B. DE CRAMER, *Nebenſtunden* 61. *Theil* 2. *Abhandl. jam cit.* ubi & alia, quæ huc faciunt, videri poſſunt: adde reſcripta ſimilia LEOPOLDI & JOSEPHI I. apud PFEFFINGER *Tom.* 3. *p. m.* 108.

§ VI.

Qua porro?

Quodſi nihilominus ſententia lata eſſet jamdum Concordatis adverſa, aut aliud quiddam decretum, Cæſaris utique erit interim providere, ne executione quoque peracta majus adhuc Germanicæ Eccleſiæ juribus præjudicium creetur, atque ita a Pontifice melius edocto detrimentum amoveatur: idque adhuc magis multo, quodſi fors Epiſcopus quidam Germaniæ ex Pontificis indulto juribus Apoſtolicæ ſedis ex Concordatis competentibus fruens talia decerneret.

Licet Romanus Pontifex, inquit BONIFACIUS VIII. *Cap.* 1. *de Conſtit. in* 6. jura omnia in ſcrinio pectoris ſui habere dicatur, tamen locorum ſpecialium & perſonarum ſingularium conſuetudines & ſtatuta cum ſint facti, & in facto conſiſtant, poteſt probabiliter ignorare: ideoque S. BERNARD. *Ep.* 108. *Nec pigeat Apoſtolicam ſedem revocare, quod a ſe forte deprehenderit fraude elicitum, non veritate promiſſum.* Ad hunc modum Senatus Imperii Aulicus irritam juſſit executionem in conferenda Parochia *Grandi Fontana in Principatu Baſileenſi* adverſus Concordata, *Concluſo* 23. *Jun.* 1760. quod vide *in der neuen Staats-Canzley Tom.* 2. *p.* 491.

§. VII.

§. VII.

A Principe id expetere, quod augusti jamdum officii pactique præterea peculiaris ratio ab eodem exigit, nullo jure prohibitum est, immo ne prohiberi quidem potest. Profecto hoc ipsa ratio inculcat, cum supervacaneum alias omnino id munus esset in Principe, nisi subjectis quoque pro eo implorando confugere ad pedem solii liceat. Quare pro impertienda suprema sua Concordatis protectione ad Augustum recurrere sine piaculo cuivis licebit.

Patrocinium Cæsaris in his caussis, omnino implorare licet.

Si placent exempla ad hanc rem Patrum quoque sanctissimorum in quibusdam casibus protectionem Principis implorantium, videri ea possunt apud PETRUM DE MARCA *de Concordia sacerdotii & Imper. L.* 4. *c.* 1. VAN ESPEN *Tract. de Recursu ad Principem Tom.* 2. ejus operum *C.* 1. §. 6.

§. VIII.

Neque hac ratione dici poterunt caussæ Ecclesiasticæ ad tribunalia judicesque Laicos adversus SS. Canonum placita pertrahi: toto enim inter sese cælo differunt, in caussa quadam proprie spirituali & Ecclesiastica ita implorare tribunal Laicum, ut illud judicis officio fungatur, cognitionem eo fine instituat, quo litem sententia auctoritate judicis prolata definiat, eandemque dein executioni mandet; & alterum illud, de quo nobis sermo, Principem videlicet tanquam Ecclesiæ Advocatum Protectoremve adire, ut is auctoritate sua impediat, ne ipsi Ecclesiæ juribusque ejusdem legitima ratione adquisitis vis aut injuria inferatur.

Id non obstat Ss. Canonibus.

Profecto aut otiosum esse debet in Principe Advocati Ecclesiæ munus nudumque sine ullo effectu nomen, aut, quod dixi, menti Ss. Canonum adversum esse non poterit. Cum vero non deceat, ut illico quibusvis precibus aures sacra Majestas Cæsarea præbeat, iisque propositis solum auctoritatem continuo suam interponat, eoquod & illi res non ea, qua gesta est, serie ob oculos poni possit: negari non potest, rem totam eo sensu a Cæsare supremisque Imperii tribunalibus in examen revocari posse, ut ex genuina facti serie constet, an revera præjudicium quoddam Concordatis adlatum sit, an secus; hoc autem modo de caussa quoque Ecclesiastica cognitionem instituere, nil denuo est, quod Ss. Canonibus adversetur. Conf. Responsa *Universitatis Parisiensis & Lovaniensis ad Quæst.* 12. *apud L. B.* DE CRAMER *Nebenstunden* 43. *Theil* 4. *Abhandlung.*

§. IX.

Quodsi autem nec illa Cæsaris interpellatio, nec consequens eam facti cognitio immunitati Ecclesiasticæ quidquam officit; prone fluit, neque auxilium inde ab Imperatore tanquam Ecclesiæ Germanicæ Supremo Advocato dicta ratione præstitum eidem abesse.

Nec auxilium a Cæsare præstitum.

Quemadmodum inane esset Advocati in Cæsare munus, nisi quoque ad illud confugere omni jure licitum foret; ita ea quoque imploratio denuo inutilis foret, nisi Augusto ex eo capite auxilium adhibere non permissum esset solum, sed & ad illud ex pacto suo Regio adstringeretur: quare nec hic ullum aut Ecclesiæ universim, aut summæ Sedis præjudicium sanus quivis subesse pervidebit.

§. X.

Immo vero favet ipsi sedi Apostolicæ.

Immo vero, quæ hic tradidi, in ejusdem Sedis Apostolicæ favorem omnino etiam pertinent. Fac enim Concordata lædi in illius detrimentum, neque præstari, quæ vi ejus pacti exigere potest, neque permitti juris ex illo comparati usum: tum enim vero dubium non est, quin & hoc rerum situ ab Imperatore postulare possit Pontifex, ut is auctoritate quoque sua ad implenda Concordata detrectantes compellat; idque non ex eo solum, quod sese nullo discrimine adjecto effecturum promiserit, ut Concordata intemerata persisterent, sed & quod Capitulationis *Art. 1. §. 1.* Sedi Apostolicæ disertis verbis protectionem suam sit pollicitus.

Quod uni parti justum est, alteri non est iniquum: minus itaque æquum cuivis nullis præjudiciis occupato videbitur illico, a Pontifice exigere velle, ut concordatis nunquam non ad amussim fiat satis, neque tamen vicissim velle ea præstari, quæ ex parte altera eadem pacta verbis tam solennibus exigunt. Atque hoc ego quidem ipsi naturæ juri consonum magis existimo, quippe quod pacta utrinque observari præcipit, quam quod suggerit FEBRONIUS *Tom. 1. c. 8. §. 9.* Concordata ejusmodi cum sede Apostolica inita impune conculcari posse non adfirmans solum, sed & suadens, quippe quæ per injuriam temporum, ignorantiamve extorta essent: quod quidem de temporum injuria inquit, ut taceam historiam callenti in aprico esse, eam ætatem Pontifici potius, quam Germaniæ gravissimam fuisse, id sane latissimam aperit viam omnibus pactis publicis convellendis incredibili generis humani periculo: quod de ignorantia loquitur, tum se ipse perimit, totus quippe alibi in eo est, ut & ex eo ævo corrasis undique testimoniis ostendat, perspectum jam tum fuisse pluribus, minime ex Primatu Apostolico ea profluere jura, quæ Pontifex sibi tribuere conetur. Sed, qui præfationem *Tomi 2. sive Vindiciarum* FEBRONII compilavit 1770. ex eo absolvi putat Germanos concordatis, eoquod per Pontificem steterit, ne conditio illa, *nisi in futuro Concilio de consensu Nationis aliter ordinetur*, impleretur: ut prætermittam denuo, quæ de vi & mente ejusmodi conditionis dici possent, quis unquam a tempore *Tridentini* eas audivit quærelas, ab Imperatore aut Ecclesia Germanica expetitum fuisse Concilium Pontifice reluctante atque negante? quæ ex PALLAVICINO *Lib. 16. Cap. 10. n. 9. Histor. Conc. Trident.* recitat vindex FEBRONII *cit. Tom. 2. f. 470. de Concilio generali non cogendo nisi in extrema necessitate*, hujus denique scriptoris sensa sunt ea occasione insinuata, dum controversia inter oratores Principum Christianorum, utram in partem a Pontifice discederetur, Ecclesiam gravissimis malis expositura merito timebatur: *Auctor Historiæ pragmaticæ Bullæ in Cœna Domini Parte 3.* edita 1770. f. 82. ipse ex parte viam omnem præcludi Conciliis istis exinde fatetur,

fatetur, eoquod orbis Christianus in tot imperia neutiquam sibi obnoxia nunc dissectus diversissimam, ut ajunt, rationem status adoptarit: immo vero illa ipsa Concilia *Constantiense & Basileense*, adeo FEBRONIO laudata, exemplo futura inquit, ut ad simile quid expetendum orexis non proliciatur. *Auctor porro Anonymus Princip. juris publici Eccles. Catholicorum C.* 12. §. 7. inquit Pontificem ex eo videri recedere posse a Concordatis, quod Imperium *Art.* 5. §. 19. & 20. Pacis *Westphalicæ a fide Pontifici per Majores data resilierit primum, pacto solenni contrario.* Quodsi nunc vel Oedipus eris, frustra divinabis quidquam, ad Triumviros istos tanti nihilominus nominis inter sese conciliandos. Quare inter avia ista deviaque media eaque æquissima, quam indicavi jamdum, via tenenda: uti nimirum rite exigitur ab Aula Romana, ut illa Concordatis satisfaciat, ita & idem ipsi præstandum, donec ipsi illi, qui hæc pacta inierunt, aliter in se convenerint.

§. XI.

An recursus ad Comitia hic locum habere possit.

Porro Imperii universi revera interest, ne detrimenti quidquam Concordatis inferatur: res autem Juris publici Germanici interpretibus explorata est, non quidem passim in caussis quibusvis privatis ad Comitia recurri permissum esse Legibus Imperii, id tamen jure fieri posse in iis, ubi per consecutionem ineluctabilem præjudicium ipsis Statuum juribus infertur. Si, qui de hac re egere, desint, *vide* BUDERUM *in Repertorio reali pragmatico juris publici & feudalis ad hanc vocem.* Comitia vero quidni pari Jure Ecclesiæ Germanicæ juribus invigilent? at enim fieri posse, ut Concordatis passim neglectis juribus istis vulnus omnino grave inferatur; rimanti, ut opinor, facile patebit: quare in eo eventu Comitia ipsa rite interpellari posse dubium non est.

Huc spectant, quæ jam paulo ante recitavi in Comitiis hac de re acta; gravamina item alia in iis hinc inde proposita. Conf. *R. J.* 1530., §. 132. *Norimb.* 1524, §. 29. scripta de hac re recenset STRUV. *Corp. Jur. Publ. c.* 11. *§.* 14. *in not.* Comitia hoc modo imploravit pro commendatione apud Cæsarem interponenda in simili caussa *Legatus Monasteriensis apud* PFEFFING. *Tom.* 3. *p. m.* 108. Alia vide apud DAHM *de jure Comitiorum Imperii circa Sacra Mog.* 1747. §. LIV. Hoc vero remedium aliquando arripi necesse non erit, regnante JOSEPHO II. pro Imperii non minus incolumitate, quam pro Ecclesiæ Germanicæ juribus peræque excubante, quem Deus O. M. diutissime sospitem nobis velit.

§. XII.

An ad Serenissimum Collegium Electorum.

Serenissimum Electorum Collegium conflatum est ex præcipuis Imperii membris & columnis, uti vocantur *A. B. C.* 2. §. 8. adde *C.* 3. §. 1. *Cap. Nov. Art.* 1. §. 2. *Art.* 3. §. 1. quare eorundem est, pro tuendis non solum Imperii, sed & Ecclesiæ Germanicæ prærogativis præcipuam cum Cæsare operam

conjungere. Hujus igitur Augusti Collegii protectio atque patrocinium implorari jure optimo poterit, siquid adversus Concordata fieri contingeret.

Demonstravit hanc suam pro Concordatis sollicitudinem Senatus iste Regius literis suis collegialibus ad Imperatorem 1764. quæ extant apud L. B. DE CRAMER *Nebenstunden* 48. *Theil*, ubi Serenissimi Electores inter alia petunt ab Imperatore: *Dass der hierunter* (adversus Concordata) *betroffene Theil sich jedesmahl zu allerhöchst Ihro gerechtesten Thron wenden und* NB. *besonders auf dieses allerunterthänigste Gesamt-Schreiben beziehen dörffe.* Quid complures Imperii Electores egerint non ita pridem in caussa quadam illustri Germaniæ vide *apud eundem* l. cit. Serenissimus noster ELECTOR PALATINUS in literis, quas ibidem adfert laudatus Auctor ad summum Pontificem inquit: *ad tuendum systema libertatis Ecclesiæ Germanicæ Electores atque Principes Imperii sanctionibus mutuisque fœderibus obligatos. Art. nimirum. Capit. Cæs. Art.* 14. §. 3. ut quid Concordatis adversum fieri permittatur, Electorum consensus desideratur, ibi: *Und hinführo dergleichen ohne Bewilligung der Churfürsten nicht zugelassen werde*: eum vero consensum collegialem, ut ajunt, esse oportere ostendit HAHN *diss. De insigni libertate Cleri Germanici circa impositionem decimarum* §. 13. demum *l. cit. Cap.* §. 2. Imperator pollicetur se ex Consilio Electorum, Principum & Statuum quasvis Concordatorum læsiones amoliturum: quid vero aliquando interregni tempore post CAROLI VI. obitum circa verba isthæc actitatum fuerit, refertur ab Auctore *jam cit. Tractatus, Concordata nationis Germanicæ integra in not. ad* §. 27. *lit. W W.*

IX. FRAN-

IX.

FRANCISCI IGNATII WEDEKIND
U. J. D antea Reverendissimi ac Celsissimi S. R. I. Principis Fuldensis Consiliarii Aulici, et in Alma Fuldensium Universitate Adolphiana Professoris Pandectarum ordinarii, nunc Serenissimi Electoris Palatini Regiminis Consiliarii, Universitatis Heidelbergensis Pro-Cancellarii, et Prof. Jur. Publ. et Feudalis Ordin. Com. Palat. Caesar.

DISSERTATIO HISTORICO-JURIDICA
SUCCINCTAM
HISTORIAE
PACIFICATIONEM RELIGIOSAM
CONCERNENTIS
SYNOPSIN
EXHIBENS
Fuldae 1738.

Ansam Pacis Religiosæ dedit dissidium circa Religionem exortum, quod ita dicta (a) *Reformatio* à Luthero Anno 1517 Wittebergæ suscepta in Imp. Rom. Germ. suscitavit, cujus rei gestæ sequens esto synopsis: Miserat nempe Leo

a) *Reformatio.* Oderunt à primis incunabilis usque in hanc diem catholici Theologi hunc characterismum, cum neque quoad dogmata fidei, neque quoad disciplinam & mores, neque quoad studia ad rem literariam, neque quoad statum politicum vera sit reformatio, pro ut per varias quæstiones eruditiùs elaboratas de reformatione per D. Protestantes malè prætensâ ejusque effectibus imperio nostro funestis inter alios latiùs discurrit *Reverendus P. Ignatius Schwartz S. J. in principe Ecclesiastico lineamento VI. & in suis Collegiis historicis part.* 4. *pag.* 240. *ad* 426. allegatque ibidem celebres Protestantium Auctores imò sæpiùs & ipsa Lutheri scripta. Cautius verò loquatur publicista,

Leo X. ſummus Pontifex Joannem Tezelium Dominicanum cum poteſtate ſolemnes populo indulgentias per Germaniam denunciandi, Lutherus cum id muneris diligentius ſibi fortaſſis arrogâſſet, in ipſas indulgentias Anno 1517. declamare cœpit, tum (*b*) *pro concione*, tum propoſitis palam (*c*) *Theſibus*. Prodiit contra eum ejusque aſſeclas â novâ Doctrinâ ut deſiſterent ſæpiùs (*d*) *Monitos* Anno 1520. Bulla (*e*) *Excommunicationis* â Leone X. prodiit itidem Anno 1521.

ciſta, neceſſe eſt, ſi intueatur art. 5. Inſtr. Pac. Weſtphal. Capit. noviſſ. art. 2. in fine & Edictum ab Auguſtiſſimo Imperatore Carolo VI. Anno 1715. hac in materia emanatum *quod extat apud Schmaus in corp. Jur. pub. Academ. pag.* 1510.

b) *Pro Concione*, qua emovit ſeditioſam plebem ad excutiendum Magiſtratuum maximè Eccleſiaſticorum Jugum; inculcavit Pontificis authoritatem non eſſe legitimam, nec a Deo inſtitutam, ſed uſurpatam & tyrannicam Anti-Chriſto propriam, & ideo non curandam, hinc ejus Jurisdictionem in Eccleſiaſticis prorſus abolevit, Jus ſacrorum in Principes ſæculares transtulit, Epiſcopatus, Cænobia, Eccleſias, bonaque Eccleſiaſtica occupandi facultatem Dominis Territorialibus competere, in cathedra & ſcriptis propalavit, *vid. Eminentiſſ. Sfondrati in Gallia vindicata Diſſ.* 2. §. 1. *N.* 3. *fol.* 381. Addatur ex Dominis Proteſtantibus *Brochmandus præco Coppenhagenſis in Exam. pol. confeſſ. Auguſt. fol.* 163. ubi: D. Luther gab denen Fürſten die Stifft, Klöſter, Abbteyen, den Prieſtern gab er die Weiber, dem gemeinen Mann die Freyheit, und das that viel zur Sach. Confer. ea quæ notavi Lit. g. pag. 4.

c) *Theſibus*. Notentur literæ Imperatoris Maximiliani I. in quibus certiorem facit ſummum Pontificem Leonem X. *Martinum Lutherum nonnullas concluſiones in materiâ indulgentiarum ſcholaſtico more diſcutiendas diſſeminaſſe, nec non in concionibus ſuis & de eâ re & de vi Apoſtolicarum Excommunicationum plurima docuiſſe, in quibus damnoſa & hæretica videantur.* Hæc ſunt ipſiſſima literarum formalia, quæ extant apud *Lünig* im Reichs-*Archiv ſpicil. Eccleſ. part.* 1. *pag.* 369.

d) *Monitos*. Bullam qua ſummus Pontifex Leo Lutherum Ejusque aſſeclas Anno 1520. dehortatus, ut a nova doctrinaa orthodoxæ fidei præjudicioſa deſiſterent, & in caſu contumaciæ hæreſeos damnavit, exhibet *Lünig loc. cit. pag.* 370.

e) *Excommunicationis*. Extat apud Lünig cit. loc. pag. 376. propter hanc Bullam Summus Pontifex arguitur nævi cujusdam politici ab ipſis DD. Proteſtantibus. pro ut videre eſt *in ſpeciali tractatu viri doctiſſimi Gottlieb Samuelis Treveri Profeſſoris quondam Helmſtadienſis, nunc vero Göttingenſis Anno* 1718. *Lipſiæ edito ſub rubrica:* Die politiſche Fehler des Päbſtlichen Hoffs, welche die Reformation Lutheri befördert. Addantur ea, quæ De *Puffendorff* in der Einleitung zur Hiſtorie c. 12. vom Päbſtlichen Stuhl fol. 800. Endlich hat auch der Pabſt ſelbſten mit ſeiner üblen Conduit ſich groſſen Schaden gethan, dann es war ein groſſes Verſehen, daß Leo X. ſo gar hietzig der Ablaß-Krämer Parten nahme, durch eine Bull allen Weeg zu einem Accomodement und Luthero alle Hoffnung zum

1521. (*f*) *Edictum* profcriptionis à Carolo V. utrobique hæc nova Doctrina hærefcos damnabatur, cum verò Executio ejus non ubique (*g*) *Succederet*; Actum

zum gütigen Vergleich abschnitte, da er doch vielmehr sich neutral halten sollen &c. stillschweigen, und Lutherum besänfftigen hätte sollen &c. Atque ea quæ *D. Johann David* Köhler in seiner teutschen Reichs. *Historie pag.* 406. Nun hätte der Pabst klug gehandelt, wann er Luthern und Tezeln ihre Sachen mit einander hätte austragen lassen, und sich nicht so gleich mit solcher Hefftigkeit drein gelegt. Itidem ea quæ cit. loc. pag. 418 der hitzige Pabst Leo ist gegen Lutherum unbesonnener Weiß mit den Bann heraus gefahren. Refutantur verò hæc omnia *à Natali Alexandro in Historiâ Ecclesiasticâ sæc. XV. & XVI. fol.* 120. *seq.* imò ex ipso Edicto Wormatienfi Anno 1521. §. dieweilen nun ꝛc. verf. deshalben nicht unbillig unser Heil. Vatter Pabst Leo X. der Heil. Römis. und gemeinen Christlichen Kirchen Obrister Bischoff, dem die Sorg und Versehungen der Sachen so den Christlichen Glauben antreffen sonderlich zusteht, bewegt worden ist, denselben Luther anfänglich NB. Vätterlich und mildiglich zu warnen und zu ermahnen, solcher bösen Anfang abzustehen, und die ausgebreitete Irrsaalen zu revociren, und als er das unterlassen, und darüber je länger je Böseres geübt, hat sein Heiligkeit unterstanden dagegen füglich und nicht ungebräuchlich Mittel und Weeg fürzunemmen und darauf zu mehrmahlen NB. die Cardinäl, Bischöff und andere Prälaten auch der Regulirten Orden Priorn und General, Minister und viel ander treffentlich redlich Leut aller Ehrbarkeit, Kunst und Wissenschafft erfahren, deßgleichen viel andern der Christlichen Nation Doctor und Magister erfordert und berufft, und denselben Martin Luther darzu citirt, und als er ungehorsamlich außblieben ist, all sein Schrifften so in Latein und teutsch außgangen seynd und noch ausgehen werden, allschädlich und dem Glauben und Einigkeit der Kirchen gantz widerwertig verdammt, und auß Päbstlichen Gewalt mit Rath und Willen der gedachten Cardinäl zeitlicher Erwegung Bischöff, Prälaten, Doctores und Meistern allenthalben zu verbrennen und zu vertilgen gebotten.

f) *Edictum.* Extat *apud* Goldast in den Reichs-Satzungen zweyten Theil fol. 187. & *Lünig part. special.* [illegible] *nuat.* 1. unter Kayser *fol.* 182. in quo fit mentio Bullarum antedictarum [illegible]lque totius hujus rei hiftorica relatio. Summam huius Edicti exhibet brevifsimis Joannes Sleidanus *in commentar. de statu Religionis & Re publ. German. sub Carol. V. lib.* 3. *pag.* 67. *ipse scilicet Carolus V. Imperator eum damnat & proscribit ut manifestum & pertinacem Auctorem schismatis, ut manifestum & pertinacem hæreticum, mandat etiam omnibus gravi denunciata pœna ut pro tali agnoscant, & ut post 21. dies, quos ad reditum ei concesserit, quisque det operam ut illum capiat & captum in suam potestatem perducat, eos vero qui quocunque modo faveant, aut operam ei suam communicent, æque proscribit, libros etiam aboleri jubet, & in librarios imposterum gravem constituit pœnam, & hoc quidem suum decretum, quod communi Principum & Ordinum concilio factum esse dicit, sacrosanctum esse mandat.* Ait quidem Sleidanus cit. loc. cum aliis, quod decretum illud non communi ordinum confilio factum, fed faltem a paucis fuerit conflatum, perftringitur autem *a Surio in commentario rer. in orbe gest. fol* 113.

g) *Succederet.* Pertinacius enim poft emanatas Bullas Pontificias & Comitialia decre-

Actum est de eâ (*h*) *In comitiis Norimbergæ Anno 1524.*

Augu-

decreta Lutherus doctrinæ suæ inhærebat, complures illius defensores, fautores atque patronos consequebatur. Causam hujus repentini non minus ac potentis patrocinii assignat. *Glafey in historia Germ. polemica lib.* 3. *cap.* 2. *thesi* 7. *pag.* 615. ex aliis *seq.* doch halten einige darfür, daß solcher häuffige und geschwinde Beyfall schwerlich erfolget seyn dörffte, wenn die weltliche Fürsten bey Lutheri Lehr nicht ihren sonderbaren Profit gefunden hätten, welcher unter vielen andern darin bestunde, daß sie des Päbstlichen Jochs sich entschütteten, das Jus circa sacra selbst in ihre Hände bekommen, und sonderlich ihre Cammer durch Einziehung der Klöster, und geistlichen Gütern vortrefflich bereichern könten, durch diesen Beyfall wurde Lutherus immer dreister, wohinzu noch kamm, daß seine Lehr viel annehmer und practicabler, als der Papisten strenge und kostbahre Bußen und Carnificinen des Fleisches und des Beutels ꝛc. ꝛc. Si ità D. Protestantes statuant, in medium adducere fortè non impingendo contra dispositionem Pac. Westphal. prohibitivam in notis sub Lit. A. allegatam ea liceret, quæ ferè iisdem terminis habet *Illustris D. Neumann de Bucholtz in Annotat. ad Schwederum pag.* 33. quibus hic repræsentandis non sine ratione abstineo.

h.) *In comitiis Norimbergæ Anno* 1524. Anno 1522. status Imperii in Comitiis Norimbergensibus Nuntio Apostolico centum exhibuère gravamina contra Pontificem & Clerum, allegataque reperiuntur apud *Lünig part. gener. continuat. fol.* 408. *Goldast. in* Reichs-Satzungen *Tomo* 2. *fol.* 197. de hisce *Emtssimus Cardinalis Campegius* legatus summi Pontificis in comitiis Norimbergæ circa finem Anni 1523. *teste Sleidano cit. loc. lib.* 4. *pag.* 96. inter alia ita: non eò se venisse, quo flammam aut dissensionem aliquam excitet, ut nonnulli dicant verum & Pontificis & suas quoque cogitationes omnes ad benevolentiam pacem & concordiam spectare, quod scilicet ii qui aberrârunt ac defecerunt in viam redeant utque Conciliorum decreta & Cæsaris atque Ordinum Edicta serventur. *Jam ad rem,* quantum ad ipsorum postulata pertinet, an edita sint ut Romam deferantur, omninò [illegible]scire, tria solùm exemplaria fuisse perlata Romam ad quosdam privatim, [illegible]s unum sibi contigisse, Pontifici autem & Cardinalium senatui non posse persuaderi, hæc à principibus ità fuisse decreta, Sed existimare privatos homines odio Reipubl. Rom. in lucem emisisse, nullum etiam hujus rei se mandatum habere, neque tamen hoc sic accipiendum esse, quasi de eo potestatem non habeat agendi, sed in iis postulatis esse multa, quæ & Pontificis derogent authoritati & hæresin redoleant, & à se tractari non possint, alia verò quæ non adversentur Pontifici, quæque nitantur æquitate se non recusare, quominus de iis & cognoscat, & agat. Sed tamen sibi videri moderatius multò posse proponi, si quid erga Pontificem habeant. Quid hisce in Comitiis fuerit actum latius recenset *Burcard. Gotthelff Struv.* in seiner ausführlichen Historie der Religions-Beschwereden *part.* 1. §. 6. *ad* 9. *pag.* 21. *ad* 32. breviùs autem apud eum *Sleidanus cit. loc. pag.* 102. in Norimbergæ conventu quæstus est, illud edictum Wormatiense, quod communi ipsorum consilio & voluntate factum sit, esse violatum, maximo quidem Germaniæ detrimento, jubebat illud imposterum magno studio servari, Principes ad ea respondent, se quantum ejus præstare possint, facturos. Extat

Auguſtæ Vindelicorum (*i*) *Anno* 1525. & Spiræ (*k*) *Anno* 1526. atque in ultimis Concluſum fuit, in cauſis quæ ad Decretum Wormatienſe pertinerent, h. e. nego-

Eee 2 tium

tat Receſs. *apud Lünig part. gener. continuat. fol.* 454. *item in corp. Receſſuum Imp. fol.* 202.

i) *Anno* 1525. Sleidanus loco cit. lib. 5. pag. 140. de hiſce Comitiis ita ſcribit: Erat per id tempus Auguſtæ Vindelicorum indictus à Ferdinando conventus, quià veró perpauci eo venirent ob ſeditionem popularem, dilata res fuit in annum ſequentem ad Calendas usque Maji (*notetur proem. hujus Receſſus & proem. Receſſus imperii de Anno* 1526.) quod ad tempus ipſum quoque Cæſarem ex Hiſpaniis ad futurum eſſe ſpem faciebat Ferdinandus, ei conventui deſignatur Spira. Decretum fuit tamen inter alia magiſtratui providendum interea eſſe diligenter, ut Concionatores populo verbum Dei proponant, & explicent juxta ſententiam Doctorum quos Eccleſia Chriſtiana recepit, utque doceant non ſeditioſè, verum ſic, ut nomen Dei celebretur, & tranquillitas retineatur. Diſpoſitio citati Receſſus §. 1. Extantis apud *Lünig part. gener. continuat fol.* 457. eſt ſequens: Und nachdem etwan viele Prediger das H. Evangelium und Wort GOttes in mancherley Meynung zu ziehen und zu theilen ſich unterſtehen, ſo ſoll ein jede Obrkeit, ſie ſey geiſtlichs oder weltlichs Stands, ein fleißiges Auffmercken, und ernſtlichs Einſehen haben, daß in ihren Fürſtenthümen, Landen und Gebiethen mitlerzeit das Heil. Evangelium und GOttes Wort, nach rechtem wahren Verſtand und Außlegung deren von gemeiner Chriſtlichen Kirchen angenommenen Lehren, ohn Auffruhr und Ärgernuß zu Erhaltung GOttes Lob, Frieden und Einigkeit gepredigt werde, wie dann auff jüngſt gehaltenem Reichs-Tag zu Nürnberg auch beſchloſſen, und im Abſchied begrieffen iſt, ſolches auch den Predigern anzeigen laſſen, ihm ſelbſten gewarnet zu ſeyn. Varia inde tentata Religionis reconciliandæ media, inter quæ primum obtinere locum videtur Concilium generale liberum hinc in

§. 5. ſeqq. Wir haben auch zu Wiederbringung, Vereinigung, und einhelliger Vergleichung unſers Heil. Chriſtlichen Glaubens, auſſer deren nicht wohl möglich iſt, einen gemeinen Frieden im Heil. Reich und teutſcher Nation zu erheben, gedacht, für nutz- und nothdürfftig geacht, ein gemein frey-Univerſal-Concilium der gantzen Chriſtenheit zu Erhaltung deßhalben fürgenommen, Römiſche Kayſerl. Majeſtät (unterthänigſt Fleiß) bittlich zu erſuchen, daß Ihr Kayſerliche Majeſtät, angeſehen der Zerſpaltung und Zwytracht unſers heiligen Glaubens, damit dieſer Zeit teutſche Nation zum höchſten befleckt, und beladen iſt, gnädiglich verfügen wolle, damit ein gemein frey Concilium auffs förderlichſt, ſo es immer möglich, an gelegene Mahlſtätt teutſcher Nation wie ſich gebührt, verkündiget, und außgeſchrieben werde. So daß erhalten, ſind wir ungezweiffelter Hoffnung, der Allmächtige werde uns allen ſein Göttlich Gnad, zu beſtändiger einhelliger Verſtändnuß und Erkäntnuß ſeines heiligen Glaubens darauß alsdann ein gemeiner Fried, Einigkeit, Ehre, Auffnemmung, Wohlfahrt, rechte Execution guter Policey und Löblicher Regierung in gantzer Chriſtenheit gewißlich erfolgt, mildiglich mittheilen.

k) *Anno* 1526. In hiſce iterum Concilium aliquod tanquam promptiſſimum diſſidia Religionis utriusque componendi medium agnovêre. §. 1. in verbis demnach

tium Religionis quemlibet se ita gerere debere ut actionum (*l*) ***Rationem Deo & Cæsari reddere possit.*** Hoc verò dum (*m*) *Nimis vage* interpretati sunt, atque exinde licentiam ac libertatem vix non indefinitè talem contra Intentionem Cæsaris & statuum Catholicorum sibi competere existimârunt, vehementiùs in Comitiis Spirensibus an. 1529. Cæsar & plerique Status Executionem urserunt alio (*n*) ***Decreto***, nimi-

nach und damit in solchem ein einhelliger gleichmäßiger Verstand in dem Christlichen Glauben gemacht, auch Fried und Einigkeit in teutscher Nation zwischen allen Ständen gepflantz, und erhalten werde, so haben wir auch Churfürsten, Fürsten und Stände solches nicht fruchtbarer, besser, angenehmer und geschicklicher zu beschehen, ermessen und befinden mögen, dann durch ein frey General-Concilium, oder auffs wenigst National-Versammlung, welche in einem Jahr oder anderhalben auffs längst, in teutschen Landen fürgenommen werden solle.

l) *Rationem Deo & Cæsari cit. Recess. Imp.* §. 4. Demnach haben wir auch Chur-Fürsten, Fürsten, und Stände, und derselben Bottschafften, und jetzo allhie auff diesem Reichs-Tage, einmüthiglich verglichen und vereiniget, mittlerzeit des Concilii oder aber National-Versammlung, nichts destoweniger mit unsern Unterthanen, ein jeglicher in Sachen, so das Edict durch Kayserl. Majestät auff dem Reichs-Tage zu Wormbs gehalten, außgangen, belangen möchten, für sich also zu leben, zu regiren, und zu halten, wie ein jeder solches gegen GOtt und Kays. Majestät hoffet und vertraut zu verantworten.

m) *Nimis vagè.* Probatur ipso Recess. §. 3. & 4. Und nachdem in dem Abschied des gehaltenen Reichs-Tags allhier zu Speyer ein Articul begrieffen, inhaltend: Daß sich Churfürsten, Fürsten und Stände des Reichs halben, und derselben Bottschafft einmüthiglich verglichen und vereinigt haben, mitlerzeit des Concilii; mit ihren Unterthanen, in Sachen, das Edict, durch Kayserl. Majestät auff dem Reichs-Tag zu Wormbs gemacht, berührende, zu leben, zu regiren, und zu halten, wie ein jeder solches gegen GOtt und Seiner Majestät hofft und vertraut zu verantworten.

§. 4. Und aber derselbig Articul bey vielen in grössern Mißverstand, und zu Entschuldigung allerley erschröcklichen neuen Lehren und Secten zeithero gezogen und außgelegt hat werden wollen, damit dann solchs abgeschnitten, und weiterm Absall, Unfried, Zwytracht und Unraths fürkommen werde. Jam sequitur id quod in

n) *Decreto alio.* so haben wir uns sammt Churfürsten, Fürsten, Prälaten, Graffen und anderen Ständen entschlossen, daß die jenige, so bey obgedachten Kayserlichen Edict, biß anhero bleiben, nun hinfüran auch bey demselben Edict, biß zu dem künfftigen Concilio verharren, und ihre Unterthanen darzu halten sollen, und wollen, und aber bey den andern Ständen, bey denen die ander Lehre entstanden, und zum Theil ohne merckliche Auffruhr, Beschwerd und Gefährd nicht abgewendet werden mögen, so soll hinführo alle Neürung, biß zu künfftigen Concilio, so viel möglich und menschlich verhütet werden §. 5. Und sonderlich soll etlicher Lehre und Secten, so viel die dem Hochw. Sacrament unsers HErrn JEsu Christi zugegen, bey den Ständen des Heil. Römis. Reichs teutscher Nation nicht angenommen, noch hinführan zu predigen gestatt oder zugelassen, deßgleichen sollen die Aempter der Heiligen Meß nicht abge-

nimirum illos apud quos nova doctrina non sine turbis & malis publicis orta, ab omni novatione quantum possibile, præsertim à Doctrinâ de Cænâ Domini, ejusque prædicatione, abolitione missæ abstinere debere, Neminemque apud illos in ista audienda impediri debere &c. Contra quod (o) *Protestanti* sunt Joannes Elector

abgethan, auch niemands an den Orten, da die andere Lehre entstanden und gehalten wird, die Meß zu hören verbotten, verhindert, noch darzu oder davon gedrungen werden. *Extat Recessus hic apud Lünig. part. gen. Contin. p.* 480.

Ante Pacem Westphalicam Domini Protestantes allegârunt rationes, propter quas reservatum hoc non posset subsistere, singulas hasce collegi ex Actis publicis Pacis Westphalicæ à Domino de Meijern. edictis aliisque insignioribus scriptis ab Authoribus eruditissimis devulgatis. Inter præcipuas quoque adducunt defectum consensûs ex parte Dominorum Protestantium, quem tamen adfuisse ferè unanimiter tenent Catholici, imo ex Protestantibus quidam, probare volentes ex subscriptione dictæ pacis de consensu sufficienter constare. Fusioribus quæstionem hanc prout proposueram, pro nunc, deducere non permittit angustia temporis, ex parte Typographi propter alios labores modò impediti, hinc differo opinionem meam quæ est, quod neque consensus Dominorum Protestantium sufficienter probari possit, ex actis publicis pacem religiosam concomitantibus & subsequentibus, neque etiam subscriptio hunc involvat, sed non attentis omnibus hisce, dissentientibus licet & invitis Protestantibus hoc reservatum sua non careat legalitate, quam in dissertatione immediatè post ferias Academicas habendâ pluribus demonstraturus sum; interim vale Lector. B. & Conatibus fave.

Animadversiones Editoris.

Ad *N. IV.* Celeberrima haec res erat *de correctione Calendarii*, non solum ea consideratione, ut legitima ipsius emendatio perficeretur, sed et ob controversias cum Protestantibus hac occasione enatas. Quod primum concernit, jam A. 1412. PETRUS DE ALLIACO JOANNI XXIII. libellum de ea re obtulit: cumque ob schisma in Ecclesia tempus sat commodum non esset, eo extincto eundem exhibuit Concilio Constantiensi A. 1417. apud VAN DER HARD *Tom. 3. Part. 6.* Simile quid dein in Concilio Basileensi proposuit celebris NICOLAUS CUSANUS, cujus libellus extat *Operum ejus Vol. 2.* sub titulo: *Reparatio Calendarii. A Leone X.* itidem id negotium susceptum tempore C. Lateran. V. Cum Pontifex rem commendasset MAXIMILIANO I. *Imperatori*, hicque inter alias Academiae Ingolstadianae; Celeb. JOANNES ECKIUS libellum Ingolstadii An. 1515. typo dedit, Pontifici etiam transmissum hoc titulo: *De vera Paschae celebratione Joannis Eckii Theologi Diarthosis ad Leonem X. Pont.*

Pont. Max. Qua demum ratione immortali nominis sui gloria id confecerit *Gregorius XIII.*, tum Auctor breviter recenset, tum passim notum est. Dum Protestantes A. 1700. equidem et ipsi vetus Calendarium emendare conarentur, non tamen recipere ex integro vellent Gregorianum (prout videre est ex *Conclusio Corporis Evangelici* apud SCHAUROTH *Tom. 1. voce* Calender=Sache) denuo de hac re Romae quoque consultatum fuit per Congregationem ad id negotii speciatim destinatam, cujus secretarium agebat Celeb. BIANCHINI adhibiti denuo in consilium celeberrimi Astronomi, uti CASINUS Parisiis et MARALDUS tunc Romae agens. Prior vero iterato respondit, nullam porro mutationem in Calendario Gregoriano suscipiendam (extat ejus *Diss. de la Correction Gregorienne des mois lunaires ecclesiastiques, in Diariis Academiae Regiae ad annum* 1701.) dummodo mens Gregorii exacte impleatur. Adde alteram ejus *Diss. des Equations des mois lunaires et des annees solaires in Diario Academiae Regiae ad annum 1704.* Contra hanc *Diario Trivultiano* ad annum 1728. mense Augusto et Septembri inserta est, *Analyse Astronomique de l'Hypothese lunaire du Calendrier Gregorien* par le P. *Maboudeau.* Ad annum 1730. ibidem mense Januar. et Febr. opponuntur: *Reflexions de M. Maraldi sur la Dissertation du R. P. Maboudeau.* Adde, si ad manus non sunt opera PETAVII, CLAVII &c. P. JOSEPHI FALCK *Animadversiones circa dubium, quod inter Protestantes oritur ratione Paschatis, A. 1724:* item ejusdem *Christianum Pascha in Calendario Gregoriano rite celebratum.*

Quod vero nunc controversias hac occasione cum Protestantibus enatas concernit, praeter ea, quae citat Auctor, alia videri possunt apud SCHAUROTH l. cit., item apud BOCRIS Diss. *de potestate Statuum Imperii, subditis suis diversae Religionis indicendi ferias, Legibus Imperii non incongrua.* Bamb. 1748, quam collectioni quoque nostrae inseremus. Profecto hac quoque in re non satis sibi constare Protestantium principia vel ex eo patet, quod citatus BOCRISIUS in *sua Diss.* invictè probet, rem hanc Calendarii a pluribus eorum sacris addictis, immo ipso *Luthero* inter negotia mere *politica* atque profana numeratam quidem fuisse, uti adhuc numerat GUNDLING in seinem geistlichen Recht p. 1699. sed cum dein de consensu cum Catholicis ageretur, aliis continuo negotium isthoc *ecclesiasticis* annumerare placuit, ut Caesaris videlicet auctoritas ex notis Protestantium de jurisdictione Ecclesiastica principiis eludi posset. Vide, quae hoc fine affert Celeb. STRUBEN Nebenstunden *Part. 3. N. XVI. f. 224. seqq.*

Cum vero nunc, uti jam insinuatum, vetus quidem emendare conarentur, Gregorianum autem ex integro admittere recusarent Protestantes, constat, quanta incommoda A. 1724. ex diversa Paschatis celebratione enata fuerint: quanta quoque 1744., dum idem contingeret, jam jam formidata fue-

rint. Sapienti autem consilio *Carolus VII.*, ut ea saltem mitigarentur aliqua ratione, Camerae Imperiali rescripsit, ut feriae duplicarentur, atque juxta utrumque Calendarium eo anno observarentur. Staats-*Theatrum 1744. II.* Eröffn. 1. Abth. KOBLER *Hist Imp. continuata edit. 1767. f. 641.* Non abs re loco mox cit praesagitur, fors iisdem eventibus denuo emergentibus, eodem modo agendum fore, atque inde hanc rem in observantiam Imperii degeneraturam, cum experientia doceat, quam difficulter in negotiis Religionem aliquo modo concernentibus conveniri soleat. Cum porro Protestantes quoque Calendarium suum emendantes undecim dies ipsi detraherent, quid de controversiis hac occasione fors extituris dicendum sit, exposuit BRUNNEMANN *de Jure XI. dierum Calendario subtractarum 1700, Recus. 1746.*

Ad Quaest. II. Rejicit hic Auctor uberiorem expositionem quaestionis, ibidem ab eo motae de *Reservato Ecclesiastico*, ad aliam occasionem: inde potissima argumenta pro eodem hic attexenda putavi compendio, cum fusior explanatio cum hodie fructum non amplius habeat, postquam Reservatum istud P. W. *A. 5. §. 15.* verbis tam claris confirmatum fuerit, ut TITII sententiam contrariam Auctor jure merito cum MOSERO plane *paradoxam* vocet. Quod vero *Pacem Religiosam* concernit, tacite huic Reservato jam tum assensos esse Protestantes fatetur STRUV. *Corp. Jur. Publ. C. 6. § 58.*, eoquod *integrae illi Constitutioni sine exceptione saltem subscripserint.* BÖRNERO in der Erläuterung des deutschen Staats-Rechts *Part. 1. p. 60.* inquiente, ex eo fundamento recte dein Protestantibus hac in re a Catholicis contradictum fuisse. Sed et consensum quendam plus quam tacitum a Protestantibus quondam praestitum fuisse, videtur satis elucere, quod FERDINANDUS I. ipse in *Comitiis Ratisbonensibus* 1557. 5. Febr. Protestantibus declarârit, ab iis sibi pro labore Transactionis in Pace Religiosa sine exceptione grates habitas: quod singula dictae transactionis puncta quondam ipsis scientibus et volentibus decreta fuerint: item in responso ad duplicam Protestantium 27. Febr. inquit, quondam in declaratione ipsis a se oblata multas gravesque hac de re rationes exhibitas, welche Declaration sie ...... wie sie selbst zu berichten wissen, damahls unwiderfochten angenommen und zugelassen, und folgends den Reichs-Abschied und den darinnen begriffenen Religion-Frieden .... dermassen, und mit angeregten darinn verleibten geistlichen Vorbehalt ausrichten, verfertigen, und besieglen lassen rc. *Ferdinandus II.* autem in *Edicto Restitutorio* inquit, ab initio equidem Protestantes contradixisse; cum vero Catholici nulla ratione a Reservato paci inserendo deduci se permitterent, cessisse et ipsos demum: letzlichen bey solchem Vorbehalt mit diesen ausdrucklichen Worten, daß sie hierinn endlich Ihrer Kayserl. Maj. keine Form noch Maas zu setzen wüsten, verbleiben lassen. Plura vide apud BURGHARDUM in *Autonomia*, P. SCHWARZ *Colleg. Histor. Part.*

Part. 4. Q. 7. sect. 2. DILINGENSES *in Compositione Pacis &c. Quaest. II. C. 7.*, ubi Catholici recenti adhuc rerum gestarum memoria, palam in Comitiis, uti Augustanis 1559. et aliis affirmarunt, quae modo diximus. Verum esto ejusmodi consensum sat invicte demonstrari non posse, aliunde nihilominus adhuc Reservati hujus obligatio intuitu Protestantium quoque ostendi ante ipsam P. W. poterit. Reservatum videlicet istud *Ferdinandus I.* legitime adjicere potuit Paci Religiosae, quin propterea limites potestatis suae excederet, aut exceptio illa, ipsum nonnisi ex partibus transigentibus fuisse, illi opponi potuerit. Sane constat hac in re partem utramque ita inter sese dissensisse, ut nulla ratione conciliari potuerit: palam est, eum fuisse situm rerum in Imperio, ut decisio hoc in negotio necessaria plane fuerit, nisi Imperium universum malis periculisque gravissimis involvi volueris, aut potius universam ejus compagem ultimo discrimini objici: nulla lex adhuc extabat, quae nonnisi amicae transactioni unice causas quasdam reservaret, quemadmodum deinde P. W. constitutum fuisse de causis Religionis constat. Quis vero nunc adeo salutis publicae, patriaeque sane hostis esse velit, *ut Ferdinandum* decisione sua contra Leges Imperii, aut extra limites potestatis sibi competentis decrevisse aliquid dicat? Quod vero Reservatum istud libertati conscientiae in Pace Religiosa concessae, e diametro sit adversum, immo vero in principiis Augustanae Confessionis nequidem sine piaculo agnosci legitimum potuerit, et quae sunt hujus generis argumenta apud PFEFFINGER *Tom. 1. p. m. 1415.* seqq., item GUNDLING *Discours* über den westphäl. Frieden *C. 1.*, et alios, vel ex eo solo corruunt, quod ipsimet Protestantes Reservatum istud in P. W. adoptàrint.

Quodsi denique adoptes regulam à Cl. BANNIZA in *Diss. de subsidiis interpretationis doctrinalis utriusque Pacis Relig. et Westphal.* hoc tomo comprehensa, stabilitam: *Quidquid A. C. addictis in utraque Pace expresse concessum non sit, id omne denegatum esse censendum est:* facile exinde erues, perpetua illa Protestantium de hoc Reservato Ecclesiastico, in quibuslibet ferme Comitiis ante P. W. gravamina, fundamento legitimo nixa non fuisse cum luce palam sit, saltem in Pace Religiosa ipsis, aut a *Ferdinando*, aut a Catholicis hac in re concessum nil fuisse.

XI.

JOANNIS PETRI BANNIZA

U. J. D. quondam Reverendiss. ac Celsiss. Princip. Episc. Bamberg. et Wirceburg. F. O. D. Consiliarii Aulici, Ejusdemque in Julio-Fridericiana Wirceburg. Universitate Juris Feudalis, Praxeos supremorum Dicasteriorum uti et Praxeos Crimin. Prof. P. et O. postea ad Celeber. Vindobonensium Universitatem translati,

SUBSIDIA INTERPRETATIONIS DOCTRINALIS PACIS RELIGIOSAE ET WESTPHALICAE AC UTRIUSQUE SYNOPSIS HISTORICA

Wirceburgi 1741.

INTERPRETATIO vera Legum aut Pacificationum *unica* tantùm est, nempe doctrinalis, eadémque semper est *declarativa*, saltem hoc sensu, quòd ipsam voluntatem Imperantium aut Paciscentium dubiam declaret: vulgò sic dictæ Interpretationes, *Usualis* atque *Authentica*, malè pro interpretationibus veris & propriè dictis venditantur (*a*).

Satis verò jam ab aliis demonstratum est, tantum abesse, ut Doctoribus in Academiis de publicis Imperii legibus æternum quasi silentium injunctum sit, ut potiùs inter primarias officii illorum partes referendum videatur, Jurisprudentiam publicam interpretatione doctrinali sedulò pertractare (*b*).

Quid

a) Vide L. 9. in fin. L. 12. §. 1. Cod. de LL.

b) Magnif. & Consultiss. D. LUDOVICUS HABERMANN Consiliarius Intimus &c. antea in hujate Universitate Prof. Famigeratiss. in Jur. Publ. Differt. 1. Cap.

Quid amabo! vetuissent Pacis Westphalicæ Architecti (c), ne quisquam publicè privatimque docendo, scribendo &c. prædictam pacem uspiam impugnet, aut contrarias assertiones inde deducere conetur, nisi pro certo ac constituto habuissent, liberam esse ac licitam ejusdem lectionem atque tractationem, modò à cavillationibus atque sinistris interpretatiunculis abstineatur. Nam etsi Nobilissimæ Imperii Romano-Germanici Legis, Pacis, inquam, Westphalicæ sanctitati atque inviolabilitati tot cautionibus prospectum fuerit, quot humanis viribus unquam potuit; quis tamen ex eo argumentum duxerit, non tangi, non evolvi, non legi, non illustrari debere Celeberrimæ Pacificationis Tabulas, quas in normam & legem non Imperii tantùm Proceribus, verùm etiam omnibus sine discrimine Germaniæ Civibus compositas fuisse constat, quæ itidem Jura diversæ Religionis Sociorum, & officia, quæ sibi invicem exhibere tenentur, describunt.

Cœterùm res ipsa loquitur, qui termini, qui modus, quæ modestia ac circumspectio in his tradendis observanda sit, effrænis enim cujusvis dicendi licentia reipublicæ perniciosissima semper extitit (d). Proinde de generalibus principiis modò solliciti notamus, ad genuinam Pacis *Relig* & *Westph.* Articulorum, quatenus præcipuè Religionem, Jura Bonáque Ecclesiastica attingunt, interpretationem requiri:

I. Animum ab indiscreto Religionis zelo vacuum, & veritatis amantem (e).

II. In

Cap. 2. q. 4. n. 14. & novissimè Pl. Rdus, Exim. & Consultiss. D. CASPAR. BARTHEL, Ss. Theol. & U. J. Dr. SS. Canon. Prof. Celeber. Collega meus honoratiss. in solid. Diss. de Pacif. Imp. circa Religion. pag. 87. VITRIAR. Inst. J. P. procem. n. 18. BUCKISCH ad Proœm. Instr. P. W. obs. 2. HERMES in Fascic. J. P. Cap. 1. n. 31. LYMN. L. 1. J. P. Cap. 2. OLDENBURG in Præfat. Lymn. enucl. HORN J. P. Cap. §. 29.

c.) *Pac. Osnabr.* Art. V. §. 50.

d.) cit. Art. V. §. 1. Instr. Pac. id ipsum quoque salubriter cautum est in R. I. N. §. 191. & in Cap. LEOPOLD. JOSEPH. CAROL. VI. art. 2. ac in Ejusdem CAROLI VI. Imp. Gloriosiss. Mem. Edicto de Anno 1715. quod extat in Elect. Jur. Publ. Tom. 8. pag. 81.

e) Qualem siquis alius, ego certè profiteor; Testis est *Diss. mea de Tolerantia divers. Religionum* per tot.

Testes sunt *Ephemerides Hamburg. literariæ* ad Annum 1737.

Testis est insignis Author des Cabinet Couriers ad eundem annum in XXIII. Tour. sub Rubr. Was sich Neues begiebet auf Academien, pag. 900. - 907. ubi *meæ prædictæ Dissertationis* recenset Epitomen.

Testis

Teſtis denique eſt meus Antagoniſta præſtantiſſimus D. PFAFFIUS, Theologus Tubingenſis, ejusdemque Univerſitatis Cancellarius, in Diſſ. *de Zizaniis non evellendis*, qui pag. 7. & 9. meum æquitatis ſtudium circa validitatem & præſtantiam Pacis *Relig.* & *Weſtph.* nimium quantum deprædicat. Num vero ipſe non præpoſtero in Religionem noſtram feratur odio, pronum eſt judicare ex injuria Pacis publicæ everſivâ, quâ omnes Sedi Romanæ adhærentes, præcipue vero eidem Sanctæ Sedi juramento obſtrictos, Principes Eccleſiaſticos ad illius jugum (uti protervè ait) humeris decutiendum inducere conatur, in cit. Diſſ. *de Zizaniis* pag. 10. lit. P. formalia: „Epiſcopi ſane „Germani ex veteri jure, quod laudavimus, Romano & dignitate & juris„dictione æquales ſunt, ut mirum ſit, quod jugum illius nondum decuſſerint, „qui & deinceps patientur facile cum Proteſtantibus, ut ſuas Romæ res ſibi „habeat Pontifex, ſuaque

„ſe jactet in Aula
„Æolus, & clauſo ventorum carcere regnet.

Quis credat, PFAFFIUM, virum & judicii maturitate & literis excultiſſimum, tam ludicre nugantem! at prudenti viro riſum hæc citiùs, quam bilem movebunt. Unde non eſt, quod calumniari volenti aliud replicem, quam ut propriis modeſtiæ regulis ſe teneri meminerit; quoniam ipſemet ſcripſit in dem nöthigen Unterricht. Antwort auf die 28. Frag. fol. 555. ſq. „Se nullo præpo„ſtero odio ferri in Romanam Eccleſiam, vel Pontificiam dignitatem &c. „Optare ſe ſe, ut Pontificem, tanquam ſummum univerſalis Eccleſiæ Docto„rem, & tanquam vera credentem & docentem Epiſcopum ſatis deprædicare, „& ad uſque ſidera poſſet extollere &c. Sibi non probari Proteſtantium ſcom„mata in Pontifices &c. Humanitatis leges requirere, ut major reverentia „habeatur in tam vaſtam Eccleſiam, tot Regum matrem, in Caput Eccleſiæ „ſummum, & magnum Italiæ Principem. Imò calumniam in Pontificem eſſe „contra Imperii leges &c. Ita ille dictorum ſuorum non ſemper memor.

Inſuper teſtatur in alleg. Diſſert. loc. cit. Conſcientiam illorum, qui Leges interpretandi norûnt, (*quàm bellè has ipſe applicet vid. infr. not.* [l]) num ex Matth. XVI. 18. 19. Joh. XXI. 15. 16. 17. exſculpi poſſit Epiſcopi *Romani* in univerſam Eccleſiam Chriſtianam ſuprema jurisdictio. Non eſt poſſibile, ait, ut, qui remotis præjudiciorum avitorum conſpicillis, oracula hæc ſacra contemplatur, in illis jura videat ſtabilita Epiſcopi *Romani*. Verius dixiſſet, qui adhibitis perſpicillis Islebicis oracula hæc ſacra intuetur. Aliter vident Catholici. Interim qui jura Summi Pontificis ſtabilita cupit inſpicere, fontes Polemicos adeat, quos, intrà meam ſphæram me continens, in hanc diatribam juridicam non derivo.

Id tamen ſilentio premere non poſſum, errorem CONRINGII eſſe, nullóque honore à D. Cancellario PFAFFIO reproductum, quod ſcil. per Canonem ſextum Concilii *Nicæni* (quem ibidem pro ſe allegat) non niſi in Eccleſias Suburbicarias ad Diœceſin ſpectantes *Romanam* jurisdictio tribuatur *Romano* Pontifici; nam lectionem hanc, quæ RUFFINI interpretationi innititur, commentitiam probat noviſſima Verſio ex Græco apud R. P. MESNILIUM, citatum ab Adm. R. P. IGNATIO SCHWARZ S. J. in Univerſitate *Ingolſtad.* Hiſtor. Prof. Celeberr. in Colleg. Hiſtor. Part. V. q. 6. pag. 531.

Unde

II. Intimiorem Gravaminum ab utrique Religioni addictis motorum notitiam (*f*).

III. Juris Canonici solidam scientiam.

IV. Exactam Historiæ cùm Ecclesiasticæ, tum Profanæ cognitionem, inprimis duorum posteriorum Sæculorum, quorum facta scire tantò magis interest, quantò magìs illorum temporum fata nostram ætatem attingunt.

V. Genuinum Conceptum de Religione, ejúsque propagandæ modo (*g*).

VI. Sa-

Unde ALLATIUS inquit: quid hic Urbicaria, & Suburbicaria somniamus, de quibus nec vestigium est in verbis Concilii. Quid, quod in *Nicæna* Synodo expresse Can. 39. (quem Canonem legitimum esse probat ex S. ATHANASIO, MARCO, & JULIO I. Pontifice, EUGENIUS LOMBARDUS Lib. 2. §. 5. fol. 308. *in Regali Sacerdotio*) legitur: *Ille qui tenet Sedem Romæ, Caput & Princeps est omnium Patriarcharum, quandoquidem ipse est Primus, sicut Petrus.* Et cit. *Can.* 6. *Ecclesia Romana semper habuit Primatum*, sicuti refertur hic Canon à Concilio *Chalcedonensi*, quo lecto Patres dixêre: *Perpendimus omnem primatum & honorem præcipuum secundùm Canónes antiquæ Romanæ Sedis amandissimo Archi-Episcopo conservari.* Add. Clarifs. & Consultifs. Viri, D. ALEXANDRI HAMERI, Prof. Publ. Ord. & Consiliarii Aulici *Bambergæ*, mei quondam in itinere literario per Protestantium Academias confecto individui socii juxta ac fidelissimi solid. Differt. de *Jure Fæder. & Sacror.* in *Diatriba* 6. §. 8. per tot.

f) Unde infinita *Germanorum* Gravamina, præsertim *Norinbergensia* centum orta fuerint, neminem, nisi in historia planè hospitem & peregrinum, latere possunt. Quæ tamen centum Gravamina, etsi vera, non probarent prætensam Reformationem, tanquam necessarium Pontificiorum abusuum, in Imperio *Romano-Germanico* purgamentum, ùt ait FRIDERICUS GEORGII; sed hæc evaporata dudum obsonia & ab aliis compluribus passim recoquuntur hodiedum, ut prætensæ Reformationi suæ antiquam larvam obtegant. Et quamvis illa Gravamina, quandam partem, fuisse legitima, sincero calamo testentur Catholici, Bzovius ad Annum 1521. n. 35. SPONDANUS ad Annum 1523. n. 7. eadem tamen legitima legitimo modo per Pontifices ADRIANUM VI. CLEMENTEM VII. (cujus jussu per Legatum CAMPEGIUM reformatus *Germaniæ* Clerus, vid. BZOVIUS ad Annum 1524. n. 10.) ac præcipuè Concilii *Tridentini* Decreta de Reformatione reformata sunt, quæ quia obvia omnium oculis obversantur, opus non est prolixius & sigillatim hic referre.

g) Inanis est PFAFFII metus, in Diff. *de Zizaniis* pag. 5. ne Ecclesia in speluncam latronum sit degeneratura, eo servato modo, quem statuit Concilium *Tridentinum* Seff. 24. si scilicet Viri pietate morum, scientiâ & doctrinâ Evangelii, Historiæ Ecclesiasticæ, ac Conciliorum fide præstantes eligantur, qui à via veritatis aberrantes suaviter reducant, telis doctrinæ, pietatis & sa-

 pientiæ.

VI. Sana circa investigationem mentis alienæ, ac arti rectè cogitandi rationandíque convenientia principia (*h*). Dein

VII. Interpres ante oculos habeat, quæ hanc in rem tam salutariter monita cautâque fuêre in laudabili Instr. Pacis (*i*). Item

VIII. Jura, quæ sunt merè specialia, non in generaliori sensu accipiat, & generales inde conclusiones deducat (*k*). Sed

IX. Exempla legem non facere agnoscat, iísque perpetuam normam non inverti (*l*). Porrò

X. Li-

pientiæ. Cum pertinacibus intrepidè, cum falso zelo illusis piè ac benigne, cum frigidis seriò, cum dubiis clare ac confidenter, cum omnibus discrete & prudenter tractare studeant ac norint, & quibus vera sæpius Religio calumniose depingitur, falso præconceptas opiniones adimere allaborent. Vid. in terminis Diss. mea de *Tolerantia Divers. Relig.* Cap. 2. §. 20. & §. 22. in princ. Nam, quando ex altissimo Clementissimi Principis mei jussu Protestantium universitates perlustravi, quot hisce meis auribus egomet audivi, multa ut Catholica impugnare, quæ ipsi Catholici damnant; idque quod vel propositiones non Catholicas, tanquam Catholicas proponant, vel quod in propositionibus Catholicis verba sensu minus Catholico exprimant, uti de bonis operibus, merito, indulgentiis, cultu Sanctorum &c. sed hæc Theologorum Polemicorum exedris relinquimus.

h) Add. R. P. JOSEPHI BRAUN S. J. Artis criticæ, & scientiæ Hermeneuticæ Elementa. Anno 1737. hic Wirceburgi edita 4.

i) Art. V. §. 50. *utriusque Religionis Magistratus severe & rigorose prohibeat, ne quisquam publice privatimque Concionando, docendo, disputando, scribendo, Consulendo Transactionem Passaviensem, Pacem Religiosam, vel hanc inprimis sive declarationem, sive Transactionem uspiam impugnet, dubiam faciat, aut assertiones contrarias inde deducere conetur.*

k) Sic E. gr. ea, quæ Art. V. *Instr. Pac. Osnabrug.* §. 3. de *Augustana Vindelicorum*, & aliis in d. §. nominatis Civitatibus circa numerum Senatorum Constituta sunt, ne ad reliquas Imperii Civitates immediatas pertinent. HENNIGES ad. d. §. lit. A. pag. 212. ad mediatas & municipales certe sine discrimine extendi nequeunt. BÖHMER Tom. 1. Consult. & Decis. Jur. Resp. 8. n. 44.

l) Contrà utramque, hanc & priorem regulam pessimè impingit Author sæpè cit. Diss. *de Zizaniis non evellendis* pag. 17, in fin. ubi ea, quæ specialiter de Episcopo *Osnabrug.* Catholico in P. W. sancita sunt, ad alios Principes Catholicos injuriosè extendit, quasi His in suos subditos Protestantes nihil juris circa sacra competeret. Cujus probationem ipsiusmet verbis hic attexere non pigebit: „ Jam & Art. 13. §. 8. cautum est, ne Episcopus *Osnabrugensis* „Catholicus, licet superioritate quoque territoriali gaudeat, quicquam sibi „juris in A. C. sacra arroget vel obtineat. Restricta itaque quoad hoc ca-

„put

„put in J. P. fuerit Principibus Catholicis Superioritas, qua gaudent, terri-„torialis.„ Ita ille loco citato. Pro Deum immortalem! si non sapimus secundùm sobrietatem, sed contra Conscientiam & scientiam ingenio nimis affectato, quo non ruimus! & quo non labitur D. PFAFFIUS vir alias apprime doctus, si falcem suam Theologicam mittat in alienam messem Juridicam! eundem tamen errorem diu ante ipsum erravit *Anonymus* Anno 1696. Tractatu contra Serenissimi Electoris *Palatini* inductionem Exercitii Catholici, cui reponit Celeberr. *Rittmejerus* in Vindiciis Juris Reformandi fol. 40. seq. ibi: „Dieses aber ist von unserem Authore eine grosse Vermessenheit„ (eadem & sibi à RITTMEYERO dicta putet D. PFAFFIUS, qui uti Summo Pontifici Nostro & dignitatem & Jurisdictionem supremam in Universalem Ecclesiam, vid. supra not. e) ita quoque jurisdictionem Ecclesiasticam Principibus Catholicis in suos subditos Protestantes detrahere non erubescit. „Daß „er, das Exempel mit dem Stifft Oßnabrück, als einen Casum Specialissimum „auf seine Seite anführe, und darauf seine ungegründete Meynung erweisen will; „da doch dieses Exemplum speciale, tanquam Exceptio à Regula das Jus Refor-„mandi hauptsächlich bestättiget . . . Indem aber dieses nicht geschehen, sondern bey „dem Stifft Oßnabrück wegen der Alternation etwas sonderliches verordnet worden, „Exceptio & limitatio ratione Episcopatûs Osnabrugensis Constituta fir-„mat regulam generalem, Jus reformandi scilicèt in Casibus & requis imperii „Territoriis non exceptis. So alber es nun lauten würde, wann jemand also schliessen „wollte: weilen einer Nahmens Ernest wegen eines Fuß-Schadens der lahme Ernest ge-„nannt wird: ergò müssen alle, die mit den Nahmen Ernest getaufft seyn, den Nahmen „lahme Ernest führen, ob sie gleich gerade Schenckel haben. Eben so abgeschmackt ist es, daß „weil einem zeitigen Bischoff zu Oßnabrück, als Reichs-Fürsten, Dero Superioritas Ter-„ritorialis ratione Juris reformandi aus gewissen angezogenen Politischen Reflexionen „gleichsam gelähmet worden: So müssen alle übrige Con-Status gleich also tracti-„ret werden, ob gleich Ihnen die Landes-Fürstliche Hochheit auf solche Weiß nicht „eingeschräncket worden. NB. **Unsere Schul-Knaben wissen es ja, was „dieses vor eine elende Solgerey seye, wann man** *à particulari ad univer-„sale argumentiren* **will.** Civitati *Hildesiensi* (pergit ille) ad idem Exem-„plum provocanti Illustrissimus Comes de VOLMAR respondit: Nec est, „quod *Hildesienses* à simili argumententur, cum in Art. 13. §. 8. legunt, „Statum Ecclesiasticum Episcopatûs *Osnabrugensis* juxta modum Anni 1624. „restaurari debere. NB. Nam quod ibi singulari cum Ducibus *Brunswicensi-„bus Lunæburgensibus* pactione Conventum, ad Exemplum trahi nec debet, „nec potest. „ Respons. literas in extenso exhibet prælaud. RITTMEYER fol. 15. seq.

Habet & alias objectiunculas Doctissimus PFAFFIUS, quas in ead. Diss. *de Zizaniis*, pag. 17. refert. Ibi: „sed sit ita, pertineat ad Superioritatem Territoria-„lem Jurisdictio Ecclesiastica, non quadrare tamen illa videri possit in Prin-„cipes Catholicos, quos à negotiis Ecclesiasticis sub pœna excommunicatio-„nis abstrahit Jus Canonicum „ *quæ una*: quos Salvâ Conscientiâ eandem ad „mentem A. C. quam damnant, eorumque, quos putant hæreticos, exercere, „atque Gregibus sacris Pastores lupos & latrones, animas falsis doctrinis „suis perdituros præficere posse, comprehendi haud potest, „ *quæ altera* suæ Conclusionis ratio est ac probatio. Affingit insuper mihi Cacotechnia sat

illiberali pag. 16. hanc hederam: „Crederes Calamum esse JCti Protestantici, „qui hæc pingat, & Juri Canonico, & principiis Catholicorum e diametro „contraria.„ Mirum! Calamus meus ex asse Catholicus, velit nolit, debet esse Protestanticus; quod, quam falsum sit, remotis perspicillis Islebicis nemo non videt ex mea Diss. *de Tolerantia divers. Relig. Cap.* 2. §. 13. *pag.* 51. *seq.* Evolve, si placet, præstantissime PFAFFI Art. V. §. 30. J. P. W. atque Jus circa sacra (cujus pars est Jurisdictio Ecclesiastica) competere Statibus immediatis cum Superioritate Territoriali ex usitata Imperii Praxi in subditos A. C. oppidò deprehendes. Quæ tamen neutiquam de Statibus Catholicis sæcularibus respectu subditorum ejusdem Religionis intelligenda veniunt. Vides igitur, quam longe discesseris a genuino, eoque aperto sensu Dissertationis meæ, quæ duntaxat vult NB. cum Superioritate Territoriali ex usitata Imperii Praxi, secundum J. P. W. juxtaque principia à Protestantibus suppeditata Statibus sæcularibus Catholicis jurisdictionem Ecclesiasticam tribui in suos subditos A. C addictos, quam in suæ Religionis subditos sibi non arrogant juxta ductum Juris Canonici, & principia Catholicorum. Proinde disce hic quoad subditos Catholicos judicari secundum Jus Canonicum; sed quoad subditos A. C. addictos procedi juxta Instr. P. W. & Dominorum Protestantium principia; Eosque Exceptione de Jure tertii, vel vestra non interest, repelli.

Quodsi enim vi hujus Pacificationis Status A. C. qui etiam meri sunt Laici, omnimoda facultate gaudeant jurisdictionem Ecclesiasticam cum Superioritate Territoriali exercendi, omni adhibita mentis acie pervidere nequeo, cur Status Catholici sæculares deterioris esse conditionis, atque pari jure in subditos suos Protestantes destitui debeant, quoniam tantum abest, ut Tabulæ Pacis *Osnabrugensis* inter Status diversæ Religionis faciant distinctionem, ut potius in *Art. V.* §. 48. *Vers. Catholicorum.* eosdem æquiparent, & signanter potestatem Ecclesiasticam Catholicis tribuant in subditos alterius Religionis. Denique quomodo D. PFAFFIUS una cum Statuum Catholicorum subditis Protestantibus, & hi cum illo provocare volunt ad Jus Canonicum, ac exinde utilitatem quandam pro se contra Dominos Territoriales Catholicos derivare, cum minime agnoscant Jus & forum *Summi Pontificis?* quis hic non Jure exclamet: *Risum teneatis Amici!* revera frustra invocant auxilium legis, quam respuunt.

Add. *Clariss.* D. GEORGII FRID. ZEHNER *U. J. D. Jud. Provin. Francon. Consulentis &c.* ob suam suavem & præclaram ex omnigeno, præcipuè verò Jure Publico proponendi methodum Facultati Nostræ Juridicæ Commendatissimi *Resolutio Quæst. Inaug.* Anno 1737. hic edita 4. *De Usu Jurisdictionis Ecclesiasticæ Dominis Territorialibus sæcularibus Catholicis in subditos A. C. addictos Competente.* Super eadem materia legi quoque merentur Author *Anonym. in Tract. de Statuum J. R. G. Jure Reformandi.* Jam laud. CHRISTIAN. RITTMEYR. *in Vindiciis Juris Reformandi oppositis Sinceri,* Die auf das allerbest gegründete Jurisdictio Ecclesiastica Catholischer Lands-Herren über ihre Protestirende Unterthanen. Auth. *Anonym.* Gesetz-mäßige Beantwortung der Frag: Ob ein Catholischer Lands-Herr in Teutschland die Jurisdictionem Ecclesiasticam über die in seinen Land befindliche der Augspurger Confession verwandte Unterthanen zu exerciren befugt seye? apud FABRUM in seiner Eu-

ropäis

ropäischen Staats-Cantzley Tom. 47. pag. 387. SINCERI Gesätz-mäßige Widerlegung der sogenannten Gesätz-mäßigen Beantwortung. PHILALETI unpartheyische Gegeneinanderhaltung obiger Schrifften des SINCERI und Auth. *Anonym.* & reliqua scripta, quæ exhibet FABER Tom. 47. seiner Staats-Cantzley pag. 359. & seqq. BÖHMER *in suis Consult. & Decis. Jur. Ecclesiast. & Publ.* Tom. I. Consultat. 16.

Quid autem porrò Causæ sit, cur Doctissimus PFAFFIUS suos Authores Protestanticos (quos vid. in Consil. Tubing. Tom. 3. Consf. 280. n. 6. & 67.-71. & n. 102. & Tom. 6. Conf. 10. n. 23. & 30.in fin. & Consil. 11. q. 1. & 6. per tot. qui jurisdictionem Ecclesiasticam è Superioritate Territoriali fluere docent) deserat, & in sæpe cit. *Diss. de Zizaniis non evellend.* pag. 16. 17. eandem a Collegio Ecclesiastico in Principem Territorialem transferri, cum BÖHMERO *in Præloq. de Systema. universi Juris Canon. pag.* 19. *præmisso Tom. V. Jur. Eccles. Protestantium* nova authoritate & absque sufficiente ratione contendat, in aprico est, ut nempè vel sic potestatem exercendi Jurisdictionem Ecclesiasticam detrectet Statibus Catholicis in subditos A. C., utpotè ab his qua Collegio *Protestantico-Ecclesiastico* in illos non æque transfundendam. Confidentius loquitur BÖHMER. cit. loc. in verbis: „Hæc „*præsumpta* autem *abdicatio* illis tribui nequit Ecclesiis, quæ sub *Principe* „*diversæ Religionis* subsistunt, a quo infinita obstacula illis imminent non raro, „ut proinde non censeantur, ei libertati renunciasse, qua omnia Collegia gau-„dent.„ Verum a vero aut PFAFFII, aut BÖHMERI gratia ne latum unquem discedimus; neque enim *D. Cancellarii Tubingensis*, neque D. *Directoris Hallensis* authoritas oculos nostros ita obfascinat, ut, aut quid recte, aut quid perperam ab ipsis dicatur, nullibi videre queant.

Jam ad alteram objectionem: „ qua Principes Catholicos salva Conscientia Jurisdictionem Ecclesiasticam ad mentem A. C. quam damnant, eorumque, quos „putant hæreticos. „ (ita PFAFFIUS, *ego equidem benè memor sum Instrumenti Pacis*) „ exercere atque gregibus sacris Pastores lupos & latrones, animas „falsis doctrinis suis perdituros præficere posse, comprehendi haud posse„ arguit vir perspicacis ingenii PFAFFIUS. Sed sit ita, quod si enim sincerus PFAFFIUS ultrò sic velit, pertinacius quis refragabitur? propterea tamen in data hypothesi Pacis Religiosæ, ubi tolerare novam Religionem urgens necessitas compellit, Princeps peccati non est arguendus, si Consistoria Acatholica instituat, ordinationes sacrorum Religioni toleratæ Conformes præscribat, reliquàque peragi jubeat, quæ A. C. addicti ex decantata illa, de qua sibi mirifice plaudunt regula, *cujus est regio, illius religio*: in suos subditos jure Superioritatis Territorialis exerceat. Nam 1mò: quando fatalis necessitas tolerantiam alterius Religiònis justificat: interest veræ Religionis suspensa jurisdictione Ecclesiastica, Principem habere Constitutiones circa toleratæ Religionis sacra condendi potestatem, hoc enim modo præcaveri potest, ne populus Novitia Religione imbutus in plurium novorum articulorum doctrinam abripiatur. Neque 2dò: dici potest in dato Casu Princeps ad alterius Religionis quasi fulcimentum cooperari; siquidem, ejusmodi Ordinationes Confessioni indultæ præscribendo, non intendit illius veritatem, aut sacra, quasi legitima essent, approbare, utpote qui propriam Religionem

X. Licèt Pax *Westphalica*, *si de Religionis dissidiis amicabiliter conveniri non possit*, *nihilominùs perpetua sit*, *& semper duratura*, conditionis tamen, in qua cunctæ res humanæ sunt constitutæ, memor sit, oportet (*m*). Denique

XI. Cùm Catholici ex antiquissima & immemoriali possessione jus acquisitum habent Fidei, Religionis, Bonorúmque Ecclesiasticorum, *quidquid ipsis expressè non ademptum*, *id omne manere concessum*; Econtrà

XII. *Quidquid Confessionistis* (qui se noviter intruserunt, & cùm repelli non possent, tolerati sunt (*n*) etiam promissione factâ, propter necessitatem) *expresse non concessum*, *id omne illis videri denegatum*; utramque regulam notet tanquam universalem, fundamentalem à Protestantibus elisam nunquam, nec elidendam unquam, vel eludendam.

Bonitas harum Regularum clarescit imò ex Declaratione Authentica Ferdinandi I. (*o*), ubi legimus: Declaratio Pacis Religiosæ Majestati Regiæ Ferdinando I. necessaria visa est, sic, ut quæ expressissimè non concessa, aliorum interpretatiunculis non extendantur &c.

adò.

tanquam veram palam profiteri noscitur, sed eò duntaxat ordinem Acatholicis præfigendo collimat, ut novis articulis limitem & certum modum tranquillitatis publicæ causa constituat. Atque hæc ratio est justificandi institutionem Ministrorum & Consistoriorum diversæ Religionis &c. in his etenim nec activa & formalis cooperatio alienæ Religionis involvitur, sed permissio duntaxat, & materialis quædam opera.

m) Nemo etiam existimet hanc formulam frustra Instrumento Pacis insertam esse; Catholici enim verò circa libertatem Religionum, & retentionem bonorum Ecclesiasticorum limitatum tempus definire, e. g. ab initio 40. deinde 100. annos Protestantibus indulgere cogitaverant; His verò definito ejusmodi tempori acquiescere nequaquam volentibus & præpotentibus, maluére Catholici prædictam clausulam, utpote perpetuitatis limitativam, quam simpliciter voculam *perpetuò*, vel *in perpetuum* pro termino medio poni, cum ut notam Characteristicam absolutæ perpetuitatis, antiquæ Religioni Competentis, præservarent, tum ne eidem Religioni in perpetuum è partibus Protestantium exilium indictum, tum denique, ne bona Ecclesiastica quoad titulum Dominii & verum usum juris in Protestantes transscripta esse viderentur. Add. supr. laudati Viri verè Reverendi ac Consultiss. D. Joan. Casp. Barthel Collegæ honoratiss. *Diss. de Historia & Generalibus Pacif. Imp.* art. 4. in fin.

n) Confer. integra mea *Diss. de Tolerantia diversarum Religionum.*

o) Resolutio Ferdinandi I. in Comitiis *Augustanis* data & lecta 30. & 31. Augusti Anno 1555. Ihr Königl. Majest. bedenckens für billig, und allen friedlichen Wesen nutz und nothwendig, daß diese Constitution (des Religion-Frieden) wie auch obs lautet klar und lauter gemacht werde, und das so ausdrücklich nicht bewilliget, durch *disputir*liche Wort und Meynung nicht hinein komme, damit mehrer Zanck, Bitterung und Unruhe verhütet bleiben &c.

2dò. Probatur universali legum tenore, & Juris-Consultorum unanimi consensu, cui contradicere nemo potest. Sic juxta Leges Civiles, *quod contra rationem juris receptum est, non est producendum ad consequentias* (*p*). *Nam hoc jus, quod contra rationem Juris propter utilitatem introductum est, singulare appellatur, in quo non possumus sequi regulam juris* (*q*).

Item quæ propter necessitatem recepta sunt, non debent in argumentum trahi (*r*).

Item quæ specialiter quibusdam concessa sunt Civitatibus, vel Provinciis, vel Corporibus, ad Generalitatis observantiam non pertinent (*s*).

Sic *Theodosius* & *Valentinianus* Impp. *Quidquid*, ajunt, *hâc lege specialiter non videtur expressum, id veterum Legum Constitutionúmque regulis omnes relictum intelligant* (*t*).

Quæ omnia confirmantur à Glossis (*u*), Juris Consultis *Bartolo* (*x*), Baldo (*y*), Hieronymo Schurffio, Lutheri quondam in Comitiis Spirensibus Advocato (*z*), unà cum aliis (*aa*), & communi Canonistarum (*bb*). Jam verò Augustanam Confessionem seu Lutheranismum usque ad annum 1552. fuisse semper Jure tam Ecclesiastico, quam Imperii publico, secundùm Communem Legum dispositionem prohibitum, damnatum, constat ex actis Imperii publicis, & priorum sæculorum historia tam evidenter docet, ut qui illud negent, in plena luce ultrò cæci esse velint.

Nam Religiosissimus Imperator Carolus V. restitit acriter satis serpenti malo, dissidio Religionis, ac primùm quidem Wormatiæ An. 1521. ab incepta doctrina & fide novâ absterrere Edicto contendit quoscunque, quod (postquam

p) L. quod verò 14. ff. de LL.

q) L. in his 15. L. ideóque 27. L. denique 32. ff. de LL.

r) L. quæ propter 122. ff. de R. J.

s) L. leges. In fin. C. de LL.

t) L. Præcipimus 32. §. fin. C. de Appellat.

u) Gloss. in L. Maritus 21. C. de Procurat.

x) In L. Extraneus 6. ff. de Condic. ob Caus.

y) In L. Maritus n. 1. & Gloss. in L. ult. C. de pact. Convent.

z) Centur. 1. Conf. 55. n. 4.

aa) DD. in L. Jus Singulare 16. ff. de LL.

bb) In Cap. 2. de Translat. Episcop. ubi *Imola* n. 19. & *Panormitanus* n. 37. docent: quodsi versemur in materia suaptè genere prohibita, quidquid in ea non reperitur Concessum, censeri debet prohibitum.

quam pro pace pluribus concalatis Comitiis laboråsset quoque viriliter, uti ex Recessibus Imperii videre est) duo alia Edicta iterum excepêre Anno 1529. Spiræ, contra quæ, quia protestati sunt, PROTESTANTIUM diversæ Religionis Consortibus obvenit nomen. Anno subsequente experturus Augustiss. Imperator si vel ità reunire mentes posset, in Comitiis *Augustæ Vindelicorum* celebratis datâ fide, cuilibet Fidei suæ Articulos offerre permisit, Cujus & sua Confessio à Protestantibus, compilatore *Melanchtone*, S. Cæs. Majestati exhibita est (à qua *Confessionistæ* sive *Confessioni Augustanæ* addicti appellantur) refutata à Catholicis Theologis, ab Imp. rejecta; eapropter 22. *Decembris*, atque iterum Anno 1531. 29. Martii Congregantur Smalkaldii Protestantes, inituri fœdus contra S. Cæsaream Majestatem, Quæ Anno 1532. eoquod auxiliares suas, adversus Turcam Germaniæ potentissimo exercitu imminentem, Confessionistæ denegarent suppetias, retractare Decreta, publicam sancire Pacem, ne ulli ad Concilium usque, Religionis ergò inferretur molestia, cogebatur. Fuerunt hæ Protestantium artes, queis crevêre, provocârunt ad Concilia continuò, sed quàm subdolè felices morati sint cœptus, testes sunt Historiæ.

Nil fructuosi operatus Imperator, donec tandem *Joanne Friderico Saxone*, & *Philippo Hasso*, felici Captis Marte, Anno 1546. Librum istum INTERIM, devulgari, & à plerisque recipi fecit, ut vel sic dissentientes reconciliaret animos (*cc*)

Videbatur jam meliusculum habere Germania, optima pristini affulgebat spes nitoris; ast mutatus subitò *Mauritius Saxo*, Imperialis immemor Clementiæ, excludens animo præstita Beneficia (Substitutus namque fuerat *Friderico* capto ab Imperatore) Galliarum Regem, *Albertúmque Brandeburgicum* clam in auxilium contra Cæsarem ciet, ipsúmque cum *Ferdinando* fratre Oeniponto fugat in Carinthiam, se Germanicæ vindicem afferens libertatis. Ex tam subito periculo subitum iniens Consilium *Ferdinandus* Rex Roman. (crescebant enim Turcæ intentanti aciem Germaniæ, ex interno hoc bello, vires externæ) certis conditionibus cum *Mauritio* transegit *Passavii* Anno 1552. quæ transactio postmodum Augustæ Vindelicorum Anno 1555. confirmata & aucta est inter Regem *Ferdinandum* nomine Imperatoris, reliquósque Imperii Status. Hucúsque de *Lutheranismo*. *Calvinismum* quoque reprobatum fuisse ab ipsis Confessionistis ad usque Pacem Westphalicam (*dd*), constat ex ipsa Pace Religiosa,

cc) §. Und damit nun also. in Recess. August. de Anno. 1548.

dd) Art. VII. §. 1. Unanimi quoque Cæsareæ Majestatis, omniúmque Ordinum Imperii Consensu placuit, ut quidquid juris aut beneficii, cum omnes aliæ Constitutiones Imperii, tum Pax Religionis, & Publica hæc Transactio, in eaque Decisio Gravaminum, cœteris Catholicis, & Augustanæ Confessioni Addi-

fa(*ee*), ubi dicitur: *veruntamen alii omnes, qui alterutri duarum Religionum* (puta Catholicæ & Lutheranæ) *addicti non sunt hâc pace non comprehensi, sed penitus exclusi esse debeant.*

Consentaneum id erat Instructioni (*ff*), quam Carolus V. Commissariis ad Religionis Pacificationem destinatis tradiderat. Idem liquet ex Recess. Imp. de Anno 1566. (*gg*), & actis publicis (*hh*). Tandem verò necessitate simili cogente sub titulo Confessionis Augustanæ & *Calvinismus* receptus est in P. W. haud

Addictis Statibus tribuunt, id etiam iis, qui inter illos reformati vocantur, competere debeat.

Fuit sanè hæc res difficilis & impeditæ transactionis, antequam sic placuerat, inprimis Electore Sax. multùm diuque reclamante & per Legatum suum LAUBERUM hâc de re die 14. & 24. Junii 1648. solennissimè protestante. Cujus Protestationis formulam vid. apud *Buckisch.* ad I. P. Art. 7. obs. 1.

ee) §. 17. Doch sollen alle andere, so obgemeldten beyden Religionen nicht anhängig, in diesen Frieden nicht gemeynt, sondern gäntzlich ausgeschlossen seyn.

ff) Cap. Von etlichen anderen dienstlichen Puncten. Ibi: Daß alle diejenige, so aus dern verführischen verderbten Secten anhangen . . . keinesweegs gedultet, sondern durch ein offen Edict vertrieben und ausgereutet, und dadurch weiterer Abfall des Glaubens und Christlichen Religion, so viel möglich fürkommen würde.

gg) §. 5. Auf daß aber in mittler Zeit den Verführischen je länger je mehr beyden, der alten Religion und Augspurgischen Confession zuwider einbrechenden Secten und Opinionen kein Raum noch Statt gelassen, sondern dieselbe von dem Heil. Reich Teutscher Nation unserm geliebten Vatterland abgewendet werden: So haben Wir Uns mit Ihnen den gemeinen Ständen, und Sie sich herwieder mit Uns verglichen, daß solcher Secten und *Opinionen* so, wie gemeldt, sich von beyden, der alten *Religion*, und Augspurgischen *Confession* absöndern, oder denselben zuwider seyn, vermög des *Religion*-Friedens keine gelitten noch gedult, sondern allenthalben der Gebühr und dem *Religion*-Frieden gemäß gäntzlich abgeschaffet werden.

hh) Legi in hunc finem merentur, in Comitiis ejusdem *Augustanis* Anni 1566. acta Confessionistarum contra *Fridericum Electorem Palatinum*, ejusque Protestatio die 31. Maji.

Item Decretum Cæsaris MAXIMILIANI II. in Causa Episcopi *Wormatiensis* contra eundem *Palatinum Electorem* eod. mense, die 14. lectum, ubi prope finem. Nachdeme sein Churfürstl. Gnaden sich zu erinnern wissen, was Ihr Kayserl. Majest. derselben hievormahls von wegen gemeiner Einführung des Calvinismi in seiner Churfürstl. Gnaden Landen und Kirchen schrifftlich zu erkennen geben, in Krafft des Religions-Frieden davon abzustehen ermahnet und befohlen, dieweilen aber Ihre Majest. nun vermercken, daß solches bishero von Ihr Churfürstl. Gnaden nit beschehen, und angeregten Ihrer Kayserl. Majest. Befelch nicht gehorsamet ꝛc.

haud absque limite, secus enim restrictiva Clausula Art. VII. §. 2. tam providè inserta omnino foret frustanea.

Quoniam igitur præter Religionem Catholicam, quæ semper viguit, & præter successivè receptas Confessiones, favere aliis Sectis, communibus legibus interdicitur (*ii*), non sine admiratione observavi Insignem de reliquo PFAFFIUM asserere (*kk*): non prohibetur alius Religionis tolerantia absoluta ... id quod jubet Conscientiæ libertas, quam salvam quoque I. P. vult Art. V. §. 16. 34. 48. Art. VII. §. 1. Certè, *pergit ille*, hæc mens Protestantium est, qui clausulam: (*ll*) *præter Religiones suprà nominatas nulla alia vel recipiatur, vel toleretur*, à Catholicis suppeditatam alio sensu admittere haud potuêre. Idem docent plurimi ibidem citati (*mm*).

Inter quos alii (*nn*) non Incelebres apud suos existimant, Clausulam hanc, eandem ob rationem, quia à Catholicis suppeditata, non obligare Protestantes, sed stringere solos Romano-Catholicos vi suorum principiorum (*oo*); unde illi Conscientiæ libertatem urgent esse verè autonomicam, h. e. exlegem (*pp*).

Verum enim verò nec tenuem mentem meam, nec cujuscunque veridici sanum reflexum effugere potest, quo animo & super quibus Religionibus, aut super quâ Conscientiæ libertate per summos Paciscentes statutum fuerit, quæ Confessiones præter firmam antiquam Religionem oblatæ, ac cum constanti aliarum

rum

ii) P. R. d. §. 17. R. J. de 1566. d. §. 5. P. W. d. art 7. §. 2.

kk) In supr. cit. *Diss. de Zizaniis non evellendis.* pag. 25.

ll) Sæpe cit. Art. VII. §. 2. I. P. O.

mm) STRYCK. de Cautel. testament. Cap. 3. §. 8. p. 80.
HENNIGES in Meditat. ad I. P. p. 866.
BÖHMER in Jure Eccles. Protest. Tom. I. p. 55. seqq.
Tom. II. p. 34. seqq. Tom. IV. p. 1022. seq.
TREUER. in Parergis *Götting.* Tom. 1. L. 2. n. 2. §. 11. p. 46.
FLEISCHER. in Diss. de Jur. Reform. & Emigr. §. 25. p. 30.
ZECH. in medit. de Jur. Reform. p. 327. seq.

nn) THOMAS. ad MONZAMB. 255.
GUNDLING in dem Discurs über den Westphälischen Frieden p. 423.
CHRISTIANUS DEMOCRITUS in der gelehrt. Zeitung 1. Stück p. 34. seqq.

oo) Add. BRUNNEM. in Exam. Jur. publ. Cap. 6. Generali axiom. 5.

pp) Protestantes passim, præcipue ante citati, quibus addi possunt GERARDUS NOODT JCtus *Batavus*, & LIEBENTHAL.

ejectione receptæ fuerint. Ficulneum est oppidò dicere, quod clausula non obliget, quia non à trium Religionum Asseclis uno ore proposita aut editata esset, quæ tamen unanimi Consensu transactioni inserta legitur. quæso! Paci Westphalicæ, æneo huic libertatis Germanicæ muro superis, si post quædam lustra, quæ verbis sonant, factis contra aperta pactoverba positis, obligatione non reciprocâ dissonarent? Pacta debent esse a, & Transactiones ultrò citróque obligatoriæ. Sed cùm Protestantibus iare fit, meridianâ etiam luce sine corpore quærere umbras, nescio quiloribus, & Candido simul Atroque junctis, torqueant sine sensu sensum dictæ clausulæ. Quo non contradicto, Sectæ omnes in Imperio tutæ nii, quin imo pleraque schismata deforme Corpus vultúmque, Augustanæ essionis fictitiâ ac variata veste possent exornare, & τῦ φεναχισμῦ, non se: olim sub ejusdem Confessionis pallio Calvinismus ad usque Westphali-Pacem male, quia contra pacta, delituit; quod & Augustanæ Confessioni olum, & utrique Paci cùm *Religiosa*, tum *Westphalica* foret derogato-. Hem verò, quanta animi alacritate intraremus jam campum disquisi-, qua ad amussim veram Religionis & Conscientiæ libertatem demonstras, & AUTONOMISTARUM principia refelleremus, si ratio temporis, si ens nostrum id ferret institutum.

Animadversiones Editoris.

N. I. Verissime inquit Auctor regulam omnium primam in interpretan-W. esse, ut animus a partium studio sit alienus, saltem eo, quod hic a eum scopo deducat, aut, ut ait TREUER *de Caut. in tract. Jur. Publ.*, *Amicus Caesar, amicus Princeps et civis Imperii, sed magis amica veritas. sis Guelfus, non Gibellinus: non Caesarinus, non Statisticus: non Churfürste-r, non Fürstenerius: non Catholicus, non Evangelicus: non Laicus, non Cleri-sed omnia, si id veritas requirit.* Sed id paradoxum, quod hoc partium um tantopere Catholicis objiciant Protestantes, ipsimet autem sese eo plane vant. Sane ingenue fatetur Celeb MOSERUS in der neuesten Geschich-r teutschen Staats-Rechts-Lehre, und deren Lehrer 1. Buch 1. Cap. Unterschied der Religion hat starcken Einfluß in die Staats-Lehre, und Wohl des Vaterlands. Ich spreche durchaus nicht alle Evangelische mich selbst nicht in allen Stücken von aller Partheylichkeit frey ꝛc. d addit dein, situm rerum intuitu Catholicorum id subin necessarium red-; hosque indignetur adeo audaces esse, ut hodie tanquam indubias verita-

 tes

tes venditent doctrinas quasdam, v. g. de Simultaneo, quas tamen olim nonnisi subtimide et tanquam problemata solum defendere ausi fuerint; hoc, inquam, unum probat ipsum de sese vera dixisse. Quam enim hoc ejus assertum a vero abludat, in specie de simultaneo, inter alios puto ad oculum demonstravit Celeb. BARTHEL *Diss. de eo quod circa libertatem exercitii Religionis ex Lege Imperii justum est 1764., praecipue c. 3.,* ubi ex Actis publicis ostendit, eam, quam hodie, illico post P. W. fuisse Catholicorum unanimem, ac plane inconcussam de hac re mentem: a Protestantibus autem potius tum nonnisi subtimide et ferme instar problematis contrarium assertum, plures praecipuosque Scriptores Protestantium, aperte de veritate convictos, Catholicorum communi sententiae adstipulatos fuisse; veram autem epocham opinionis nunc inter illos communis plane novitiam esse &c. Quid vero nunc de mente MOSERI aut objurgatione in Catholicos conjecta sentias?

Ad N. III. Auctor hic pro recta interpretatione Pacis Westphalicae inter alia solidam requirit Juris Canonici notitiam: jam vero id ipsi huic paci adversum esse nonnemini videri posset, quippe ubi *Art. 17.* §. *3.* expresse Jus Canonicum contra eam pacem adduci prohibetur. Verum id eo sensu tantum intellige, quodsi Jus Canonicum iis, quae hac pace constituta sunt, contrarium esse videtur: cum vero idipsum a Protestantibus quoque, plurimis in Capitibus retentum fuerit, ea quoque ad elucidandam P. W. afferri non incongruum erit. Praeterea per Jus Canonicum hic non tam intellige illud, quod Decretalibus nostris continetur; sed praecipuam illam Juris Ecclesiastici partem, quae genuinum Ecclesiae systema demonstrat, atque principia hac in re genuina, Catholicoque cuivis indubitata exponit; ne, prout facile potest contingere, Catholicus P. W. interpretationem suscipiendo, graviter in Religionis suae fundamenta impingat. Mirum est quam hac in re cauti, quam probe hisce principiis imbuti fuerint Viri isti celeberrimi, qui ex Catholicis paci huic conflandae interfuere: quam circumspecti usque ad ipsas voces systemati nostro accommodas seligendas? an eodem modo agant aut egerint Catholici quidam Scriptores Recentiores, aliorum esto judicium.

Ad N. VII. Cavendum hic quam maxime ab eo scopulo, ut, quod satis liquidum est, in ipso textu praesertim statu controversiae inter utramque partem, et Tractatibus praeviis tantum obiter inspectis; pro dubio nihilominus et illiquido venditetur. Indeque recte ait DE LUDOLF *in Jur. Cam. p. 48. Quodsi ex quacunque in Imperio orta disputatione, aut privata J. P. interpretatione, ipsius Legis incertitudinem et obscuritatem pro ratione allegare foret licitum, et sententiam hujus illiusve causae suae inservientem sequi, contra expressam sanctionem Art. 5. §. 50., facile est intellectu, nihil plane in Legibus certum futurum, sed omnia regulae cereae similia &c.* Sapientissime autem monebatur a Badensi, occasione

casione ita dictorum monitorum Offenbacensium, de ejusmodi dubio: jedoch verstehet sich solches nur in Fällen, wo die Reichs-Gesetze in der That zweifelhaft sind, nicht aber von solchen, welche nur von einer oder andern Parthey ohne hinlänglichen Grund für zweifelhaft wollen ausgegeben werden &c. MOSER Wahl-*Capitulation Carl VII.* im Anfang *p. 238.* Facile ex hac animadversione sequelae plures ad tranquillitatem publicam maxime congruae, erui possunt ab eo, qui vel levi de controversiis recentioribus his in materiis notitia imbutus est. Vide Authorem der kritischen Staats-Betrachtungen. Erster Theil p. 82. seqq.

Ad N. VIII. et IX. Displicet Cl. FLOERCKIO *in Diss. de Jure Principis in specie Germaniae circa sacra subditorum diversae Religionis. Halae 1758. Sect. 2. §. 30. f. 26.*, quod hic Auctor videatur Protestantibus objicere, eos subin ab exemplis peculiaribus, de quibus in P. W. mentio fieri solet, regulam generalem exsculpere, invita genuina interpretandi arte; idque praecipue fieri ex *Art. 13.* § *8.*, ubi de *Episcopatu Osnabrugensi*, in quo multa singularia in ea pace introducta fuisse constat, statutum fuit; ne Episcopus sive Catholicus, sive sacris Protestantius addictus in diversae Religionis subditos jurisdictionem Ecclesiasticam exerceat. Regulam ait FLOERCKIUS contineri *Art. 5.* §. *48.* quae tantum exemplo Osnabrugensi, tanquam sequela ex illa regula deducta, illustretur; atque talo quid sanae hermeniae contrarium non esse. Atenim FLOERCKII animadversio a scopo aberrat. Casus peculiaris Osnabrugensis adduci solet pro extundenda regula de jurisdictione Ecclesiastica Dominis territorialibus Catholicis in subditos Protestantes denegata; in quam rem perperam adducitur exemplum singulare Osnabrugense, cum in eo Episcopatu alternis vicibus nunc ad Catholicos, nunc ad Protestantes devolvendo, peculiare quidquam constitui debuerit, ne ex hac variatione confusio quaedam non facile evitanda enasceretur. Art. autem *5.* §. *48.*, ubi regulam se deprehendere existimat FLOERCKIUS, nequaquam loquitur de jurisdictione Ecclesiastica Dominorum territorialium a tempore dissidiorum Religionis in Germaniam invecta, a Protestantibus asserta, atque ex eodem superioritatis territorialis titulo Statibus etiam Catholicis propria: sed de jurisdictione Ecclesiastica Episcopis, tanquam Episcopis ex principiis Catholicis competente, quemadmodum demonstravit SÜNDERMAHLER *Diss. de suspensa Jurisdictione Ecclesiastica Opusc. N. VI.*, aliisque opusculis suo loco in collectione isthac occurrentibus elucescet. Casus autem Osnabrugensis inverti quoque potest adversus ipsa Protestantium principia hoc modo: Cum Jurisdictio Ecclesiastica Episcopi Osnabrugensis Catholici tanquam Episcopi suspensa jam fuerit *Art. 5.* §. *48.*, nulla alia ratio fuit, ut speciatim id *Art. 13. §. 8.* denuo repeteretur, quam ne illam saltem tanquam Dominus territorialis praetenderet: atque hac ratione principiis Catholicis adeo non obest, ut etiam potius tacite patrocinetur.

Ad N. XII. Displicet hic denuo quam maxime citato ante FLOERCKIO *l. cit. p. 25*, item MOSERO von Teutschland und dessen Staats-Verfassung überhaupt. 21. Cap. 25. §. quam hic pro interpretatione P. W. Auctor tradit, *regula: quidquid Protestantibus concessum non sit, id omne denegatum esse censendum erit.* Atenim praeterquam quod id Auctor argumentis variis stabiliat, ex ipsis Protestantibus quaerere liceat, anne in eo eventu, ubi Religio Catholica in Regnum quoddam soli Protestanticae hactenus addictum recens admittenda foret, anne inquam non ipsimet tum intuitu Catholicorum ipsissimum Auctoris principium propugnaturi essent? ego sane nullus dubito. Nil tam eidem obstare videtur uti vult MOSER l. cit., quam quod exacta *quaedam mutuaque aequalitas Art. 5. §. 1.* inter utriusque Religionis consortes porro in Germania sit stabilita. Sed cum Catholici ejusmodi regulam adversus sese valere non sint passuri, id ob eam aequalitatem nec Protestantes permittent. Mirum est, quam saepe ad hanc aequalitatem provocari soleat? ea autem, qualis demum cunque sit, talis esse nequit, ut quae facta sunt, infecta efficiat; quae necessaria et ineluctabili sequela ex factis ejusmodi profluunt, auferat: verbo, ut plane αδυνατα involvat. Ita ex ea aequalitate fieri nequit, ut ne Catholica Religio sit antiqua in Germania; ne Protestantica, ante tempora Reformationis plane incognita atque adeo nova, in recentem primum possessionem cum Catholica admissa; ne factum id fuerit nonnisi Catholicis ad id armorum strepitu et calamitate adactis; ne demum ineluctabili sequela, quam Auctor fusius deducit, antiquae Religioni salva ea omnia manere debeant, quae per transactionem novae concessa non sunt, et plus quidquam ab hac praetendi nequeat. Sane aequalitatem istam in sensum saepe absonum detorqueri, et nequaquam esse absolutam nullisque omnino limitibus circumscriptam, uberius commonstrat Auctor der kritischen Staats-Betrachtungen. Erster Theil N. 1. Von der Religions-Gleichheit des westphählischen Friedens.

XII. IPSIUS

Schmidt, Anton

XII.

IPSIUS EDITORIS VINDICIAE

PRO SENTENTIA CELEB. L. B. DE ICKSTADT DE JUSTA ET EFFICACI SUMMI PONTIFICIS PROTESTATIONE ADVERSUS PACEM RELIGIOSAM ET WESTPHALICAM, OBLIGATIONEM EJUS INTRINSECAM ET PACTITIAM INTER COMPACISCENTES HAUD INFRINGENTE, ADVERSUS NUPERAM CL. SCHOTTII PROF. LIPSIENSIS CENSURAM.

Heidelbergae 1772.

§. I.

Occasio hujus scriptionis

Cum in Institutionibus meis Juris Ecclesiastici Part. I. §. XCII. eam attingerem materiam, quid sentiendum sit in Germania de Protestatione summi Pontificis adversus pacem Westphalicam interposita: ad eum nodum solvendum attuli sententiam Celeb. *L. B.* DE ICKSTADT in *Dissertatione de eadem materia conscripta* (quae nunc extat in ejus *Opuscul. Tom. 2. Opusc. 6.*) ab eo propositam; Eminentissimo S. R. E. Cardinali *de Archinto*, cui ea lucubratio consecrata est, ipsimet exhibitam; atque ab eo, uti commonstrant illius literae ad Auctorem datae, approbatam; cum, quid in principiis Catholicis solidius, quid Reipublicae nostrae commodo aptum magis dici posset, non invenirem.

§. II.

Sententia L. B. de Ickstadt de Prot. S. P. adversus P. W.

Equidem existimo, plerisque lectoribus meis vel ipsam Cl. ICKSTADII Dissertationem, vel aliquibus saltem Institutiones meas ad manus fore: quoniam tamen id ab uno, fors alterove expeti hic posset, compendio repetere juvat, quae in laudata lucubratione diffusius exponuntur. Sic itaque statuit ICKSTADIUS: Protestatio summi Pontificis adversus P. W. justa fuit; fuit item suo modo

do efficax; Paciſcentes tamen ipſos obligatione dictam pacem ſervandi non abſolvit.

§. III.

Exponitur

Juſtam autem fuiſſe eam proteſtationem exinde demonſtrat, eoquod plura in ea pace Proteſtantibus permiſſa, fuerint omnino adverſa juribus Pontificis, quae ex principiis Catholicis vel Primatui in univerſam Eccleſiam jure divino inhaerent, vel per reſervationem ab Eccleſia agnitam ad ſedem Apoſtolicam devoluta fuêre, vel Pontifici ex pactis cum natione Germana initis debebantur. Cum vero nunc cuilibet permiſſum ſit, juribus ſuis ex aliorum transactione periclitantibus eo, quo poteſt, modo, et, ſi aliter non licet, proteſtatione ſaltem interpoſita proſpicere, cur id Pontifici denegetur? cur ſi ea ratione egerit, injuſte egiſſe dicendus ſit? Proteſtatio quoque illa *efficax* fuit: ita videlicet, ut, quantum hoc rerum ſitu fieri potuit, jura Pontificis ſalva perſiſterent: ut, quemadmodum ait BANNIZA *Diſſ. de Tolerant. diverſ. relig. C. 2. §. 5.* negotium hoc inter alios actum, trahi nequeat in praejudicium Pontificis, tanquam praeſente ſilenteque Legato Apoſtolico geſtum, immo hoc ejus ſilentio etiam tacite probatum: ut demum, ſi pacta iſthaec caſu quodam reſolvi contingeret, jura haec Pontificis omnino vigorem denuo ſuum nanciſcerentur; aut ſiquis Imperii Statuum una cum ſubditis ad ſacra Catholica rediret, res ſacrae reſtituendae eſſent in eum ſtatum, in quo ante eam pacem fuerunt; Pontifici ſaltem hoc in eventu exceptio ex pace, in quam ipſe nunquam conſenſit, opponi nequiret. Ipſos tamen paciſcentes, ita porro inquit laudatus Vir Celeb., haec proteſtatio *obligatione* pacem jam ſaepius nominatam obſervandi *non liberat*, eoquod, cum ab iisdem valide liciteque inita fuerit, uti in citata Diſſ. pluribus idem ſcriptor exequitur, obligatio porro pacta ſancte colendi ex ipſo Jure Naturae deſcendat, nec ea proteſtatio, nec aliud quicquam vinculum iſtud tollere queat. Atque hoc equidem ſententiae Ickſtadianae compendium eſt.

§. IV.

Schottii cenſura

Cur vero nunc vindicias pro hac ICKSTADII ſententia meditari quaedam in animum induxerim, occaſionem dedit Cl. SCHOTTIUS *Prof. Lipſienſis;* quippe cui in *Critica ſua de recentioribus libris juridicis* Tomum primum *Inſtitutionum mearum* recenſere placuit. Ea occaſione inquit, ſiquidem partium ſtudio addictus eſſe nolis, nomen viri eruditi Auctori denegari non poſſe: varia tamen in decurſu deinde commemorat, quae ex ipſius mente non ſatis accuratè ſcripta videntur, ea praecipue, quae controverſias in Jure Eccleſiaſtico publico cum Proteſtantibus concernunt. Omitto nunc reliqua, de quibus id unum animadverto, regulis critices minime conforme eſſe ratiocinium iſtud

SCHOT-

SCHOTTII: in materia de Conciliis impugnatae sunt nonnunquam *Febronii*, *Lochsteinii*, *Nellert* propositiones; igitur jam elucere, hanc pertractationem votis eruditorum respondere non posse. Quemadmodum enim aliis libertatem sentiendi, quantum per principia Catholica licet, ego minime denegarim: ita Critici cujusdam non est, ex eo praecipue, quod opinionibus virorum utut etiam alias celebratorum, calculus non adjiciatur, notam lucubrationi cuidam inurere. Aut praetendet fortassis SCHOTTIIS eam principiis, quae viri isti fovent, inesse vim erroris omnis immunem, quam ipse, Protestantium quippe sacris addictus, Ecclesiae nequidem universae concedet? sed haec εν παροδω.

§. V.

de sententia Ickstadii a me adoptata.

Quae scopum nunc meum concernunt, ea sunt, quae SCHOTTIUS inquid de sententia ICKSTADII circa protestationem Pontificiam adversus P. W. iisque, qui illam amplexantur. Vide Unpartheyische Critick über die neueste Juristische Schrifften 25. Stück. f. 418. seqq. Mirari sese ait inprimis, qua ratione tum ICKSTADIUS, tum qui eum sequuntur alii, in adoptanda ejus opinione, ratione tam aperta contradicere sibi potuerint, quin ipsimet hactenus palpaverint, pugnare inter se manifeste, quae tradant de valore P. W. etiam Catholicos obligantis, protestationem nihilominus Pontificis adversus eandem pacem non justam esse solum, sed et suum adeo eidem esse effectum. Ego autem vicissim miror, qua ratione oculatior aliis pugnantia viderit SCHOTTIUS in re, quae si Catholicis principiis (quippe in quibus loquendum erat Critico, atque censura de scriptore Catholico ferenda) probe imbutus eris, sane absque magna difficultate potest conciliari.

§. VI.

Ejusdem de juribus Pontificis ratiocinio.

Videamus enim, unde sententiam ICKSTADII secum pugnare ipsa, SCHOTTIUS ostendere conetur. Pontifici, inquit, ex principiis Catholicis jura quaedam competunt, quae ei nulla ratione adimi queant: qua vero nunc ratione in iisdem pactum quoddam validum defendi potest, in quo Sedi Apostolicae manifestè ejusmodi jura adempta sunt? aut enim, ita pergit, jura isthaec erant ejusmodi, quae temporum rerumque situ utcunque mutato, avelli tamen à Primatu Ecclesiae nequaquam poterant; atqui tum pactum ejusmodi, in quo id factum, omnino nullum dicendum erit: aut eadem tantum Pontifici competebant certo quodam rerum situ persistente, aut, ut ajunt, *rebus sic stantibus:* atqui tum rebus nimium sane quantum mutatis sua sponte vim omnem perdidere, quin ulla spes esse queat, fore, ut protestatione etiam quacunque opposita reviviscere aliquando possint.

§. VII.

Respondetur.

Speciosum quidem oppido hoc SCHOTTII ratiocinium videtur, sed facile explodendum, si ICKSTADII principia penitius inspexeris. Defendit ille cum scriptoribus Catholicis pluribus, quos recensui *Instit. mearum Part. II. §. XLVII.*, jura Pontificis duplicis esse generis: alia, quae Primatui ex ipsa *institutione divina* sunt annexa; quaeque proinde neutiquam ab illo, quocunque rerum situ avelli queunt: alia vero Primatui quidem jure divino non cohaerentia, sed ex aliis titulis, justis tamen atque legitimis, illi successu temporis reservata. Iam vero rite ratiocinaretur SCHOTTIUS, si in P. W. Catholici intendissent unquam, aut verbis etiam expressis stipulati fuissent, jura illa primi ordinis porro atque in perpetuum a Primatu Apostolico abstrahenda esse, aut vi ejus pacis ab eo avelli, Pontificique adimi: id enim si factum fuisset, qua ratione in principiis Catholicis pax hujuscemodi valida defendi queat, ego quoque non video, SCHOTTIIQUE ratiocinio assentiendum omnino foret.

§. VIII.

Quid de Juribus primigeniis Primatus Apostolici in P. W.?

Atenim quod hujus generis jura Pontificia concernit, nil deprehendet SCHOTTIUS in P. W. constitutum, quam quod Jurisdictio Ecclesiastica Art. 5. §. 48. in Protestantes *suspensa* fuerit: hoc autem longe aliud quid esse, quam jura ad regimen sacrum Ecclesiae pertinentia a Catholicis in P. W. a Primatu Apostolico omnino abstracta, atque avulsa fuisse, porro in *suspensionem* vero Catholicos, salvis principiis suis, consentire potuisse, latius in cit. Diss. ostendit ICKSTADIUS, et praeter eundem ostenderunt BARTHEL *Opusc. 1. de Histor. general. pacif.*, *item Diss. de eo, quod circa libertatem in negotio Religionis ex Lege divina justum est;* BANNIZA *de tolerant. Diversar. Relig.* subque ipsa P. W. tempora celeb. CARAMUEL in opere *hodie satis raro S. R. I. Pax licita demonstrata 1648.*, opposito illi larvato ERNESTO DE EUSEBIIS. Ex quibus scriptoribus facile intelligere poterat SCHOTTIUS, assensum in hanc jurium Pontificiorum suspensionem nihil involvere, quod in principiis Catholicis secum ipso pugnet. Pauca haec repetere sufficiat. Suspensa dicitur l. cit. Ecclesiastica jurisdictio, minime vero sublata, quam vocem maturo consilio evitarunt Catholici, utne in hunc ipsum, quem ratiocinio suo objicit SCHOTTIUS, scopulum impingerent. Consenserunt itaque, utne inposterum ejus jurisdictionis exercitium in Protestantes urgeretur; qui jam ante eam suspensionem, exercitium istud non amplius agnoverunt. Consensum ejuscemodi praestare salvis principiis suis Catholici potuerunt, tam fatali rebus Catholicis tempore, quo plane stolidum fuisset bello ulterius protracto exercitium jurisdictionis Ecclesiasticae in Protestantes urgere velle, dum ex armorum infelici exitu omnino pertimescendo excidium universae rei Catholicae praesagiri debebat.

§. IX.

§. IX.

Quid de juribus secundariis?

Quod vero nunc alia Pontificis jura concernit, quae juxta complures etiam Catholicos, ex natura Primatus non fluunt, uti quae primum eidem alio titulo v. g. Concordatorum accesserunt, tum et in horum non exercitium intuitu Protestantium in P. W. *Art. 5.* §. *19. 20. &c.* consenserunt Catholici, eodem fatali rerum Catholicarum situ adacti, quod utique fieri juste ab iis potuisse ex §. jam antecedente elucet. Sed ne ipse Pontifex illa quodammodo pro derelictis habere videretur, praesertim cum ex mente Catholicorum quoque plurium a Primatu absolute abesse possint, is quoque juste tanquam pacis illius minime concors adversus praejudicia sibi in illa inflicta protestari potuit. Effectum quoque suum habet ea protestatio: fac enim integram quandam provinciam ad sacra Catholica avita redire; resuscitari in eadem Ecclesias olim florentes; restaurari beneficia et praebendas, Pontifici aeque ac ante P. W. jus ex Concordatis circa beneficia Germaniae debitum, in hujusmodi Ecclesiis integrum persistere nunc in aperto est, quin exceptio eidem ex P. W. aut consensus olim in haec jura abolenda praestiti, aut derelictionis eorundem opponi queat. Hac tota in re quid demum inter sese pugnare dicendum est?

§. X.

An Pontifex juste protestatus sit eorundem intuitu?

At jura haec inquit SCHOTTIUS, tantum in Germaniam Catholicam rite a Pontifice exercita fuere: postquam igitur magna ejus pars a sacris Catholicis recessit, eo quoque ipso jura istiusmodi in eandem cessare necessum fuit, quin ulla fuerit Pontifici justa de hac re querendi aut protestandi causa. Hic enim vero insigniter prodit SCHOTTIUS, parum ipsi cognita esse prima atque capitalia doctrinae Catholicae principia, a quibus salva fide sua recedere nemini Catholicorum licet, et secundum quae tamen Critico dijudicandum fuit, quidquid Scriptor Catholicus de his controversiis asserit. Jura Ecclesiae, quam nonnisi unam, veram, eamque Romano-Catholicam, agnoscimus, in Protestantes intacta manent; indeque et jura illa, quae Christus ipse Primatui in universam Ecclesiam annexuit, quin Protestantes suus a Religione Catholica discessus subjectione Ecclesiae uni, verae, Romano-Catholicae debita, liberare potuerit. Ut fusius id demonstrem, cum meum modo non sit polemicum agere, sed sententiam ICKSTADII solum a contradictione ipsi inusta vindicare, nec SCHOTTIUS credo, nec alii exspectabunt. Cum vero haec principia primum sint atque praecipuum doctrinae Catholicae firmamentum, SCHOTTIUS, qui ipse profitetur crisin a se suam cujusque scriptoris in Religione principiis accommodandam, a Catholico Auctore expetere non potuit, ut jura Ecclesiae et Pontificis in Protestantes pro omnino extinctis habere debeat. Qua ratione

in eorundem suspensionem a Catholicis consensus praestari potuerit, paulo ante innuimus.

§. XI.

dem ad- ... rsus ra- ... ciniuni ... hottii ... erius ... struitur.

Immo vero ne aliis quidem Pontificis juribus, quae ex Concordatis ipsi in Germania competebant, SCHOTTII ratiocinium sat accommodum est. Sane jura isthaec descendebant ex pacto publico, solenni, universam nationem Germanicam ex una parte obligante: jam vero cum Protestantes ipsi et recte quidem omni labore defendant, pacta quoque cum alterius cujusdam Religionis Principe aut hominibus inita vim obligandi aeque firmam, atque alia habere; ipse porro a Religione quadam discessus modus denuo legitimus non sit, pactorum, eorumque publicorum obligationem aufferendi, cur Pontifex protestari saltem juste non potuerit, dum simili quid adversus ejus ex simili pacto jura fieret? Nonnisi cum Germania Catholica ea inita fuisse dicet SCHOTTIUS: recte sane hoc sensu, quod transactum fuerit eo tempore, quo Germania adhuc ex integro Catholica fuit: an vero pactum a Majoribus suis Catholicis initum non stringere nepotes ad sacra alia transgressos dicent Protestantes? an mutationem Religionis modum esse legitimum pacta publica abolendi? sed salva Religione nunc sua dicent non potuisse amplius permitti suis in Ecclesiis Pontifici jurium ex Concordatis quaesitorum exercitium: hoc enimvero tam parum erit ipsorum conscientiae contrarium, atque si Catholicus etiam hodie adhuc fortassis ex anno normali, aut aliunde, est in possessione beneficia etiam protestantica conferendi. Quod confirmationem electionum attinet, eam ante P. W. ab Episcopis protestanticis a Pontifice expetitam fuisse ostendit eorum sacris addictus scriptor HOLZIUS *in Diss. de Statu Episcoporum Aug. Conf. a Pace Relig. usque ad P. W. Jenae 1752.* Adde BUDERUM *in Symmictis Observat. 3. et 10.* Certam demum pecuniae summam sub Annatarum etiam nomine Pontifici pendere, qua ratione Protestantium conscientiae sit adversum, plane non video. Atque ex his apparet, quod dixi, ne hujus quidem generis juribus Pontificiis SCHOTTII ratiocinium convenire: rebus vero etiam ita se habentibus non pugnare inter sese, quod Catholici nihilominus in P. W. in horum jurium non exercitium intuitu Protestantium consenserint, denuo ex dictis jam ante elucet.

§. XII.

chottius ... rca Jus ... efor- ... nandi

Sed Jus reformandi, pergit Criticus noster, Catholicorum etiam Scriptorum assensu, jus est Principis Majestaticum, neque Pontifici ex vi Primatus, neque tanquam jus aliunde reservatum, aut ex Concordatis proprium, aut in ipsum ab Imperatore et Statibus unquam translatum; conqueri proinde juste non potuit, aut debuit, dum Imperator Ordinesque Imperii ex Reformandi jure

jure Protestantibus Religionis suae exercitium aliaque plura permisêre: immo cum hac ratione jure id suo facere potuerint, quam parum protestationi Pontificis adversus P. W. interpositae tribuendum, ex hisce denuo in aprico esse SCHOTTIO videtur.

§. XIII.

Plura hic non satis discernit SCHOTTIUS. Jus Reformandi ex mente ipsorum Catholicorum inter jura Majestatica referri inquit: Sed nosse debuit vel ex foliis Celeb. BARTHELII *Differt. duplici de Jure Reformandi novo et antiquo* a Catholicis omnino distingui inter jus Reformandi antiquum, ante tempora infelicis in Ecclesia dissidii nonnisi in ea cognitum, hocque nonnisi in Systemate Catholico Ecclesiae, et iis, quibus a Christo Ecclesiae regimen commissum est, Capiti videlicet Ecclesiae Supremo, Praelatisque proprium esse: ad hos unice jure divino potestatem decernendi de negotiis Ecclesiae pertinere, hancque potestatem Ecclesiae in P. W. nec ademptam esse, nec vero etiam adimi potuisse. Aliud est de Jure illo Reformandi novo, nonnisi a temporibus infelicium in Religione dissidiorum cognito, a Statibus primum Protestantibus ad exterminandam Religionem Catholicam in terris suis, inducendamque novam arrepto, demum post multas disceptationes in P. W. Art 5. §. 30. Statibus omnibus addicto: atque exinde quidem hodie jure illud Imperatori Statibusque Catholicis aeque proprium esse defendimus: sed qua id ratione principiis Catholicis non repugnet, tum in laudato BARTHELIO, tum aliis Catholicorum lucubrationibus collectioni nostrae inserendis SCHOTTIUS videre potest. Hoc discrimine animadverso ruunt per sese illico, quae de re ista ex mente Catholicorum favere sibi existimat. Licite ab Imperatore atque Catholicis in utraque pace plura permissa fuisse, adeo non negat ICKSTADIUS, ut et ipse pluribus id confirmet. Sed cum alia ex parte liquidum sit pariter atque indubium, ea in praejudicium Pontificis nullam in conflandis istis pactis partem habentis, atque adeo tertii cedere, eum juste protestari potuisse inquit: cum ne de eo quidem Statu in P. W. actum fuerint, ubi res ad antiquum situm redierit; neque de eo, quodsi Catholica Religio in provincia quadam restauranda foret, saltem quando res non amplius erit Catholicis cum Protestantibus, sed cum Pontifice jura sua pristina tum vi Primatus, tum Concordatorum ipsi competentia exercere volente, pax quoque utraque Religionis non obstabit, quominus ea protestatio effectum suum habeat. Atque hoc solide in laudato opusculo demonstravit ICKSTADIUS, inque hac opinione nil esse, quod inter se pugnet, uti vult SCHOTTIUS, breves hae vindiciae a properante scriptae an non perspicue satis et ipsae probent, L. B. judicium esto.

non recte ratiocinatur.

XIII.

IPSIUS EDITORIS DISSERTATIO DE GUARANTIA PACTORUM RELIGIONIS IN GERMANIA.

Heidelbergae 1772.

CAPUT I.

De Guarantia foederum & pactorum publicorum generatim.

§. I.

Guarantia pactorum generatim.

Ut foederibus inter Principes supremos populosque liberos initis eo major constet sanctitas, atque, quae illa ineunt, partes tanto quoque ab iis violandis revocentur magis, aliorum quoque Principum populorumque, eorum praesertim, qui partibus dissidentibus componendis operam navarunt *, sponsio accedere solet. Solent nimirum isti, etiamsi ipsimet partibus pactum conflantibus annumerandi non sint, fide interposita sua quasi cavere spondereque curaturos sese, ut foedera hac ratione inita, quam sanctissime custodiantur: atque ad eum finem obtinendum opem sese suam collaturos: immo si remedia amplius alia profectura nil sint, auxilio quoque parti adversus pactum ejuscemodi laesae futuros, partemque a fide data recedentem ad officium suum reducturos **. Hoc vero vulgari vocabulo *Guarantiam* adjicere suam ejusmodi foederibus dicitur, quo cum ea res passim exprimi soleat, neque aliud commodius occurrat, nos quoque porro usuri sumus. ***

* Patet exinde Guarantiam suscipientes quam maxime distingui ab iis, qui officia tantum sua interponunt ad compositionem amicam inter gentes Principesque dissi-

diffidentes eo facilius conciliandam, atque *Mediatores* vulgo dicuntur, hi enim ad fœdus pactumve jam initum fartum tectum præstandum sese non obligant L. B. DE ICKSTADT *Elem. Jur. Gent. L.* 3. *c.* 6. *§.* 5. *L.* 4. *c.* 2. *§.* 7. *seqq.*

* Varia ratione adhuc foederum sanctitati aut pactorum publicorum consuli solet, uti jurejurando, obsidibus &c. de quibus juris Gentium interpretes. Frequentior fuit etiam in Germania, quod ad *Obstagium* sese Principis cujusdam Vasalli, Status, subditi primae dignitatis obligare debuerint, quam rem erudite illustrat GERCKEN *in seinen vermischten Abhandlungen aus dem Lehn- und deutschen Rechte der Historie* &c. N. IV. *Beyträge zur Erläuterung des ehemahligen Einlager-Rechtes, in dem ersten Theil* 1771, ex documentis ab eo allatis apparet, subin ipsos Principes ad firmius robur pactis inter alios initis conciliandum se ad obstagium obligasse. Adde celeb. HAEBERLIN *Hist. Tom.* 2. *p.* 405. Hac occasione certum est, enata quoque fuisse Feuda *Plegii* dicta eo fine concessa, ut loco servitiorum militarium ex natura Feudorum alias debitorum Vasallus pro Domino sponsorem sese, fidejussorem, obsidem sistere, immo obstagium subire debuerit, Conf. DU FRESNE *ad hanc vocem;* MASCOV. *de Jure Feudorum cap.* 3.

** *Guaranda* vox origine Teutonica videtur ex antiquo Germanisque plurimum usitato vocabulo *Gewehr*, de quo vide VAN DER LAHR *in Catalogo vocum Teutonicarum Corpori Juris Germanici Senckenbergiano adjecto Tom.* 2. DREYER *Sammlung vermischter Abhandlungen zur Erläuterung der deutschen Rechte und Alterthümer, wie auch der Critik und Historie* I. *Theil N. III. von den Kindern, so in der Were sind* f. 96. GRUPEN *deutsche Alterthümer cap.* I. §. 8. ubi de *legitima Warandia*, *legitima vestitura*, *rechten Gewehr*, *were* &c. Inde Guarantia cautionem, fidejussionem, sponsionem denotat. *Guaranda* Juris Saxonici est species cautionis forensis & satisdationis *Jus Prov. Saxon. L.* I. *c.* 63.

§. II.

Ejus effectus.

Cum Guarantia isthaec eo fine foederibus pactisque publicis accedat, ut irmiora subsistant, neque partibus paciscentibus ultro citroque fides prae- violetur; sponsionemque adjiciens ad ea, quantum est in sese viribusque procuranda se obliget: sequitur Guarantam non solum teneri ad paciscen- quibusvis remediis inter Principes supremos Jure Gentium permissis, aut dsi omnino supremus non est ipsi aliunde non prohibitis adigendos, ut pa- um fidem sancte observent; sed & si iis insuper habitis a fide data pars una lo secius recedat, adstringi quoque ad auxilia parti laesae contra foederis sgressorem ferenda.

Quis vero nunc judex erit, si non omnino expeditum fuerit an fides violata nec ne, an Casus praestandae Guarantiae adsit, an secus? is, ego quidem puto, idem, qui decidere quoque alias debet, quoties videlicet cunque inter Principes dubia est belli justitia, quae fors ab una parte defenditur, ab altera vero negatur. Cum videlicet judicem in terris, si supremi fuerint, nullum habeant, id perspectis probe ponderatisque utriusque partis rationibus supremorum impe-

imperantium conſcientiae relinquendum erit. Hoc vero iis, qui ſupremi non ſunt, in his ſaltem, ubi judicem agnoſcere debent, applicari non poſſe per ſeſe appricum eſt. Cum, ut longior ſim hac in materia, ſcopo modo meo non adeo ſit accommodum; Conf. WOLFF *de Jure Gentium* c. 4. PUFFENDORF *L.* 8. *c.* 8. STAPFF. *de J. N. & G. Tract.* 1. *P.* 4. §. 3. ICKSTADT *L.* 3. *c.* 6. HAMMER *diſſ. de Jure ſacrorum & foederum Diatribe* 4. DE MARTINI *de Jure Civitatis P.* 2. *cap.* 21. HENRIC. DE COCCEJI *Diſſ. de Guarantia pacis Vol.* 1. *Diſſ. Academ. &c.*

§. III.

De jure foederum & Guarantiae ſtatuum Imperii.)

Qui gaudet jure foedera ineundi ſanciendique, iisdem etiam tanquam fidejuſſor aut Guaranta accedere poteſt. Quare id a ſupremis inter ſe Principibus rite fieri nemo dubitabit. Cum vero Status quoque Imperii noſtri hodie jure indubio gaudeant *, foedera non tantum inter ſeſe, ſed etiam cum exteris ineundi: dummodo illa vel Imperatori vel Imperio praejudicium nullum afferant, aut repugnent vinculo, quo Status Imperatori & Imperio adſtringuntur **: ſponſionem quoque ejuſmodi foederibus pactisque adjicere poterunt, quodſi & haec nil contineat juribus Imperatoris aut Imperii adverſum; vinculum illud Sacroſanctum Capitis cum membris non infringant aut labefactent; nil denique involvant, quod manifeſtis Imperii Legibus adverſetur. ***

* Celeb. HAEBERLIN *Hiſtoriae periodo V.* quam *Tom.* 1. adſignat HENRICO IV. & V. fol. 347. ait foedera Statuum hac jam aetate frequentia occurrere, immo turbulentis iſtis temporibus de mediatis atque adeo ſimile quid legi, ita ut ex ejusmodi jure nequidem recte argumentum fieri queat ad ſuperioritatem territorialem, quemadmodum contra HANSELMANNUM etiam advertit STRUBEN *Nebenſtunden P.* 4. *N. XXII.* quanquam liti variis ſcriptis inter utrumque de hoc ſimilibusque argumentis agitatae me hic immiſcere nolim. *Periodo VI.* quae ab HAEBBERLINIO portenditur usque ad obitum RICHARDI, inter plurima alia minoris famae celebria fuere foedera *Rhenanum & Hanſeaticum*, de quibus vide eundem *Tom.* 2. *f.* 54. 117. 454. 510. *ſeqq. Periodo VII.* apud eundem *Tom.* 8. *f.* 741. omnino memorabile eſt, quod, dum A. 1406. RUPERTUS *Rex* in Comitiis *Moguntinis* diſſolvi vellet, celebre illo aevo foedus *Marbacenſe*, eoquod initum fuerit non accedente ſuo aut Imperii conſenſu, foederati reſponderint, unionem ſuam nulla ratione cedere in praejudicium Imperii, immo vero in ejus commodum, *Rupertum* ipſum antequam ſolium conſcenderet, eodem modo foedera percuſſiſſe: jus porro Statuum quoad hanc rem diſceptationi ſubjici nequaquam permiſere Marbacenſes, immo jam tum *Rupertum* illud dubio nulli obnoxium non obſcure profeſſum eſſe citatus ſcriptor ait ex OLENSCHLAGER *neue Erläuterung der G. B. im Urkunden - Buch. N.* 44. *p.* 112 - 116. & apud SCHOEPFLINUM *Hiſt. Zaringo-Badenſ. Tom. VI. p.* 17. RUPERTUS permiſit: „*ohne ſonderbare Laube und Uztrags des Reichs Bündniſſe und* „*Eynungen um Fridenswillen unter einander zu machen, als er der König ſelbſt* „*vor-*

„*vormahls gethan*„. Adde foedus *Suevicum* ſub FRIDERICO III. procuſum atque ab eo filioque MAXIMILIANO I. adeo non impugnatum, ut etiam totis potius viribus illud conſervare conarentur. Neque deſunt exempla foederum cum exteris quoque jam diu ab Imperii ſtatibus initorum. Ex viris celeberrimis HONTHEMIO, DU MONTIO, OEFELIO, SCHOEPFLINO &c. haec habe apud HAEBERLINIUM *Tom.* 8. *f.* 744. *A.* 1397. Electores *Colonienſis* & *Palatinus* cum RICHARDO *Rege Angliae*, *A.* 1401. BERNARDUS I. *Badenſis* cum LUDOVICO *Duce Aurelianenſi*: 1444. JACOBUS *Trevirenſis* & FRIDERICUS Elector *Saxo*, ejusque frater WILHELMUS eodem anno cum CAROLO VII. *Rege Franciae* 1472. ALBERTUS Dux *Bavaro-Monacenſis* cum CASIMIRO *Rege Poloniae* hoc modo pacti ſunt; ut recentiora Pacem Weſtphalicam adhuc antecedentia, quippe nota magis taceam. Ex hujus ipſius pacis & Capitulationis Caeſareae locis mox recitandis res iſta controverſiae nulli eſt obnoxia. Conf. MASCOV. *Princ. Jur. Publ. edit.* 1750. *L.* 6. *cap.* 4. §. 7. *ſeqq.* PFEFFINGER *Tom.* 3. *p. m.* 398. *ſeqq.* ubi ingentem catalogum ejusmodi foederum offendes. HAMMER *de Jure Sacrorum & foederum Diatribe* 5. DÜRR *Diſſ. de eo, quod juſtum eſt circa Repreſſalias in cauſis Religionis in Imperio Romano-Germanico. Mogunt.* 1771. §. 4.

** *Art.* 8. §. 2. *P. W.* ita dicitur: *cumprimis vero jus faciendi inter ſe & cum exteris foedera, pro ſua cujuscunque conſervatione ac ſecuritate, ſingulis ſtatibus perpetuo liberum eſto, ita tamen, ne ejusmodi foedera ſint contra Imperatorem & Imperium, pacemque ejus publicam vel hanc inprimis transactionem, fiantque ſalvo per omnia juramento, quo quisque Imperatori & Imperio adſtrictus eſt.* Capitulat. Nov. Art. 6. §. 4. 5. „*So viel aber die Stände des* „*Reichs belanget, ſolle denenſelben allen und jeden, das Recht Bündniſs unter ſich und* „*mit auswärtigen zu ihrer Sicherheit und Wohlfart zu machen, dergeſtalt frey* „*bleiben, daſs ſolche Bündniſs nicht wider den regierenden Römiſchen Kayſer* „*und das Reich, noch wider uns* (ita, quoniam ea Capitulatio vivente „Franciſco I. concepta fuit) *den allgemeinen Land-Frieden, auch Münſter-* „*und Oſsnabrückiſchen Friedens-Schluſs ſeye, und daſs dies alles nach Laut* „*deſſelben, und unverlezt des Eydes geſchehe, womit ein jeder Stand dem re-* „*gierenden Römiſchen Kayſer und dem heiligen Römiſchen Reich verwandt iſt,* „*daſs auch die von fremden Potentaten begehrende Hülfe alſo und nicht anderſt* „*begehret werde, noch gethan ſey, dann daſs dadurch dem Reich keine Gefahr,* „*noch Schaden zuwachſen möge*„. An nunc foedus tale ſit; quemadmodum hic praeſcribitur, ex conſenſu Imperatoris ad illud praeſtando, elucere debere, in P. W. tractatibus quidem mentio facta; ſed nec pacis nec Capitulationis poſtea textui ſimile quid inſertum fuit.

*** Nec deſunt exempla Guarantiae ejusmodi a Statibus ſuſceptae. Memoranda ſunt recentiora, uti apud MASCOV *l. cit.* §. 12. FRIDERICI WILHELMI *Electoris Brandenburgici*, qui pro ſervandis inter Imperium & Galliam 20. annorum induciis fidem interpoſuit apud Regem Galliae. *Reichs-Archiv, Fortſetzung der II. Continuation p.* 177.; ibidemque vide cautionem interpoſitam Electorum *Saxoniae* & *Brandeburgici* in Tractatu *Altenavienſi.*

§. IV.

Ad quid se extendequeat.

Effectus tum foederum, tum Guarantiae a Statibus Imperii susceptae non possunt esse adversi juribus Imperatoris & Imperii, neque obligationi Statuum ex §. *praec.* Quare (1) Guarantia ejusmodi non potest obligare ad arma Imperio aut Imperatori inferenda *; nec (2) cum variis Imperii legibus prohibitum sit Statui adversus alium arma arripere ** ; immo (3) & Repressaliae iisdem eodem modo proscriptae sint *** , Guarantia ad tale quid adversus alium Imperii Statum suscipiendum poterit extendi: cumque porro (4) per easdem Leges Imperii non liceat, subditos alterius cujusdam Domini in protectionem eo invito suscipere, illisque patrocinium praestare; **** tale quid denuo praetextu Guarantiae cujusdam attentare minime licebit. Profecto aut perspicuum est, quod dixi; aut Leges Imperii quaevis, atque ita tota ejus compages facillime subrui poterit, si quod iisdem tam graviter prohibitum est, sub alio quodam fuco undecunque accersito continuo licitum evadet.

* Primum patet ex textibus *P. W.* & *Capitulationis* paulo ante recitatis.

** Neminem latet, quam infausta illa olim Germaniae nostrae tempora fuerint, ubi *diffidationes* ita dictae bellaque, aut potius rapinae luce palam exercita fuere, donec erecto sub MAXIMILIANO I. ad stabilem quandam normam supremo Imperii judicio Camerali, pace publica perpetuis temporibus stabilita, remedia isthaec violenta omnino proscriberentur. Leges Imperii plurimas clarissimis verbis vim armatam prohibentes vide apud cl. SÜNDERMAHLERUM *in Diss. prima de potestate jus suum vi & armis prosequendi in Imperio haud permissa vulgo von der Selbst-Hülf. Wirceb.* 1752. *Opusc. N.* 5. Neque esse aliquem existimo adeo salutis publicae hostem, ut rem hanc universim in controversiam adducere audeat; an vero deinde quoad caussas praecipue Religionis tanquam exceptio quaedam, aliud in P. W. constitutum fuerit, quantum hic ad scopum nostrum, inferius paulo delibabimus.

*** Repressalias quoque in thesi in Imperio prohibitas esse ferme inter omnes etiam Protestantes convenitur: idque sat manifeste elucet tum ex iis Legibus, quibus omnis via facti proscribitur in *cit. Diss.* allatis, tum speciatim ex *R. I.* 1570. §. 84. ubi: „*wann auch die* Arresta, *wie die* Repressalien generaliter *in Rechten verbotten &c.*„ *Capit. Nov. Art. XVI.* §. 5. promittit Imperator „*die Vorsehung zu thuen, damit in rechtshängigen Sachen, und unter* „*währender* Litispendenz *kein Stand den anderen mit Repressalien, Arresten,* „*und anderen wider die Reichs-Saz- und Ordnungen, auch wider den allgemeinen* „*Friedens-Schluss laufenden Thätlichkeiten beschwehre*„. Repressalias ex hoc capite in Imperio vetitas ex Protestantibus asserunt apud celeb. DÜRR *Diss. de eo, quod justum est circa Repressalias in causis Religionis in Imperio Romano Germanico Mog.* 1771. §. 5. MYNSINGER, COLER, MEVIUS, DE LUDOLFF, RODING, WAGENSEIL, STRYCK, L. B. DE CRAMER *Tom* 1. *Obs.* 124. atque ex iis Protestantium scriptoribus, qui denuo hic exceptionem in caussis Religionis aliunde extundere conantur, saltem, ut dixi, genera-

generatim vetitas fatentur G. L. BOEHMER, *Differt. de Principe S. R. I. jus suum vi & armis tuente* §. 4. 9. ESTOR *in den Anfangs-Gründen des gemeinen und Reichs-Processes*, LEYSER *Medit. ad Pand. Spec.* 30. *Medit.* 5. LOCHNER *in Selectis juris universi. Erstes Stück N.* 10. *Von der Selbst-Hülf und denen Repressalien bey Nachsteuer-Fällen* §. 3. adeo ut manifeste torqueant recitatos textus WERNHER *Diss. de jure Repressaliarum inter Principes Imperii*, & KAHLE *in Comment. de justis Repressaliarum limitibus*, quorum tamen cavillationes detexit DÜRR *l. cit. p.* 18. *not. f. & h.* Sane si & torqueri adhuc ad Repressalias vel sine legitima superioris auctoritate, vel exercitas tempore litis pendentis cum WERNHERO & KAHLIO textus citati possent, *Capitulat.* certe *Art* 21. *§.* 6. 7. 8. adeo luce ipsa clariores videntur, ut, nisi studio coecutire velis, rei veritatem illico apparere necessum sit; ita autem spondet Imperator §. 7. quod nolit ulla ratione concedere, „*dass sie* (Status Imperii) *worinnen sie ordentlich Recht leyden mögen, und dessen erbietig seynd, mit Raub, Brand, Pfändung, Vehden, Krieg,* ... *oder anderer Gestalt beschädiget, angegriffen, überfallen und beschwehret werden.* §. 8. *oder da dergleichen Vergewaltigung von jemanden gegen einen oder anderen Reichs-Stand vorgenommen worden, oder würde, so sollen und wollen wir alsobald die sichere Anstalt machen, dass &c.* „

**** Leges Imperii hanc protectionem vetantes variae sunt, uti *R. I.* 1529. §. 10. *R. I.* 1530. §. 65. *Landfried zu Augspurg* 1548. *in prooem. §.* 1. *R. I.* 1544. §. 83. *Pax Relig.* 1555. §. 23. „*Es soll auch kein Stand den anderen, noch desselben Unterthanen zu seiner Religion dringen, abpracticiren, oder wider ihre Oberkeit in Schutz und Schirm nehmen, noch vertheidigen in keinem Weg*„. *P. W. A.* 5. §. 30. ubi: *cum* ... *dudum in pace Religionis* .... *insuper majoris concordiae inter Status conservandae causa cautum fuerit, quod nemo alienos subditos ad suam Religionem pertrahere eave causa in defensionem aut protectionem suscipere, illisve ulla ratione patrocinari debeat, conventum est hoc idem porro quoque ab utriusque Religionis Statibus observari &c.* Plura vide apud BOCRIS *Diss. de eo, quod circa protectionem subditorum alterius Domini territorialis justum est.* Cum satis liquido ex textibus recitatis eluceat, ne Religionis quidem ergo alienum subditum in protectionem adversus Dominum legitimum rite suscipi, eos quoque in rem suam adduxit SÜNDERMAHLERUS *Diss. altera de potestate jus suum vi & armis persequendi in Imperio haud permissa* 1761. in qua respondit STRUBENIO *Nebenstunden IV. Theil* 27. *Abhandl.* Verum is *Nebenstunden VI. Theil* 44. *Abhandl.* speciatim se iis legibus hoc modo extricare conatur; prohiberi quidem iisdem, nequis alienos subditos modis variis ad Religionem suam pellicere audeat, atque ad eam, quam illorum Dominus profitetur, deferendam; qui si dein illos tolerare nolit, vetitum quoque tum esse, hoc fine atque rerum situ patrocinium iis adversus Dominum praestare: propterea vero interdictum non esse, protectionem iis addicere, qui ipso jam anno normali Religionis suae exercitio gavisi fuerint: sed induit altius viscum, dum elabi conatur STRUBENIUS: nunquid enim jamdum tot legibus anterioribus, nullo in capite mutatis generatim id vetitum erat; utraque autem pace solum expresse ad caussam Religionis extensum, cum eo tempore exempla varia hujus protectionis alienis subditis refractariis exhibitae id exigerent? nunquid vetitum in P. W. textu

citato subditis istis *NB. etiam ulla ratione* patrocinari? ex quo capite STRUBENIO permissum limitationem ejusmodi adjicere? Nil quoque ex illo jure intercedendi *Capit. Art.* I. §. 11. pro subditis alienae Religionis concesso aliud consequi, quam jus horum caussas Caesari commendandi, demonstravit SÜNDERMAHLER *in Diss. de jure agendi in causis Religionis non cuivis permisso* 1759. *opusc. N. VII.* acerbius hic scripsisse SÜNDERMAHLERUM ait CAROL. HENRICUS GEISLER *in Comment. de gravaminibus Religionis auctoritate judiciorum Imperii tollendis, Erlangae* 1771. §. 15. quod existimet Protestantes velle, quasi popularem de his caussis actionem proditam esse, adeo ut ex eorum sententia quilibet alienorum subditorum caussas contra horum Dominos diversae Religionis etiam citra illorum rogatum aut mandatum in Judicio perorare valeat: Evangelicos potius inquit semper restitisse, dum Imperator caussas literis Corporis Evangelicorum ipsi commendatas in judicium deducturus videbatur. Atenim SÜNDERMAHLERUS, quod dixerat, luculento quoque exemplo confirmavit *Comitum Hohenloicorum stirpis Neolytanae* tale quid pro subditis alienis attentantium, ut patet *ex concluso judicii Imperialis Aulici sub* CAROLO VII. ab eo abducto *l. cit. §. IV.* Neque ad rem sunt, quae addit GEISLERUS; verissimum enim est, ea Protestantium fuisse Principia, in caussis Religionis suprema Imperii judicia adeunda necessario non esse, neque ullum in iis processum locum habere, uti ex ipsa GEISLERI commentatione denuo elucet, atque a me commonstratum est in *Diss. de processibus in caussis Religionis ab Imperatore non permittendis ad Capit. Nov. A.* I. §. 11. *hic* 1771. §. *III.* huic tamen eorum sententiae non obstat, quin ex altera parte, si opportunum id crederent, pro alienis etiam subditis in supremis tribunalibus jus actionem in caussis Religionis instituendi sibi competere praetenderent: hoc vero est, quod cit. vir celeb. in laudata diss. quoque profligavit. Ut vero hunc quoque scopulum declinaret ita dictum Corpus Evangelicorum, 1770 caussas Religionis ad se delatas per Deputatos ex suo gremio examinandas esse decrevit, & quodsi partibus conquerentibus Leges Imperii assistere viderentur: designavit, qui pro iis, sumptibus ex aerario ad eam rem destinato subministratis, scripta conficeret; item, qui deinde ea in supremis tribunalibus exhiberent. Ne vero Procurator aut ita dictus *Agens Corporis Evangelicorum*, res denuo plane nova atque paradoxa videretur, peculiari quoque illos ab ipsis partibus mandato muniri voluit. Vide OERTELIUM *in Repertorio novo gravaminum Religionis* 1770. *in Praefat. die neueste Kirchen-Geschichte unter Aufsicht des Herrn D.* WALCHS *Lemgo* 1771. *erster Theil. N. V. Nachrichten von den Religions-Beschwerden des Evangelischen Theils im Heil. Röm. Reich, und den zu ihrer Abstellung getroffenen Anstalten.* Nihilominus *Wetzlariae* comparuisse Procuratorem ipsius Corporis Evangelici patet ex *Extractu Protocolli judicialis in Sachen des Closters Lichtenthal, contra die Gemeinde Rippur* 1771. 27. *Feb.* apud AUCTOREM *der kritischen Betrachtungen über verschiedene Staats-Fragen dritter Theil, erstes Stück* fol. 80. ibi: „*Dr. von* RULAND, *demnach diese Consistorialsache dem* „*Herrn D. von* ZWIERLEIN juniori *als* Procuratori *des* Corporis Evange-„lici *übertragen worden, als will seine eingelegte* Legitimation *hiermit wieder* „*zurück nehmen*„; sed recte se opposuit BRANDTIUS partis alterius caussam sustinens, negans ostentum hoc novum, Procuratorem Corporis Evangelici a se ex Legibus Imperii agnosci tanquam legitimum posse. Haec vero de

prote-

protectione alienis subditis in caussis etiam Religionis non praestanda sufficiant hic loci ad alia scopo nostro propiora properantibus.

CAPUT II.

De diversitate pactorum Religionis in Germania.

§. I.

Antequam de Guarantia pactis circa Religionem adjicienda, ejusdemque effectibus justis atque legitimis definire quidquam liceat: pacta prius circa Religionem iniri solita probe secernenda sunt. Huc ante omnia spectare, quae inter utramque partem universam in Religione discordem, Protestantes nimirum & Catholicos concipiuntur, nemo non videt. Talia sunt potissimum celeberrima illa pax utraque *Religiosa* & *Westphalica*, de quarum occasione, tractatibus, post innumeras difficultates demum formula, prout hodie extat, concepta post integra de hisce omnibus tum opera, tum peculiares aliorum lucubrationes, plura hic addere scopo meo accommodum non est.

Pacta Religionis generatim; Pax Religiosa & Westphalica.

* Id unicum advertere liceat, nondum extare editionem ipsius textus P. W. cui undequaque fidere possis: maximae auctoritatis est, quae *Monasterii* 1648. lucem publicam aspexit. Ex *tabulario Moguntino* accuratissimam promisit DE MEJERN *in Præf. Tom. III. Act. Pac.* sed cum finem obtinere suum non posset, juxta exemplum *Holmiense*, uti praefert, summa fide & solertia textum evulgavit; sed ne huic quidem editioni satis confidi posse vult GEISLERUS *Comment.* 1. *de interpret. P. W. Erlangae* 1771. *p.* 10. *seqq.* ubi id quoque exemplis conatur demonstrare.

§. II.

Porro pacta isthaec circa Religionem inita esse possunt ab Imperio cum Principe quodam extero, quo quidem praecipue referenda est illa *clausula A.* 4. *Pacis Ryswicensis* ab Imperio cum Rege Galliae initae; vulgo autem notum est vi hujus clausulae Religionem Catholicam in locis a Gallis restituendis jussam esse salvam persistere in eo statu, in quo tempore restitutionis esset *. Huc quoque aliqua ratione pertinere videtur id, quod convenit inter CAROLUM VI. & *M. Britanniae Regem* A. 1719. de gravaminibus ita dictis Religionis ad statum pacis *Badensis* per modum provisionis, ut inquiunt, reducendis **.

Pacta Religionis cum Principibus exteris.

* Eam a me clausulam huc referri ne improbent Protestantes: aeque enim eandem ac reliqua in dicta pace composita vim pacti cum Rege Galliae initi habere, neque postea etiam hujus clausulae robori quidquam detractum fuisse, nunquam non argumentis plane efficacibus sustinuere Catholici, non ita pri-

dem autem denuo Celeb. NELLERUS *Diss. de clausula Art. IV. Pacis Ryswicensis Treviris* 1762. Novi equidem NELLERO non solum se opposuisse CHRISTIANUM AGRICOLAM *in Disput. de clausula Art IV. Ryswic. eaque ad Ducatum Bipontinum non pertinente*, *qua simul & Dissertatio quaedam Trevirensis de eadem clausula convellitur Ratisbonae* 1766. Sed & SELCHOWIUM *in der juristischen Bibliothek* 2. *Band erstes Stück*, 2. *Abschnitt*, *n.* 6. acerbam ferre censuram in *cit.* NELLERI *Diss.* triumphum quoque sibi ipsi accinere in suis *Elem. Juris Publici* §. 311. *not.* 5. *de ferocissimo*, ut ibidem ait, *adolescentulo a se represso*; ne enim adversus tantum virum, Protestantibus alias magni quoque aestimatum, vel ipsas humanitatis leges violare videretur, consilio, si superis placet, sane perspicaci ejus lucubrationis NELLERUM Auctorem dissimulat, & PIDOLLIUM illam propugnantem aggreditur; ut vel ex uno colligas, quid a criticis istis exspectandum sit tum, quando proposita libere opinione tua eos aggredi aperta fronte videaris; aut, uti de me dicere placuit SCHOTTIO Lipsiensi recensenti Tomum I. *Institutionum mearum*, Orthodoxum Catholicum Publicistam agere. Non dubito, cum res hujus adeo loci non sit, quin responsiones SELCHOWII ab ipso NELLERO suo tempore sint confutandae; fors quoque ipsemet pro virium mearum tenuitate occasione alia ostendere conabor, quam difflari facile dicta SELCHOWII queant, quamque idcirco caussa fuerit nulla, cur sibi ipse de represso ferocissimo adolescentulo tantopere plauderet.

** De hac re agit MOSER *Diss. de gravaminibus Religionis provisorie ad Statum pacis Badensis reducendis* 1737. Varia huc spectantia extant apud SCHAUROTH *Tom.* 2. *p.* 734. 739. &c. *Tom.* 3. *p.* 65. 123. 146. *seqq.*

§. III.

Cum Successoribus.

Subin pacta circa Religionem ineuntur cum successoribus ea occasione praeprimis, cum linea uni ex receptis in Imperio Religionibus addicta fortassis exspirante, successio ad eam, quae alteri Religioni diversaeque mancipata est, devolvenda praevidetur.

* Hac ratione constat pactum fuisse in Serenissima domo nostra *Palatina* a CAROLO Electore ultimo lineae *Simmeranae* cum PHILIPPO WILHELMO e domo *Neoburgica*; pactum ipsum extat apud STRUV. *in der Pfälzischen Kirchen-Historie* C. 11. pag. 687. nupero autem exemplo in domo *Badensi* idem factum fuisse passim notum est.

§. IV.

Cum haerede, item literae Reversales & Assecurationis huc spectantes.

Alia hujuscemodi pacta, ut firmiora videantur esse, inter Dominum & Ordines provinciae percuti solent, quibus sese Dominus ad certa circa Religionem capita adstringit *: immo patre regnante adhuc ab haerede in domo *Hassiaca* in eam rem cum Ordinibus conveniri debuit **. Neque tamen id semper per modum pacti, si apices juris inspicias, fieri solet, sed concessis a Domino Ordinibus, literis ita dictis *reversalibus* aut *Assecurationis*, quibus certa capita

circa

irca Religionem a se observatum iri pollicetur ***; ejusmodi literae dein a ngulis successoribus; immo & tutoribus exigi solent. ****.

* Id complures e Protestantibus exinde repetunt, quoniam, ut systemati suo Collegiali de Ecclesia conformius loqui videantur, asserunt, in sacris quondam mutandis praecipuam fuisse semper Ordinum provinciae partem; nil sine horum consensu in hac re peractum, immo vero potius ipsis hanc mutationem enixe flagitantibus. BUDER *Amoenit. Jur. Publ. C.* 3. *de Statuum provincialium consilio & concursu circa negotia Religionis.* STRUBEN *Obs. Jur. & Hist. German. Obs. IV.* AYRER *de jure Episcopali Principum Evangelicorum pactitio* 1767. §. 13. 15. CRAMER *de jure circa sacra Majest. & Colleg.* §. 67. LUDEWIG *de praecipuo Principis Evangelici C.* 5. §. 2. Quid rei sit, modo accuratius disquirere hujus loci non est; id solum animadverto, aliam longe fuisse caussam, cur mutatio Religionis subin cum consensu ordinum provinciae susciperetur, atque translationem illam jurium Collegialium in Principem, quam exinde exsculpere volunt; illam nimirum genuinam fuisse, quod in quibusdam Germaniae provinciis Principis Imperium in aliis quoque rebus gravioribus auctoritate ordinum restrictum sit, atque limitatum; quemadmodum erudite ostendit FRANCK *in Diss. censura principii: Jurisdictio supremorum Imperii tribunalium in causis Ecclesiasticis Protestantium non magis, quam Catholicorum fundata Mogunt.* 1771. *f.* 61. *nota f.* Sane CRAMERUM *loc. cit.* pactum ex hoc fundamento expressum, quo jura Collegialia in Principem translata fuerint, eruere conantem ex Protestantibus explodunt PFAFF *in den Academischen Reden über das Kirchen-Recht p.* 31. TAFFINGER *de jure Principis circa Ecclesiam ejusque Ministros in genere & Sacramenta in specie* 1759. *fol.* 9. *not.* 9. NETTELBLADT *de Imperii sacri statuum Protestantium J. R. G. vera natura & indole* 1751. *c.* 2. §. 31. ubi saltem inquit se litem hanc de pacto expresso aut tacito suam facere nolle; neque esse necessum, ut pactum expressum demonstretur.

** *Religions-Assecurations-Acte des Hrn. Erb-Prinzen Friderichs von Hessen-Cassel.* 1754. *in* MOSERI *deutschen Staats-Archiv.* 1755. I. *Theil* 8. *cap.* Impugnavit istam sponsionem ANONYMUS, *in den Privat-Gedanken über des Hrn. Erb-Prinzen* FRIDERICHS *von Hessen-Cassel Durchl. abgelegte Catholisches Glaubens-Bekentniss und deswegen geleistete Eydes-Pflicht.* 1755. Respondere conatus est MOSER *in seinen darüber gemachten Anmerkungen deutsches Staats-Archiv.* 8. *Theil* I. *cap.* denuo autem impugnavit Celeb. BARTHEL *in Diss. de justis pactorum inter Dominos territoriales eorumque status provinciales & subditos limitibus.* 1771. *a* §. 17. *seqq.* cui labori literario senex optime de Jure praesertim Ecclesiastico publico Germaniae meritus immortuus fuit.

*** Huc spectant declarationes FRIDERICI AUGUSTI *Electoris Saxoniae* ad Catholicos regressi; item dum Princeps Electoratus haeres Catholicam etiam Religionem amplecteretur in LÜNIGII *Corpore Juris Saxonici Tom.* I. *Staats-Canzley Tom.* 12. 13. *& alibi.* CAROLI ALEXANDRI *Würtembergici Religions-Assecuration, Ludwigsburg* 16. *Dec.* 1732. ejusdem *Religions-Assecurations-Revers, Winnenthal* 28. *Febr.* 1733. *in den Würtembergischen Religions-Urkunden.*

**** Ita

**** Ita dicitur in citata *Assecuratione* CAROLI ALEXANDRI *Würtembergici*: „*dahero* „*auch nach ermeldten Landes-Compactaten, Praelaten und Landschaft des Herzog-* „*thums Würtemberg keinem Regenten eher die Huldigung zu leisten schuldig und* „*gehalten seyn sollen, bevor er nicht über alle diese Puncten steif, fest und unver-* „*brüchlich zu halten bey Fürstlichen wahren Worten, Treuen und Glauben sich* „*förmlich reversiret habe*„: *Art.* autem *XVIII. sponsionis Hassiacae*: „*sollen* „*sämtliche Bedienten und Unterthanen deren uns nach Gottes Willen anfallender* „*Hessischer und übriger obbeschriebener Lande beym Antritt unserer Regierung* „*die Huldigungs-Pflichten anderst nicht, als zugleich auf gegenwärtigen Asse-* „*curations-Revers an uns zu leisten verbunden seyn*„. A. MARIA AUGUSTA tutrice quoque in Ducatu Würtembergico novam sponsionem exactam fuisse patet ex ejusdem instrumento sub titulo: *Acceptation und Versicherung der Durchl. Frau Obervormünderin* MARIAE AUGUSTAE *Herzogin zu Würtemberg über die Religions-Reversalien und Compactaten* 8. *Nov.* 1737. *in den Würtembergischen Religions-Urkunden p.* 136.

§. V.

Pacta Religionis in familiis. Non desunt quoque inter ipsas familias tam illustres, quam alias pacta circa Religionem, in quibus familia convenit de certis inter sese & ejus membra circa Religionem capitibus observandis, aut etiam de iisdem intuitu subditorum paciscitur *: subin etiam, quid ratione successionis aut certorum familiae emolumentorum redituumque a Majoribus relictorum statuendum sit, dum quis e Familia fortassis Religionem mutat, pactis hujusmodi decernitur. **.

* Complura ejusmodi pacta recenset *Corpus Evangelicorum in seinem Vorstellungs-Schreiben an die Kayserl. Majest. die übernommene* Guarantie *des Hohenloischen* Pacti successorii & Religionis *betreffend.* 25. *April.* 1728. apud SCHAUROTH *Tom.* I. voce *Hohenlohe* p. 790. Hoc ipsum *pactum Hohenloicum*, variarum deinde turbarum origo, extat *in der Staats-Canzley Tom.* 44. *cap.* 3. Alia autem hujusmodi pacta recenset PFEFFINGER *ad L.* 3. *Tit.* 20. §. 82. MOSER *im deutschen Staats-Recht*, 32. *Theil.* 3. *Band.* 124. *Cap.* Huc quoque aliqua ratione referri possunt testamenta illustrium, in quibus subin etiam de futuro Religionis statu in familia statuere conantur; sane complura hujusmodi Ducum *Würtembergiae* reperies in nominatis jam documentis Religionis *Würtenbergischen Religions-Urkunden. Et* apud MOSERUM *l. cit.* 24. *Theil.* 3. *B.* 133. *Cap.* in sponsione jam dicta *Hassiaca* etiam ad simile quid provocatur: „*so finden sich Ihro Gnaden sowohl als Gross-Vatter und Chef dieses Fürst-* „*lichen Hauses Casselischer Linie an und vor sich selbst, als nach denen vorhan-* „*denen Fürst-Vätterlichen Testamenten, Verordnungen und anderen* pactis do- „mus *verbunden*, &c. „

** Pactum simile in Familia nobili *Norimbergensi* de TUCHER *a Simmelsdorff* gravi controversiae ansam dedit, uti videre est ex scriptis variis de hac re extantibus *in den neuesten Staats-Actis Tom.* I. *c.* 10. *Tom.* 3. *c.* 8. *Tom.* 4. *c.* 8. in quo loco posteriore habetur *Responsum JCtorum Vinnensium* pactis ejuscemodi pro foro externo saltem valorem adjudicantium, ubi etiam eum, qui Religionem mutatu-

taturus eſt, Familiae emolumentis, Fideicommiſſis, beneficiis excidere ſtatuitur; feudis vero tum, quodſi ſaltem ejusmodi pacto conſenſus Domini adjectus fuerit: tum quia ejusmodi pactum etiam haeredes ſtringere aliunde conſtat, tum quia nihil hic imperetur, quod ex mente Legum Imperii turpe ſit dicendum, aut iis adverſum, tum quod libertas conſcientiae hic non laedatur, cum mutare Religionem abſolute quis poſſit: hanc autem libertatem aliquantum reſtringi poſſe patere vel ex ſolo illo Reſervato Eccleſiaſtico in P. W. nihilominus expreſſe ſtabilito: negant autem JCti ante dicti ejusmodi pacto aliquem in poenam atque odium mutatæ Religionis unice bonis quibusdam aut jure haereditario ſpoliari, quod prohibitum ſit *Art.* 5. §. 36. *P. W.* Sed ex pacto Legibus Imperii non adverſo. Ita illi, in rem ſuam citantes ex Proteſtantibus *Facultatem Lipſienſem*, STRUVIUM *in introduct. ad prax. Jur. Can. Part.* 2. *cas.* 69. BERTRAM *Diſſ. de Pac. Religioni data inter diſcurſ. ab Arumeo collectos vol.* 1. MOSER *in Diſſ. de Pactis &. Privil. circa Relig.* §. 70. *ſeqq.* Huc ſpectant quae ex Catholicis habent DILINGENSES *in Compoſ. Pacis C. VI. Q.* 49. PICHLER *in Jur. Can. Pract. Deciſ.* 128. SUTOR *Prof. Ingolſtad. in Elect. Jur. & Fori Hod. Concl.* 60.

§. VI.

Generale de his pactis Iudicium.

Difficillimum nunc eſt de pactis hactenus enumeratis aequam ferre ſententiam, tum quoad forum internum, tum vero etiam externum, quam videlicet demum pro utroque vim habere ſint dicenda *. Pro foro quidem interno res generatim eo redit, an ejusmodi pactis nihil concedatur, quod Religionis verae principiis aperte repugnet, cumque iisdem conciliari nequeat: an non tale quid, cauſſa gravi ſatis non excuſante, quod Religio tanquam iniquum atque prohibitum damnet; pro foro vero etiam externo, an pacta iſthaec non repugnent Legibus Imperii, aut quidquam hiſce manifeſte rejectum proſcriptumque in iis ſtatuatur **. Noſtrum id eſt potiſſimum pro ſcopo praefixo nunc diſquirere, quid de Guarantia pactis hujuſmodi, Legibus quoque Imperii alias non difformibus, varia ratione adjici ſolita, ex iisdem Legibus ſit ſtatuendum.

* Recitare hic juvat, quæ habet BARTHEL. *Diſſ. cit.* §. *XXV.* ubi poſt uberiorem hujus difficultatis expoſitionem ita rem compendio ſtringit: Si (pacta ejusmodi praecipue inter Dominum & Subditos:) *continent principia ab Imperatore & Imperio rejecta, ſuprema Dominorum jura & in ſpecie jus Reformandi penitus adimunt, & interimunt, naturalem ordinem penitus invertunt, ſubditos conſtituunt independentes non ſolum in ſacris, ſed etiam in profanis Dominos, Dominum vero in teterrimam & infimam conditionem abjiciunt, ſtatum Imperii Germanici publicum convellunt, fundamentalesque Imperii Leges infringunt, penitusque evertunt*, hoc enimvero concepta modo facile a quovis nulla eſſe atque irrita declaranda exiſtimat. Eſſe autem revera talia, etiam ex iis plura, quae ſparſim recenſuimus, idem ſcriptor in cit. Lucubratione putat: an recte, aliorum judicium exſpectare malim, quam meo determinare.

 ** *Art.*

** *Art.* 5. §. 33. Pacta P. W. anteriora rescinduntur, si qua in re eidem adversantur; firma esse jubentur, si eidem & observantiae *A.* 1624. contraria non fuerint, additurque, nec ab iisdem nisi mutuo consensu recedere liceat: quod profecto tacite involvit, mutuo igitur consensu Domini & Ordinum Provinciae subditorumque ab iis pactis & anni decretorii beneficio recedi posse: quare valida omnino erunt pacta, quibus subditi anni normalis beneficio sibi alias faventi quacunque ratione renuntiant praejudicio alterius cujusquam in ea renuntiatione non interveniente. Quid igitur nunc mirere magis, atque in tanta luce alia tamen sensa foveri obtrudique a PAULO WILHELMO SCHMIDIO *in Diss. de controversiis quibusdam circa Recessum executionis Jenae* 1758. Ubi solum iis valorem concedit, quando res ipsa, de qua pactum conflatum fuerit, ex ipsa P. W. liquida satis non est; quasi vero quis beneficio etiam extra controversiam sibi competenti renuntiare nequeat lege sine ejuscemodi circumscriptione id concedente? vide ex ipsis Protestantibus HILDEBRAND *de Anno Decretorio C.* 4. §. 6. FLEISCHER *de Jure Reformandi* §. 49.

CAPUT III.

De Guarantia Pactorum Religionis.

SECTIO I.

De Guarantia ipsius Pacis Westphalicae.

§. I.

Guarantia P. W.

Ut de celeberrima ipsius Pacis Westphalicae Guarantia praecipua dicamus, deinde vero de ea, quae pactis illa conventione recentioribus adjici solita est: ex ipsis Actis publicis id inprimis videre est, quam plurimas fuisse difficultates superandas, antequam in formulam Guarantiae hujus praestandae quae omnibus sat arrideret conveniri potuerit,* quae potissimum continetur *Art. 17. §. 5. 6.* **.

* Quae huc spectant ex Actis ipsis, collegit J. JAC. MOSER *von der Guarantie des Westphälischen Friedens nach dem Buchstaben und Sinn desselben* 1767. *erster Abschnitt.*

** Verba huc spectantia haec sunt: *Teneantur omnes hujus transactionis consortes universas & singulas hujus pacis leges contra quemcunque sine Religionis distinctione tueri & protegere: & siquid earum a quoquam violari contigerit, laesus laedentem imprimis quidem a via facti dehortetur, causa ipsa vel amicabili compositioni vel juris disceptationi submissa.* §. 6. *Veruntamen si neutro horum modorum intra spatium trium annorum terminetur controversia, teneantur omnes & singuli hujus transactionis consortes, junctis cum parte laesa consi-*

consiliis viribusque, arma sumere ad repellendam injuriam, a passo moniti, quod nec amicitiae nec juris via locum invenerit: Salva tamen de caetero uniuscujusque jurisdictione justitiaeque juxta cujusque Principis aut Status Leges & constitutiones competenti administratione. In dem Nürnbergischen Executions-Haupt-Recess 1650. §. 66. Ita porro dicitur: „*als wird hiermit die in besagtem „Instrumento Pacis enthaltene Guarantia generalis durchgehends mit allen und „jeden ihren Dispositionibus, Assecurationibus, Clausulis, und Verwahrungen „auch auf disen Praeliminar- und Haupt- Schluss extendiret, und mit gleicher „Würckung, Kraft und Verbindung dahin verstanden*„.

§. II.

Cum ex verbis modo relatis Guarantiam istam praestare teneantur omnes pacis consortes, * falile sequitur ad illam adstringi *Imperatorem*, atque *Imperii Status omnes*; ** *Reges* praeterea *Galliae*, *Sueciaeque*; in formulis prop terea cum de hac re tractaretur conceptis placuerat ad dubium omne tollendum omnes hosce, speciatim vero dictos Reges enumerare, quod quanquam deinde omissum fuerit, mentem tamen paciscentium sat superque manifestat ***: Neque obstat quidquam, quod in verbis § *praecedenti* allatis aliqua videantur dici, quae Regibus supremis convenire non possint, uti de via juris, *ʃ.* 4. *Art. cit.* de poena fractae pacis publicae: nam verba solum illa de Regibus pacis consortibus intelligenda esse quivis facile perspicit, quae illorum statui atque Majestati applicari queunt: quae nequeant, unice de Statibus Imperii pacis itidem consortibus exaudienda esse.

Quinam ad illam adstringantur.

* *Art.* 17. §. 10. & 11. Varii recensentur, ad quos pacis hujus beneficium ibidem extenditur, aut qui jubentur ea comprehendi; uti §. 10. ex parte Imperatoris, *Rex Catholicus*, *Daniae*, *Poloniae &c. Dux Sabaudiae*, *Lotharingiae &c.* §. 11. ex parte *Sueciae Rex Angliae*, *Lusitaniae* & alii. Ad hosce autem vel onus, vel jus Guarantiae praestandae aut sibi arrogandae minime dilatari debet, cum neque proprie pacis consortes sint, quippe qui ne belli quidem omnes fuere; alii ne paci quidem isti conflandae praesentes, nec ullum in ejusmodi quid aut a se suscipiendum, aut sibi injungendum praestitere consensum. Quare miratur MOSER *cit. Zweyten Abschnitt.* §. 5. quod BOETZELARIUS qui se pro Ministro ita dicti Corporis Evangelici in Palatinatu gerebat, inquiat *in einer an Chur-Pfalz* 27. *April* 1700. *übergebenen Vorstellung: „dass besagtes Corpus neben denen Compaciscenten und Garants, sich auch an „die in den Westphälischen Frieden eingeschlossene Cronen und Puissancen wenden „würde, als welche bey Aufrechthaltung dises Fridens auch interessiret und „zu dessen Garantie verbunden seyen*„ extat apud SCHAUROTH *Tom.* 2. *f.* 336. Subditi porro ipsi quidem beneficiis in P. W. ipsis concessis rite gaudent, atque si in eorum possessione turbentur, ad remedia illis etiam alias praeter jus oppressis ex Legibus Imperii competentibus provocare possunt: cum vero ipsi ex paciscentibus saltem non fuerint, ab eis nec Guarantiam exigi, nec praestari ulla ratione posse facile patet. Sed an iis saltem

tem Guarantiam istam implorare licebit? id quidem negandum non est, ne autem sequelae exinde maxime absonae existant, probe notanda erunt, quae paulo post de hac Guarantia subjungemus.

** Parum referre ait MOSER *Von Teutschland und dessen Staats-Verfassung überhaupt* 1766. 21. *Cap. p.* 452. an haec Guarantia a Statibus singulis, an vero ab eisdem in corpore praestetur, quare tum Corpus Catholicorum, tum Evangelicum Jus ad illam habere: tale quid a Corpore ita dicto Evangelico non una vice tum sibi assertum, tum etiam tentatum fuisse pluribus in locis indicat SCHAUROTH voce: *Guarantie*, sed cum, uti sectione altera pro scopo nobis præfixo ostendemus, corpora separata tam Catholicorum, quam Protestantium qua talia, tanquam Legibus Imperii conformia agnosci nequeant: peculiaris ista Guarantia Corporis Evangelici uti separata ab ea, quam Status Protestantici singuli præstare possunt, & ut ait MOSER *in Corpore* exhibita sua sponte corruit.

*** Saepius jamdum ad hanc Guarantiam a Rege tum *Galliae* tum *Sueciae* provocatum fuit: ita erumpentibus ab *A.* 1665. celebribus illis circa *Wildfangiatum* controversiis ab utraque parte in Galliam & Sueciam, tanquam P. W. Guarandas compromissum fuit. LONDORPII *Acta publica Tom.* 9. *p.* 337. *seqq.* Dum de *Ryswicensi* pace ineunda ageretur, *Sueciam* ex eodem capite implorarunt Protestantes, Suecis quoque ad id appellantibus SCHAUROTH *Tom.* 3. *p.* 210. *seqq.* ad Gallos Suecosque exinde sese convertere Principes ita dicti *Correspondentes* in caussa *Electoratus noni* erigendi. MOSER *teutsches Staats-Recht. Tom.* 33. *p.* 120. *seqq.* Protestantes non una vice in caussa gravaminum Religionis, quae sibi illata praetendebant; inter alia 1736. ob *clausulam Ryswicensem* abolendam SCHAUROTH *Tom.* 3. *p.* 388. Tum ipsa *Francia*, tum etiam *Bavaria* 1741. & alias tempore belli occasione successionis *Austriacae* erumpentis MOSER *von Teutschland und dessen Staats-Verfassung überhaupt l. cit.* §. 34. Nupero adhuc bello denuo *Francia*, & *Suecia*, vehementer autem tum in Comitiis, tum aliis scriptis hanc Guarantiam oppugnante *Borussia, Hannoverano, Hasso-Cassellano* & aliis. Conf. *Neue Staats-Canzley Tom.* 1. *p.* 282. *Tom.* 2. *p.* 12. *Tom.* 3. *p.* 248. *seqq. Tom.* 4. *p.* 273. *seqq. Tom.* 6. *p.* 33. *seqq. Tom.* 8. *p.* 254.

§. III.

Quando praestanda.

Quando Guarantia isthaec praestanda sit, ita textus supra recitatus definit ut * a) laesus laedentem inprimis a via facti dehortetur; hoc vero non proficiente b) causa ipsa vel amicabili compositioni vel juris disceptationi submittatur ** c) controversia nec his modis intra triennium terminata teneantur omnes & singuli hujus transactionis consortes junctis cum parte laesa consiliis viribusque etiam arma sumere ad repellendam injuriam, *** sed d) id demum postquam a passo moniti fuerint ****.

* En verba, quae gravissimae illi inter viros celeberrimos de *Autodikia der Selbst-Hülf in causis Religionis* nostris diebus controversiae ansam dederunt. Scripta de hac re inter *Sündermahlerum* & *Strubenium* recitavi *in Instit. meis*

Juris

Juris Eccles. P. II. §. *CCLXXXII.* Alia inter *Strubenium* & *Celsissimum Principem Abbatem ad S. Emmeranum Ratisbonae* recenset *de Selchow Elem. Jur. Publ. Tom.* I. §. 309. Collectio quaedam variorum Scriptorum inprimis Protestantium huc spectantium jam prodiit *Lipsiae* 1756. sub titulo: *Sammlung einiger neuerer vorhin gedruckter und bisher ungedruckter Schrifften von der im Westphälischen Friedensschluss erlaubten Selbst-Hülf &c.* Rem quoque attigerunt cit. jam AUTHOR *der kritischen Staats-Betrachtungen* 4. *Theil* I. *Stück* 1771. *Von gesetzmäsiger Erledigung der Religions-Beschwerden:* CHRISTOPH KRAMER *Abhandlung aus dem teutschen Kirchen-Staats-Rechte über die Frage: Wie in Teutschland über die ausbrechende Religions-Beschwerden zu verfahren seye, und wie dieselben behörig erlediget werden sollen?* 1770. ANON. *in dem Versuch einer pragmatischen Erklärung des westphälischen Friedens nach den Artikelen von der Execution und Assecuration* 1767. Cum pupillam oculi Protestantium tangeret hic Scriptor, mirum non est non solum acerbissimam in eum censuram latam a SELCHOWIO *Juristische Bibliotheck Tom.* 3. I. *Stück n.* 4. *applaudente* GEISLERO *in cit. jam comment. de gravaminibus Religionis auctoritate judiciorum Imp. tollendis* 1771. §. *XII. p.* 25. quod, ut ait, puerum venustulum SELCHOWIUS cito enecaverit; sed & calamum plane mordacem in eum strinxit alius quidam ANON. *in der kurzen Antwort auf eine Schrift unter dem Titul: Versuch einer pragmatischen Erklärung &c.* 1767. Meum hic non est controversiam istam ab integro retexere, argumenta praecipua Catholicorum jam exposui *in instit. meis l. cit.* quae postquam expenderis, omnino statues cum *Augustissimo Francisco I. in Decreto Commissionis circa causam Hohenloicam,* ubi Imperator iste certe aequissimus expositis prius sequelis sententiæ Protestantium ita statuit 1752. apud SCHAUROTH *Tom.* 3. *p.* 979. *Es weis also der Westphälische Fridens-Schluss von keiner Selbst-Hülfe, ausser in dem Fall, wann einer durchaus den verglichenen Annum Normalem nicht anerkennen, noch nach denselben restituiren, oder doch nach der hand wider zu fahren wolte, den Restitutum aus dem Besitz wieder zu werfen, und wann er weder Güte, noch Recht annehmen will, mithin sich dadurch eines Friden-Bruchs schuldig machet, und als Feind darstellet.* Quare sicut *Autodikia* est haec locum non habet, in controversiis P. W. necdum omnino, aut saltem clare decisis, atque nonnisi post eam pacem primum enatis, illiquidis, ubi pars una negat a se gravamen illatum, sed praetendit potius se nonnisi ad mentem citatæ pacis egisse, immo jure ex illa concesso usam fuisse; ita quoque in hisce Guarantia plane locum non habet. Existimat quidem MOSERUS *l. cit. von der Garantie des Westphälischen Fridens.* 2. *Abschnitt,* §. 25. in caussis illiquidis permittendum judicio Guarandarum, an & qua ratione sibi vi Legum Imperii permissum putent, controversiae sese immiscere. Sed enim hoc profecto nihil aliud est, quam Statui cuilibet potestatem quam amplissimam facere quidlibet pro lubitu ferme contra alium audendi, modo non desit fucus quidam, qui Guarantiae huic modo praestandae illini queat? ubi vel verbulo tale quid Statibus Imperii permissum legitur? eccur cum nupero bello Reges exteri supremi, judicem nullum agnoscentes, declararent, potissima quidem Imperii parte assentiente, casum praestandae Guarantiae eo rerum situ revera adesse, Protestantes opposuere id universae Imperii compagi periculosum esse, hoc modo permissum fore Regibus istis omnibus sese Imperii

 rebus

rebus immiscere, vim quamlibet Statibus inferre, &c. Vide *Neue Staats-Canzley locis supra cit.* Quod vero in Regibus istis superiorem non agnoscentibus reprehenditur, nunc Statibus concessum sit, quibus tot aliis P. W. Legumque Imperii recentiorum locis via facti quaevis prohibita est? Agnovit rei indignitatem KORTHOLT. *Diss. de abusu doctrinae, quod in causis P. W. executio citra processum locum habeat. Giesae* 1750. & *pag.* 59. rite inquit: *Guarantia igitur, quae huic paci accessit, sollicite cum via juris conjungitur, ne Guarandi eam unquam praetermittant. Nihil potest his verbis esse* „*clarius*, „*nihil indoli Guarantiae convenientius. Nullibi Guarandis tribuitur Jurisdictio aliqua, sed quae judicis sententia definita fuerint, executioni mandanda esse statuitur.* Sed replicat MOSERUS, eccur igitur *Art.* 17. §. 6. necesse alias fuisset clausulam hanc adjicere: *Salva tamen de caetero uniuscujusque jurisdictione, justitiaeque juxta cujusque Principis aut Status Leges & constitutiones competenti administratione.* Quasi vero haec quoque clausula adjici non potuisset, esto Guarantia isthaec armis praestanda vel ad unicum omnino casum restricta fuisset, & tum nimirum illam jurisdictioni cujuscunque, modoque alias ordinario justitiam administrandi fraudi illam esse non debere. Conf. SÜNDERMAHLER *Diss.* I. *de Avtodikia §. XXV.*

** Eo etiam eventu, ubi res clare jamdum ipsa P. W. decisa est; ubi quis contra jus ex ea liquido ipsi competens laesus fuit; ubi laesio ipsa sat aperta; tum quoque ad remedia violenta nonnisi per gradus descendi voluere paciscentes: ut inprimis laesus laedentem proposito ipsi jure suo adeo evidenti ipse dehortetur: tum vero caussa aut amicae compositioni aut juris disceptationi subjiciatur: adeo ne hoc quidem eventu, ubi Pacem Westphalicam infringi liquido constat, via juris exclusa fuit, argumento sane evidenti multo minus ex mente hujus pacis in illiquidis demumque post eam exstituris controversiis illam praeteriri posse; uti dicitur *Art.* 17. §. 7. *Nulli liceat jus suum vi & armis persequi, sed si quid controversiae sive jam exortum sit, sive posthac inciderit, unusquisque jure experiatur.* Sane in caussis Religionis nequaquam etiam hodie omnem supremorum tribunalium cognitionem judiciariam ex *Capit. Nov. Art.* I. §. II. excludi, immo vero eam in his quoque necessario subeundam esse ostendi *in Diss. ad Capit. Caes. Art.* I. §. II. *de Processibus caussis Religionis ab Imperatore non permittendis, h. c* 1771. Adde citatam supra lucubrationem KRAMERI, item *Kritische Staats-Betrachtungen l. cit.* quare vapulat GEISLERUS *in comment. cit. §.* 10. qui denuo ex detorto in sinistrum plane sensum *Art.* 17. §. 6. *P. W.* optionem concedit, an pars laesa judicium subire velit, an vero tolerata triennio injuria dein ad arma clamare: neque satis consonum est Majestati Imperatoriae, quod scribit §. XIX. Imperatorem nupero Decreto Evangelicorum paulo ampliorem hujus rei potestatem videri accepisse. II. *April.* 1770. conceptum extat apud KRAMERUM *l. cit. f.* 126. OERTEL *in Repertorio der sammtlichen Evangelischen Religions-Beschwerden jam cit f.* 128. ubi inquiunt: *In diser reinsten Absicht vermöge zwar nämliche Evangel. Seite nicht von dem Reichs-Sazungs mässigen Weg derer Intercessionalien, bey erheischenden Umständen abzuweichen, oder den mehrmahligen Vorschlag derer Local-Commissionen, wodurch insonderheit den liquiden Gravaminibus die abhilfliche Maase am sichersten und geschwindesten verschaft werden könne, NB. eben fallen zu lassen. Da indessen gleichwohl aber auch der von denen Höchsten und hohen Evangel. Ständen hierbey geführt werdende Zweck hauptsächlich mit dahin abgesehen seye,*

seye, selbst auch deren Orts bey denen dermalen so preiswürdigst hegenden persönlichen eigenen Gerechtigkeits Gesinnungen seiner glorreichst regirenden Kayserlichen May. zu all demjenigen sorgfältigst und werkthätig beyzutragen...... und dann dem gemäss von Seiten des hiesigen Corporis Evang. in der lezthin am 11. *April gehaltenen Evangelischen Conferenz der gemeinsame Schluss gefasset worden, ohne Anstand die fernere nöthige Einleitung zu machen, damit fort dann alle und jede klagende Evangelische Theile mit sämtlichen ihren so dermahlen noch unerledigt hangenden; als künftig dergleichen neu entstehenden Religions-Gravaminibus in der schon mehrgedachten Maase zu denen beyden höchsten Reichs-Gerichten, und der daselbst anzusuchenden Reichs-Friedensschlussmässigen Abhilfe deren Beschwerden verwisen werden &c.* Quis vero nunc aequo satis animo ferat Majestatem Caesaris eo deprimi, ut ejusmodi decreto supremam in quibusvis caussis jus dicendi & exequendi potestatem in acceptis referre debeat? Id demum, quod cum aliis vult Moserus *de Guarantia P. W.* §. 12. viam Juris citato P. W. textu tantum laedenti praescriptam, non vero laeso, jam confutavit Sündermahler *Diss.* 1. *cit.* §. *XL.* cum interpretationis hujus nec minimum in textu, qui generalis est, fundamentum habeatur; quippe qui jubet, caussam sine discrimine viae juris subjicere; id autem ex divulgatis principiis Actori incumbat: quis vero Actorem communiter sustinet, judicisque officium interpellat, quam qui se ab altero laesum queritur? inane est, quod opponit Moserus, sic fautum iri adhuc laedenti, quod profecto textus noluerit, quippe qui laeso certe potius immo unice voluit consulere. Hac enim ratione leges aliae plurimae, quae damnum passo nonnisi actionem concedunt, vi omni proscripta, manifesta injuria damna inferentibus patrocinari forent dicendae.

*** Quod hic dicitur de controversia triennio finienda, patet ex iis, quae ante jam observavi, denuo intelligendum esse de caussis in ipsa P. W. liquido decisis, non vero de controversiis nonnisi ejus occasione postea demum enatis; multoque minus de iis, in quibus gravamen quoddam contineri ab una parte satis liquido non demonstratur; item ubi pars una ipsamet potius in culpa est, quod controversia terminata necdum fuerit, uti dum nequidem res apud suprema Imperii tribunalia insinuata, aut debito ibidem modo pertractata fuerit. Nobis isthaec indicasse sufficit, quae a viris paulo ante citatis uberius demonstrata sunt. Id unum addimus, quod in hanc rem sapientissime inquit Josephus *II. Augustus* noster immortali nominis sui gloria regnans in *Rescripto ad Commiss. Caesar.* 8. *Junii* 1766. apud Kramerum *l. cit. f.* 100. *Wir entnehmen aus dem Hergang voriger Zeiten, dass es zur Gewohnheit werden wolle, uns gleich unseren Vorfahren am Reich, da auch diese, eben wie wir ihrem tragenden Kayserl. Amt nach alle ordentliche Mittel angewendet haben, den Religionsstand, und dadurch Ruhe und Frieden im Reich in dem gesezmässigen Wesen zu erhalten, dafür nur immerhin gehässige Vorwürfe zu erwecken, niemalen aber* NB. *in dem Weg ernstlich fortzuschreiten, den die Grundsazungen des Reichs und die Friedensschlüsse vorschreiben. . . . der Beweis von dem Unbestand solcher Vorwürfen wird jedermänniglich gar bald in die Augen fallen, wan sie in dem ächten Zusammenhang der urkundlichen Reichs-Acten die in dem gedachten ihren (Corporis Evangelici) Schreiben angeführten Jahrgänge in der ununterbrochenen Folge nachsehen, und darinn* NB.

nit

nit aber in den unvollkommenen Sammlungen, welche nur zur Unterhaltung Mißtrauens und Unzufriedenheit zwischen Haupt und Gliedern geflissentlich verfasset und ausgestreuet werden, genau prüfen und durchgehen wollen. Ostendit deinde Imperator in gravaminibus ita dictis nunquam defuisse auxilium Caesaris, siquidem rei veritate nixa fuerint; culpamque potius in illos referendam, qui vias Legibus Imperii praescriptas arripere detrectarint.

**** Non abs re adjecta sunt illa verba: *a passo* (injuriam) *moniti*: Guarantia videlicet praestanda non est, nisi ab eo, qui propterea a laeso imploratur, tum ut occasio praescindi videatur, ne sub praetextu Guarantiae quivis facile se alienis plane rebus; Reges autem exteri ultra quam par est, negotiis sese Imperii immiscere possint. Beneficium deinde est, hoc autem nemini invito obtrudendum. Hoc ipse ita inquit MOSERUS *l. cit.* §. 24. Sed ad invidiam denuo conflandam nonnisi facit, quod adjicit, subditos atque ordines provinciae cujusdam posse a Domino, qui alterius est Religionis, ita premi, ut eventus quidem Guarantiae praestandae adsit, quam tamen illi ob metum Domini implorare nequeant, nec ausint: atque hoc rerum situ, uti Judex subin etiam non imploratus impertitur officium suum; ita & Guarandam non monitum partes suas implere posse. Intuitu Protestantium inprimis, quod timet MOSERUS, vix eveniet; vel Rusticos enim quosque quotidie adversus Dominos suos Catholicos Ratisbonam querelis implere, dum vel umbram gravaminis timent, experientia docet & ingentia illa volumina hisce actis referta, de quibus, quid sentiendum, in textu paulo citato ipse Imperator edixit, satis loquuntur. Neque porro licet MOSERO exceptionem fingere, ubi lex ipsa nullam statuit: a judice vero in certis casibus ultro officium suum interponi leges ipsae volunt, jubentque: id vero Guarandae non permittunt nisi monito, praeterquam quod inter judicis ordinarii officium, & hoc Guarantiae remedium quoad ipsas sequelas in Rempublicam ingens esse discrimen facile quivis perspiciet. Huc spectat quod dicitur *in dem Nachtrag zu der den* 26. *April* 1758. *zur Reichs-Dictatur gekommenen, Fürstlich-Hessen-Casselischen Anzeige an die allgemeine Reichs-Versamlung. Neue Staats-Canzley. Tom.* 3. *Cap.* 2. *N. XI. f.* 351. *als Garant des Westphälischen Friedens waren Ihro Königl. Maj. in Frankreich weder von dem gesammten Reich, noch von ein oder dem anderen Reichs-Stand insonderheit ersuchet und angegangen worden, ihnen gegen seine Durchlaucht den Herrn Landgrafen, welche mit niemand im Krieg, oder Feindschafft befangen waren, und keinen einzigen Stand des Reichs, dem Friedens-Schluss zuwider angegriffen hatten, Hülfe und Beystand zu leisten* &c.

§. IV.

Contra quos et in quibus caussis.

Guarantia ista demum praestanda contra quemcunque * in caussis itidem omnibus, in quibus pax Westphalica laesa fuerit **; ad eum finem, ut laesus ad mentem pacis in jus pristinum restituatur damnumque illatum resarciatur.

* Igitur ab addictis cuicunque Religioni etiam adversus consortem propriae Religionis laesae manifeste pacis reum.

** In

** In caussis propterea non solum circa Religionem in P. W. definitis, sed & aliis ibidem determinatis, uti exemplo est bellum in Germania nuperum, cujus occasione Guarantia postulata, quod alii Imperii Status vi atque armis provinciis suis dejecti fuerint: Conf. *Neue Staats-Canzley loc. supra cit.* Neque possum tamen, quin iterato moneam, mente hic recolendum, quales jam aliquoties controversias Guarantiae hujus capaces esse statuerimus.

SECTIO II.

De Guarantia aliorum pactorum Religionis in Germania.

§. I.

Pactis quoque aliis circa Religionem magis firmandis Guarantiam non solum Statuum, sed & Principum populorumque exterorum adjectam fuisse exempla docent*: Enimvero quodsi eadem justa sint alias, neque Legibus Imperii difformia **, nil videtur obstare, quia ipsimet Status hoc modo paciscentes Guarantiam ab aliis Statibus, immo & exteris expetere possint ***; effectus tamen ejusmodi Guarantiae omnes, alias illi inter gentes liberas proprii, adscribi eidem nequeunt; tales nimirum, qui aliunde Legibus Imperii graviter proscripti sunt, ne ex Guarantiae quidem hujusmodi accersito utut specioso colore liciti evadunt ****.

Guarantia aliorum Statuum Imperii circa alia Religionis pacta & ejus effectus.

* Exempla quidem de ita dicto Corpore Evangelicorum deinde occurrunt: quoad alia sufficiat vel unicum circa pactum Religionis *Hassiacum*, ubi in *Pr. & Art.* 18. ita dicitur: *Auch endlich über dieses alles, und dass demselben treulich in allem von uns nachgekommen werde, solche Gewähr und Garantie, als unsers Herrn Vatters Gnaden darüber weiter auszubringen für gut und rathsam finden, annehmen, und zum Voraus hiemit angenommen und uns derselben unterworffen haben wollen. Art.* 18. *Und wie wir unsers Herrn Vatters Gnaden anbey überlassen, über selbigen und allen und jeden darinn enthaltenen puncten solche Garantie, als sie vor gut und diensam erachten werden, bevorab bey Ihro Königl. Maj. von Gross-* BRITTANIEN *und von* PREUSSEN, *auch von sämmtlichen erbverbrüderten Chur- und Fürstlichen Häusern, und sonstigen Evangelischen Staaten und Höfen auszubringen: so wollen wir uns solchem ohne fernere Acceptation zum Voraus auf das feyerlichste und bündigste hiemit unterworffen haben.*

** Pactis certe ejusmodi adversus Leges Imperii conceptis, atque ita nullis, Guarantia Principum, ut ut supremorum atque legibus istis non subjectorum vim atque robur obligandi conciliare nequit, cum in eorum potestate non sit Statum quendam Imperii, quacunque illi ope sua & auxilio addicto, obligatione sua erga Imperatorem & Imperium exsolvere.

*** Statibus Imperii ipsis jus fœderum etiam cum extraneis pangendorum denegari nequit *C.* 1. §. 3. enimvero quibus jus ejusmodi competit, iisdem quo-

que conceffum effe debet adhibere ea, quae foederum ipforum firmitati fanctitatique confulere folent. Neque obeft quod *Capit. Caef. Art. XXVIII.* §. 1. dicitur: *Wir follen und wollen auch, zu Verhütung allerhand Simultäten und daraus entftehender gefährlicher Weiterung, nicht geftatten, dafs die auswärtige Gewälte oder deren Gefandte fich heim- oder offentlich in die Gerichts-Sachen einmifchen.* Verba enim ifthaec obeffe nequeunt juri Statuum foedera ipfa cum extraneis ineundi, igitur neque Guarantiæ eorum intuitu ab exteris adjiciendæ pactis, quae Legibus Imperii adverfa non funt. Senfus itaque alius effe nequit, quam Imperatorem non permiffurum, ut Principes exteri eorumque Legati paffim fefe, fine ulla caufa jufta, ad excitandas folum inter ipfos Status difcordias Imperio univerfo noxias, in rebus exteros iftos nequaquam concernentibus, negotiis fefe Imperii immifceant. Univerfim rem hanc omnem maxime delicatam, & fequelas toti Imperio facile periculofas involvere minime negaverim.

**** Cum foedera Statuum ipfa tum inter fefe, tum vero etiam cum extraneis ea effe debeant, ut in nullum cedant Imperatoris & imperii praejudicium: ad nihil quoque obftringere queant, quod Legibus Imperii prohibitum eft; *C.* 1. §. 4. idem quoque omnino de Guarantia pactis Statuum adjecta dicendum erit. Quare cum vetitum fit *Capit. Art. IV.* §. 7. militem exterum in Imperium inducere his verbis: *Desgleichen follen und wollen wir auch ohne vorgedachten Confens deren Churfürften, Fürften und Ständen des Reichs, keine Werbung im Reich anftellen, noch einiges Kriegs-Volk ins Reich führen, oder führen laffen, fondern, da von einem oder mehr Ständen des Reichs ein frembdes Kriegs-Volk in- oder durch das Reich wem fie auch gehören, unter was Schein und Vorwand immer es feyn mögte, gegen den* MÜNSTER- *und* OSNABRÜCKISCHEN *Friedens-Schlufs geführet würde, daffelbe wollen wir mit Ernft abfchaffen &c.* Cumque porro interdictum fit Statuum uni adverfus alterum vim armatam adhibere *C.* 1. *hujus Diff.* §. 4. *not.* 2. exceptio quoque illa de Avtodikia faltem in cauffis Religionis a quibusdam Proteftantibus recentioribus tanquam licita propugnata, ab fcriptoribus pluribus graviffimis confutata fit, *C.* 3. *hujus Diff.* §. 3. multo minus vero ad pacta P. W. recentiora, de quibus hic loquimur, applicari queat; ad omnes ejuscemodi effectus Guarantiam, de qua nobis fermo, etfi & alias Legibus Imperii non adverfam extendi haud poffe in aprico erit.

Repreffaliae item in thefi illicitae funt. *C.* 1. §. 4. *cit. Diff.* Exceptionem autem, quam in cauffis Religionis hic quoque faciunt Proteftantes, folide aeque ac erudite profligavit CL. DÜRR *cit. jam Diff. de eo, quod juftum eft circa repreffalias in Cauffis Religionis in Imperio Romano-Germanico Mog.* 1771. Stylo vero plane Augufto pluribus Refcriptis & Decretis Caefareis in ea *Diff.* relatis eas repreffit CAROLUS VI. Ad has videlicet quoque fuco quodam allinendas perperam trahuntur *Art.* 17. P. W. jam nominati fæpius §. 5. 6. 7. quorum fenfum longe alium effe jam aliquoties monuimus: per has itidem aperte violatur fuprema poteftas judicandi atque exequendi Caefari unice propria: neque ulla ratio, unde alias Repreffaliae inter gentes liberas defendi poffunt, exercitis in Imperio noftro patrocinari poteft. Praefto hic eft fupremus Judex, qui a quolibet adiri poteft, adverfus ipfas fupremo-rum

rum tribunalium sententias in legibus remedia sunt varia: non exercentur hae Repressaliae adversus laedentis subditos, quos culpa Domini subinde involvi res humanae ferunt: sed, uti exempla docuere, adversus Repressaliarum ipsam naturam & indolem, adversus princeps subditos suos protegendi imperantis Officium, adversus hos ipsos subditos proprios, innocentes, in quorum potestate non est damnum, quod praetenditur, illatum reparare. Haec omnia uberius exposita, effugiaque praeterea omnia praeclusa vid. *in Cit. Diss.* Quid vero nunc dices, nostris diebus in caussa jam pluribus scriptis actitata Caementarii cujusdam Francofurtani Repressalias istas usque ad Catholicos ab opificiis excludendos extensas fuisse? ausum istum repressum vide apud AUCTOREM *derer Rechts-Gründen über die Zuläßigkeit der Frankfurter Catholischen zu der Meisterschafft deren Handwerker zu Franfurth am Mayn* 1766. & in *Diss.* HAUSII *de Anno Decretorio opificum collegia non concernente, Wirceb.* 1771. *C.* 4. *§.* 19. Ex his vero, quae paucis saltem de Repressaliis in caussis Religionis quoque hic attuli, elucet, Guarantiam pactis circa Religionem adjectam nequaquam ad Repressalias in Imperio exercendas justam Legibusque Imperii conformem esse caussam posse.

§. II.

Guarantia Corporis Evangelicorum.

Peculiarem quandam Guarantiam pactis Religionis saepius jamdum addere conatum est *Corpus ita* dictum *Evangelicum* *. At vero cum duo in Imperio corpora separata, Catholicum unum; alterum Evangelicum, eaque peculiari forma Corpori ejusmodi propria per sese instructa Leges Imperii nesciant, atque ita uti talia agnosci nequeant **: Sua sponte consequitur specialem illam Guarantiam Corporis Evangelici, pariter ac Catholici locum non habere ***; effectus quoque huic Guarantiae non una vice attribui solitos Legibus Imperii conformes non esse.

* Exempla plura reperies indicata loco jam supra insinuato apud SCHAUROTH voce: *Garantie.* Praecipua sunt: *A.* 1720. Guarantiam suscepit pacti inter Lutheranos & Reformatos in Ducatu *Bipontino* initi. Conf. SCHAUROTH voce: *Zweybrücken Tom.* 3. *p.* 852. seqq. 1734, item 1750. interposuit circa *Reversales* ita dictas Religionis in Ducatu *Würtembergico:* SCHAUROTH *Tom.* 3. voce: *Würtemberg p.* 832. seqq. *Würtembergische Religions-Urkunden p.* 135. seqq. A. 1723. pacto in domo *Hohenloica* circa Religionem & Successionem inito SCHAUROTH *Tom.* 1. voce: *Hohenlohe p.* 788. seqq. Id quoque factum circa pactum novissimum *Hassiacum* jam alias insinuatum fuit.

** Vitio nobis non vertent, quae hic dicta sunt, loquimur enim cum Augusto Imperii capite, CAROLO VI. qui in literis ad Principalem Commissarium suum, ut vulgo dicunt, ita inquit *in der Staats-Canzley Tom.* 38. *C.* 10. *N.* 9. *was aber die* denominationem Corporis *betrifft, darinn haben die A. C. Verwandte selbst declariret, dass ihnen gleich gelte, ob man sie* caeteris nimirum paribus pro Corpore, Societate, Collegio, universitate, *oder auch vor einen Theil des Reichs benennen, oder unter sich benennen lassen will: und eben so gleich gilt es auch uns, indem endlich nichts neues ist, dass verschidene Ding*

 durch

durch den langen Gebrauch oder Missbrauch eine solche Benennung bekommen, dazu sie sich ihrer eigentlichen Natur und Beschaffenheit nach auf keinerley Weiss qualificiren können; dass aber wir aus unserer geheimen Gerichts-Hof-Canzley mit dergleichen Titulatur, ausgenommen, was ein oder andersmal aus Irrthumb geschehen, etwas sparsamer umgangen, und noch umgehen werden, darinnen haben wir über die vieljährige Observanz die allgemeine Eigenschafft derer so genannten politischen Corporum *vor uns, davon das erstere in der letzten Vorstellung selbst nicht gelaugnet, und dass man ihre Schreiben nicht anderst, als unter der Rubric derer sämtlichen A. C. Verwandten Räthe, Bottschaffter und Gesandten* ad Acta *registriret habe, eingestanden wird*, manifesto indicio, *wie weit man eben dadurch von der Eigenschaft eines politischen* Corporis *annoch entfernet geblieben seye, indem ja jedermann weis, dass zu dergleichen* Corpore *eine Repræsentanz und Vereinigung derer Meinungen entweder* sub forma Monarchica, *oder* sub Aristocratica *der* Majorum *gehöre, und vermittelst diser die* facta corporis *von den* actibus singulorum *unterschiden werden, dahingegen unter denen* sociis *und* unitis (*wovor sich die A. C. Verwandten bishero unter der Benennung eines* Corporis *in der That gehalten haben*) *einem so viel als dem anderen zu denen Sachen zu reden gebühret, folgbar von den gesammten* Unitis *zu dem gemeinsamen Endzweck* viritim, *und keineswegs* sub figura Corporis *beygetretten werden mus &c.* Neque pro distinctis ejusmodi Corporibus probant quidquam *Art.* 5. §. 52. *P. IV.* verba: *In caussis Religionis, omnibusque aliis negotiis, ubi Status tanquam unum Corpus considerari nequeunt &c.* Ex iis enim conficitur solum, in quibusdam eventibus quidem Status posse abire in duas partes ejusdem Corporis, studiis atque sententiis inter se disjunctas, non vero in duo Corpora separata, peculiari forma prædita, ubi Majora ex ipsa natura Corporis tanquam voluntas universi Collegii considerari debent. Conf. BOCRIS *Diss. de potestate statuum Imperii subditis suis diversæ Religionis indicendi ferias LL. Imperii non incongrua. Bamb.* 1748. §. 34. & 35. DAHM *de Jure Comitiorum Imperii circa sacra. Mog.* 1747. §. *XLIV.* SÜNDERMAHLER *Diss. de modo agendi in caussis, in quibus Status in duas partes eunt, secundum Leges & formam Imperii considerato. Wirceb.* 1768. §. *XIV. seqq. Kritische Staats-Betrachtungen* 3. *Theil* 1. *Stuck, von dem Name Corpus Evangelicorum, von seinen Eigenschaften.* 1771.

Addere solum adhuc liceat de hac re verba in recentissimo Tractatu MOSERI *von denen Kayserl. Regierungs-Rechten und Pflichten. Franckfurt am Mayn* 1772. 1. *Cap. n.* 7. a Censore interserta: *Der Gebrauch des zu Widersprüchen Anlass gebenden Worts:* Corporis Evangelicorum: *ist aus dem Text des westphälischen Friedensschluss Art.* 5. §. 52. *ubi Status tanquam unum Corpus considerari nequeunt: entstanden:*

Es ist also richtig, dass alle Status zusammen, unum Corpus in Lege genennet werden:

Das Wort Corpus *hat seine ursprüngliche eigentliche Bedeutung von einem physicalischen Cœrper:*

Es ist also eine allegorie, wann man solches auf eine aus mehreren einzelnen Cœrpern bestehende Versammlung im sittlichen Verstand anwendet:

Diese

Diese Anwendung muss folglich dem Sinn der natürlichen Bedeutung allenthalben gleich kommen:

Wie also im natürlichen Verstand aus einem physicalischen Cörper, wann *er in* zwey *oder mehreren Stücke getheilet* wird, *diese Stücke und Theile nicht* hinwiederum, *Cörpere, in Verbindung mit dem ersten Haupt-Corpus heissen, noch heissen können, sondern Glieder, Stücke und Theile in der gemeinen teutschen und lateinischen Sprache genennet* werden, *also ist auch eine gleiche Abtheilung in dem sittlichen Cörper beyzubehalten, und kann dieser*, wann *er sich theilet, nicht in neue Cörper, sondern in neue Theile des Haupt-Cörpers sich erstrecken:*

Obgedachter Text des Gesezes deutet sich gleich selbst nach der obbemerkten Stelle dahin gleichstimmig aus. UT ETIAM CATHOLICIS & A. C. STATIBUS IN DUAS PARTES EUNTIBUS, &c. *hier heisset es also nicht* in duo corpora euntibus, *wie es doch hätte seyn müssen*, wann *das Geseze gemeldet hätte, dass das UNUM CORPUS STATUUM*, wann *es sich in Religionssachen theilet, doch CORPORA, und damit jedes* wiederum *ein CORPUS ausmachen solle.*

*** Guarantiam interpositam in pacto Successionis & Religionis *Hohenloico a Corpore Evangelico* ita arguit Cæsar *Staats-Canzley Tom.* 44. *c.* 3. *n.* 4. *Gleichwie aber solches ein abermahliges und* zwar *ein solches Unternehmen sey, wodurch nicht nur alle einem Römischen Kayser gebührende Obrist-Lehn-Herrn und höchst richterliche* Jura, *Macht und Befugniss, nebst dem Friedens-Executions-Recht, und* Cura Legum publicarum . . . . wo *nicht völlig darnieder gelegt, doch zum* wenigsten *empfindlich angetastet, und allenthalben die Thür zu denen so mühsam abgestellten innerlichen Befehdungen, und völligen Umsturz des Reichs, samt dessen innerlicher Verfassung eröfnet, oder vilmehr durch Einflechtung fremder Potenzien, mehr als zuvor er*weitert würden, ... *also müssen Kayserl. Maj. alles* was NB. *der vorbesagten Garantie halber geschlossen und verordnet worden, nicht anderst als null und nichtig halten, oder davor, wie hiermit geschehen, declariren* &c. Adde *Decretum Commissionis Caesar.* 12. *April* 1720. *Staats-Canzley Tom.* 36. *C.* 12. *Rescriptum ad Commiss. Caesar.* 14. *Febr.* 1721. *ibid. Tom.* 38. *C.* 10. ubi inter alia dicitur: *die wir . . . nochweniger diese hohe* Jura (supremae potestatis jus dicendi & custodiae Legum publicarum) *durch solche Ding unnüz und unbrauchbar machen lassen werden, welche damit keineswegs bestehen können, sondern entweder eine* speciem belli privati ipso facto, *oder dazu unmittelbahr den weg bahnen, wie* v. g. *die Repressalien und neu erfundene Garantien unzweiffelbahr seynd.* Literis sat diffusis equidem respondere conatum est *Corpus* ita dictum *Evangelicum* apud Schauroth *Tom.* 1. *f.* 790. 28. *April* 1725. *allerunterthänigstes Vorstellungs-Schreiben . . . . die Hohenlohe-Pfedelbachische Successions-Sache und von dem Evangelischen Corpore geleistete Garantie über sothanes Hohenloische und Zweybrückische zwischen beyderseits Evangelischen Theilen selbigen Herzogsthums A.* 1723. *und* 1720. *errichtete Religions-Verträge auch sonsten betreffend.* Atenim argumenta ibidem adducta tanquam fundamento a nobis ante jam subruto nixa sua sponte concidunt, quippe quae tanquam exploratum ponunt, Corpus Evangelicum, uti corpus peculiare separatum, Le-

 gibus

gibus Imperii conforme esse; quod tamen longe se aliter habere ex hactenus dictis elucet: neque exempla ibidem enumerata quidquam evincunt, quae immane quantum a scopo exerrant, dum Guarantiam involvunt solum a Statibus Imperii singulis praestitam; hanc vero, modo ne quid aliis Legibus adversum contineat, paulo ante nos ipsi agnovimus; diversum est plane si de Guarantia peculiari Corporis Evangelici qua talis, quaestio instituitur. Quid? quod si qualemcunque in causis Religionis Guarantiam ex mente unice Protestantium dijudicare velimus; postquam ipsi adoptatis passim periculosis illis de Autodikia & Repressaliis principiis ejuscemodi effectus Guarantiae circa Religionem adscribunt, hoc modo defensam omnino passim rejicimus tanquam, ut verba Imperatoris repetam, belli privati tam exitialis speciem, aut quae ad illud viam quam proxime muniat, sternatque.

§. III.

An invito Domino a subditis expeti possit ab alio Statu aut Corpore Evangelicorum.

Quoniam Legibus Imperii luce clarius prohibitum est subditos alienos in protectionem etiam Religionis caussa recipere, *C. 1. hujus Diss. §. 4. not. 4.* pactis circa Religionem inter Dominum atque Ordines provinciae aut subditos suos initis, Domino ipso invito, Guarantia ab alio quodam Imperii Statu rite adjici non potest *: multo vero minus id adhuc hoc in casu fieri poterit ab ipso ita dicto Corpore Evangelicorum, quippe quod ne alias quidem, Leges Imperii legitimum agnoscunt §. *praec. not. 2.* Atque ex hisce nunc sua sponte fluit quoad ipsos subditos, ab his, Domino suo repugnante, Guarantiam, pactis etiam circa Religionem cum Domino initis vel ab alio Imperii Statu vel a Corpore Evangelicorum exhibendam efflagitari minime posse. **

* Quid enimvero hoc esset aliud, quam ejusmodi protectionem addicere? quid pronius, quam subditos patrocinio ejusmodi fretos Domino legitimo debitam negare subjectionem, rebelles sese atque refractarios opponere, modo sub fuco Religionis patrocinium ejusmodi sperare queant? neque moramur monitum illud inter alia in Principum quorundam *conventu Offenbacensi* editum apud SCHAUROTH *Tom. 3.* voce: *Wahl-Capitulation p. 781. monit. 3. dass der regirende Kayser nicht hindere, dass Evangelische Churfürsten und Stände ihre, und ihrer Religions-Verwandten, nach dem Religions- und dem westphälischen Friedenschluss hervorgebrachte Religions-Rechte und Verfassung einander garantiren, und sich unter einander selbst dabey schützen &c.* Monitis enim istis nobis assurgendum non est, sed Legibus Imperii, praesertim cum constet Collegium Electorum vim illis majorem non tribuisse, neque alia ea ratione admisisse, quam ut dispici inde queat, an non fortasse Capitulationi ex iis aliquid inseri consultum foret; de Guarantia vero praestanda legitime pactis P. W. recentioribus, Domino invito, nec literam in Capitulatione deprehendes.

** Subditis ipsis nil tale omnino favet, quidquid pro juribus ipsorum Statuum circa foedera ipsorumque Guarantiam tum inter sese, tum etiam cum extraneis *Capite primo hujus Diss.* adduximus. Quare siquae ipsis etiam jura ex pactis praesertim circa Religionem, de quibus hic loquimur, fortassis competunt; remedia

remedia pro iis vindicandis nulla ipsis concedi possunt, quam quae in aliis etiam causis Leges Imperii subditis adversus Dominos suos permittunt. *Capit. Caesar. Nov. Art. XXVII.* §. 3. in hanc rem ita statuitur: *also männiglich forthin in unserem und des H. R. Reichs alleinigen Schutz und Verthätigung gelassen, und Churfürsten, Fürsten und Stände des H. R. Reichs (die unmittelbare Reichs-Ritterschaft mit begriffen) und allerseits angehörige Unterthanen, NB. ohne imploration in- und auswärtigen Anhangs und Assistenz, bey gleichem Schuz und Administration der Justiz in der Religion- und Prophan-Sachen denen Reichs-Saz- und Cammergerichts Ordnungen, Münster- und Osnabrukischen Friedens-Schluss .... gemäs erhalten.* Fatetur id, quod diximus, ipsum Corpus ita dictum Evangelicum in *literis* jam ante citatis 1725. *ad Imp.*, in quibus apud SCHAUROTH *Tom.* 1. *f.* 795. de hoc ipso Capitulationis loco inquit: *so reden obgemeldte Capitulations-Articuli eines Theils nur NB. von Mediat-Unterthanen, und Land-Ständen, andern Theils aber von solchem Schuz- und Schirm-Briefen, welche, in denen älteren unruhigen Zeiten auswärtigen Fürsten und Potentien über des Reichs-Stände und Unterthanen von denen Römischen Kaysern ertheilet, oder auch von ihnen selbst usurpirt worden &c.* Quanquam quod hic ultimo loco adjicitur, tanquam expositionem ad arbitrium unice confictam modo omittimus. Demum famosum illud jus intercedendi hic quoque in subsidium vocari non potest, unde tamen color atque praetextus petitur palliandis refractariis complurium subditorum ausibus patrocinium ab extraneis adversus Dominum emendicantibus, praeterquam enim, quod toto coelo jus illud a Guarantia differat, *Capit. Art.* 1. *§.* 11. expresse restringitur ad gravamina adversus ipsam *P. W. Recessum executionis, arctiorem modum exequendi*, aliasque Imperii constitutiones illata; atque ita ad pacta alia Religionis nequaquam porrigi videtur, ita autem verba habent: *wo auch selbige sich gegen das Instrumentum* Pacis, *Nürnbergischen Executions-Recess*, arctiorem modum exequendi, *und andere Reichs*-Constitutiones *beschweret zu seyn erachteten, sollen und wollen wir Uns auf ihre der A. C. Verwandten Churfürsten, Fürsten und Ständen (die Reichs-Ritterschaft mit einbegriffen) samt oder sonders, an Uns thuende Vorstellungen ohne allen Anstand, obgedachten Reichs- Grund-Gesäzen gemäss entschliessen &c.* Caeterum de hoc jure intercedendi conf. SÜNDERMAHLER *Diss. de jure agendi in causis Religionis non cuivis permisso. Opusc. N. VII. Kritische Staats-Betrachtungen.* 4. *Theil.* 1. *Stück, jam cit. Instit. meas Juris Eccles. P. II.* §. *CCLXXIX. seq.*

§. IV.

Guarantia Magistratus circa pacta Religionis in familiis privatis.

Quod denique pacta familiarum circa Religionem concernit: tum equidem, si ex mente Legum Imperii valida sint, Princeps aut Magistratus recte peculiarem illis tutelam atque patrocinium suum addicit; eorum implementum urget, partesque pactorum fide stare recusantes ad id compellit: quivis enim facile perspicit, Principis praecipuum id munus esse, ut civium jura tueatur, eosque ad fidem sibi invicem legitime datam opere quoque praestandam adducat. Jam vero quodsi ejusmodi pacta in ipsas Imperii Leges impingant, utramque

que praeprimis pacem tum Religioſam, tum Weſtphalicam; ſi quae ibi circa libertatem Religionis conſtituta ſunt, evertant: jura cuicunque Religioni addicta peſſumdent, neque Guarantia iis a Magiſtratu proprio adjecta convaleſcent, aut vim roburque conſequentur. Cum enim *Art. 17. §. 3.* quaecunque transactiones aut pacta ſive praeteriti ſive futuri temporis P. W. contrariis, prohibentur allegari, audiri, aut admitti: Legi autem iſti quidquam derogare in poteſtate Statuum non eſſe, ſit in aprico, Guarantiam quoque in hujus generis pactis interpoſitam nullius virtutis eſſe perſpicue eluceſcit.

XIV.

JOANNIS VALENTINI STRAUS, J. U. D.
in Alma Univ. Mogunt. Juris Publ. et Codicis Profeff. Publ. et Ord. Facultatis juridicae Affefforis

DISSERTATIO HISTORICO-CANONICO-PUBLICA
DE
POSSESSORE CATHOLICO
NON OBLIGATO AD BONA SECULARISATA PRISTINIS USIBUS ECCLESIASTICIS RESTITUENDA.

Moguntiae 1740.

§. I.

An, & quousque præter rationes Politicæ, & Juris Publici tum universalis, tum Imperii Romano-Germanici auctoritas Canonum & Pontificis, in præsentis materiæ discussionem valeat influere, & quatenus hæc cum dictorum Jurium Principiis combinari possit, aut iis cedere debeat, hic curatius examinandum venit, ideóque quid Jure Ecclesiastico provisum sit circa naturam rerum Ecclesiasticarum priori loco adducere, stabilire, atque à sinistris, queis onerantur, arbitramentis & hariolationibus liberare, non erit extra metam propositi.

§. II.

Equidem, si Jurisconsultorum, qui Acatholica castra sectantur, & inter hos præcipuè eorum mentem consulamus, qui acutius videre volunt quam cæteri Commilitônes, facillimo negotio omnis Controversia radicitus tolletur, aut potius subnasci Jure nunquam poterit, eoquod Jus circa Sacra, & res Ecclesiæ, ejusque Ministrorum sustentationi deservientes summis Imperantibus competat, nec à Juribus Majestatis aut Superioritatis ullâ ratione valeat separari, (a) totùmque systema Catholicorum circa bona Ecclesiastica partim ad

 Ethni-

a) Vid. BÖHMER. *Diss. de Jure Episcop. Princip. Enangel.*

Ethnicismum crassissimum declinet, partim primis iisque puris adhuc Ecclesiæ Seculis ignoratum attentioribus oculis rem intuenti adeò Papizare videatur; ut etiam multi sub jugo Ecclesiasticorum ingemiscentes, quos cordatiores esse credunt, facundo silentio adversa dogmata deprædicent & suis sectatoribus torporem in tuendis juribus suis exprobrare sustineant.

§. III.

Errorem hunc quoad Jus circa Sacra toties profligatum hoc loco adoriri eò minus necessarium, cum Ecclesia Romano-Catholica satis adhuc munita validissimo præsidio, quod nanciscitur ex antiquitate possessionis Ecclesiasticis Præsulibus ab Apostolis traditæ & ad hæc usque tempora non interrupta tot seculorum serie cum debita Summo Ecclesiæ Capiti Pontifici Romano subordinatione adeo continuatæ, ut nequidem Pace Westphalica (ad quam Adversarii uti ad Sacram anchoram confugiunt, indeque Juris Clericorum machinationibus & Tyrannide potissimum Hildebrandina, sunt eorum dicteria, à potestate Seculari avulsi auspicatissimam redintegrationem atque confirmationem desumunt) illi quidquam derogatum esse censeri possit, siquidem Instrumentum Pacis manibus Protestantium Jura Superioritatis Ecclesiasticæ nequaquam ex Juris necessitate consignavit, quin potius Jurisdictionem Ecclesiasticam contra eos interim suspensam declarando Solenni Juris Sedis Pontificiæ nullatenus intercepti reservatione prospexit, & per Verba: (*a*) *usque ad compositionem Christianam dissidii Religionis* apertissimè insinuavit, Catholicos ob iniquitatem temporum connivere, & provisorio modo multa permittere necessum habuisse. Veritatem Catholicam quoad Jus circa Sacra novissimè contra imposturas HUBERI præprimis, THOMASII & BOEHMERI (quos sua in Ecclesiam Romano-Catholicam ejusque instituta debaehandi libidine cæteris facile superiores novimus) egregie asseruit de HERTZ (*b*) quæ faciunt ad præsens suis locis à me tangentur.

§. IV.

Dum genuinum bonorum Ecclesiasticorum conceptum & primævam eorum naturam ac qualitates exhibere intendo, quo sine totam tractationem meam vagam esse oportet, non quidem opus, quid Jure naturæ constitutum sit, pluribus indagare & Exempla congerere vel argumenta ex omni Gentium antiquitate & Religione petita, ut demonstretur, quàm latè patuit Universus orbis, Ministros altaris vel populorum oblationibus vel Principum largitatibus & donis susten-

a) *Art.* 5. §. 48.

b) *Hist. Civ. Lib.* 1. *obs.* 2. & *Lib.* 2. *Cap.* 3. & 4.

ſuſtentatos fuiſſe, (a) abunde mihi erit exponere, quæ ſub Eccleſiæ primordio & proximis hinc Seculis bonorum, quæ hodie Eccleſiaſtica audiunt, fuerit indoles. Qua in re opera potiſſimum utar cit. THOMASSINI viri meo elogio longe ſuperioris, quem & BÖEHMERUS, cum quo mihi paulo infra négotium erit, ſibi in pretio eſſe fatetur, & oporteret eſſe longè majore quàm Mecænas THOMASIUS, aut alii qui Religionem, conſcientiam, & Doctrinas habent venales, nec quæ veritati, & Judicio ſuo ſibi relicto atque à Studio partium ſemoto congruere videntur, publico tradunt, ſed eo detorquent, ut rationibus eorum conveniant, quorum merentur ſtipendia, eóſque ſolummodo portentoſis ſubinde commentis evehunt, aliorum verò Jura injuſtiſſimis cavillationibus eouſque labefactare aut arrodere ſaltem præſumunt, dum lucelli quidquam capiunt, præciſâ ulteriori ſpe lucri, mutato mox conſilio ad perniciem iis, ſi, uti in votis, ita eſſet in poteſtate, inferendam paratiſſimi. Quod ipſum non pauci, quos me etiam non loquente quilibet non adeò hoſpes in re Litteraria facile intelligit, ſcriptis publicè editis & iis quorum deinceps vivebant pane accommodatis, ſæpius teſtatum fecêre.

§. V.

Conſiderata bonorum Eccleſiaſticorum Inſtitutione à Chriſto & Apoſtolis ſtabilita, apparet illa eſſe bona ſuſtentandis Eccleſiæ Miniſtris, Verbi divini prædicatoribus & egentibus deſtinata; Ipſe enim Chriſtus N. L. auctor dum mortalem indutus vitam regnum Dei in hiſce terris prædicaret, de aliorum facultatibus vitam ſuam ſuſtentabat. Luc. 8. v. 3. & quo primum die Apoſtolos ſuos ad Evangelii promulgationem ablegavit, populorum in ſuſtentandis Miniſtris Sacris officium inculcabat, monens operariis neceſſaria vitæ adminicula deneganda non eſſe. Matth. 10. v. 10. Luc. 10. v. 7. Chriſti veſtigiis inſiſtebant Apoſtoli ejus in prædicatione divini Verbi Succeſſores, nec tantum legem Magiſtri ſui ampliùs uſu & obſervantia donarunt, ſed & porro quominus dubii quidquam ſupereſſet, Jus à Laicis exigendi ſuſtentationem Apoſtolis atque ſecundum hos Clericis & beneficiariis omnibus qui vices & functiones Apoſtolorum ſubeunt PAULUS in convulſis Argumentis adſtructum publicavit, ceu patet ex 1. ad Corinth. 9.

§. VI.

Quamvis autem Clericis hac ratione Jus exigendi ſuſtentationem aſſeruerit, quamvis ex alia parte tantum ipſe præ ſe tulerit rerum terrenarum contemptum, & incuriam hujus ſui Juris ut opere manuum vitam toleraret, quamvis

a) Conf. omninò ea quæ tradit LUDOVIC. THOMASINUS *de Vet. & Nov. Eccleſ. Diſcipl. P.* 3. *L.* 1. *c.* 1. §. 1.

vis profiteretur à quibusvis non exigi nisi plane necessaria ad victum. Nihilo tamen segnior fuit PAULUS in cohortandis inflammandisque fidelibus, ut hoc officio fungerentur summa quadam animi Charitate rerum copia & largitate. Ut ut enim Clericorum sit non sumere sibi nisi quæ ad victitandum sunt necessaria, reliqua pauperibus dilargiri. Consentaneum tamen est & ipsis fidelibus Laicis maxime conducens ut largissimè effundant terrenas opes in cœlestes thesauros quod maxime alendis Verbi divini Ministris & pauperibus fit.

§. VII.

Manifestum hoc evadit in Sacerdotibus & Levitis Mosaicis, in ipso Christo, qui paupertatis summæ non præco tantum, sed Exemplum, tam copiosis tamen eleemosinis colebatur, ut & familia ejus Sacra hinc aleretur & superesset non dico, quod suffuraretur Judas, sed & quod erogaretur in pauperes. Manifestum ex primævo Ecclesiæ Hierosolymitanæ fervore, ubi ad pedes Apostolorum congerebantur non quasi justa laboris salaria, non quasi stipendia, sed domorum, agrorum, latifundiorum pretia sanè ingentia: ex PAULI hortamentis, quo nemo expeditior, nemo liberior à terrenis Cupiditatibus & qui tamen suadet ut novus auditor Evangelicæ fidei & sectator non in partem aliquam vocet suorum bonorum suos in Christo Pædagogos, sed omnia prorsus cum illis habeat communia *ad Gal. 6. v. 6. 2. Cor. 9. v. 6.*

§. VIII.

Tam vehementia ad dandum hortamenta non eò spectabant, ut tantum daretur quod haberent Ecclesiæ Ministri avaritiæ, superbiæ & luxuriei fermenta: Sciebant illi tunc saltem parvo contenti esse, neque tam magno erant numero, quin facillimè sustentarentur. Alia ergo moliebatur PAULUS suis incitamentis, quæ pastoralem maximoperè ejus commendarent sollicitudinem. Primum erat, ut is qui corruptibiles hic spargebat divitias incorruptibiles sibi thesauros in beata mox Patria acervaret: Alterum erat omnium sublevatio pauperum in longinquis etiam Provinciis hanc enim spartam exemplo Christi in se susceperunt Apostoli, eàque successores suos onerarunt. Nec defuerunt isti omnibus muneris sui partibus exactissimè implendis: cujus rei testem habemus locupletissimum CYPRIANUM acerrimè is invehitur in divites qui nihil in pauperes erogabant, & nihil offerebant ad Altare & id molitur, ut illos ad eam munificentiam exstimulet quæ non eorum modo opulentiæ responderet, sed quæ primigenium etiam æmularetur fervorem Christianorum Palæstinæ Ecclesiæ, qui Patrimonium suum devovebant Christo, Apostolis dispensandum in pauperes concredebant: nec enim objectandæ curiositati nostræ inspiratæ divinitus scripturæ eam nobis Ecclesiæ Hierosolymitanæ historiam tradiderunt, sed

ut

ut formam hanc accuratiſſimæ perfectionis præ oculis haberemus poſteris omnibus ſeculis & hinc nobis vel incuteretur pudor, vel calcaria ſujicerentur.

§. IX.

Cum vehementes ejuſmodi exhortationes non fuerint ſteriles; refloreſcebat ſemper in Eccleſiâ illud primævum decus eorum, qui omnium egenorum inopiam levabant. Affirmat JUSTINUS Martyr *in Apolog. II.* fideles omnes ſæpiùs conveniſſe, & pro ſuæ quemque modo ſubſtantiæ & pietatis contuliſſe in ærarium quoddam, unde Paſtor in pauperes & ægrotos, viduas & orphanos hoſpites & peregrinos erogaret In *Apologetico* quoque ſuo TERTULLIANUS elegantiſſimam hujuſmodi piarum erogationum imaginem delineavit: *Præſident probati quinque ſeniores honorem iſtum non pretio ſed teſtimonio adepti, neque enim pretio ulla res Dei conſtat, etiamſi quod arca genus eſt, modicam unuſquiſque ſtipem menſtrua die vel cum velit, etſi modo poſſit, apponit: nam nemo compellitur, ſed ſponte confert. Hæc quaſi depoſita pietatis ſunt, nam inde non epulis, non potaculis, nec ingratis voratrinis diſpenſatur ſed egenis alendis humandiſque & pueris ac puellis, re ac parentibus deſtitutis ætateque domitis ſenibus item naufragis & ſiqui in metallis & ſiqui in Inſulis vel in cuſtodiis duntaxat ex cauſa Dei ſectæ alumni confeſſionis ſuæ fiunt.* Præter has ordinarias collectas erant & extraordinariæ quædam, quas urgente nova neceſſitate Epiſcopi indicebant.

§. X.

Par erat Occidentali Orientalis Eccleſiæ Lex & diſciplina in rebus fundiſque ſuis. Celebrata eſt ab Epiſcopis Græcis ſummis laudibus Eccleſiæ Romanæ liberalitas effuſiſſima in omnes orbis Eccleſias alias: quod tam ſtudioſè commendabant utique pro virili ſatagebant Epiſcopi Orientales. Exemplo nobis ſit ante alios DIONYSIUS Corinthi Epiſcopus in Epiſtola ad SOTEREM Papam ubi hunc morem commendat, quem teſtatur EUSEBIUS ad ſui uſque ævi perſecutiones obſervatum fuiſſe *Hæc vobis conſuetudo eſt jam inde ab ipſo Religionis exordio, ut fratres omnes vario beneficiorum genere afficiatis, & Eccleſiis quam plurimis, quæ in ſingulis urbibus conſtitutæ ſunt, neceſſaria vitæ ſubſidia tranſmittatis, & hac ratione tum gentium inopiam ſublevetis tum fratribus, qui in metallis opus faciunt neceſſaria ſuppeditetis.* (a) DIONYSIUS Alexandriæ Epiſcopus datis ad STEPHANUM Papam litteris eas largitiones Eccleſiæ Romanæ permanaſſe refert in Syriam uſque & Arabiam. (b) Idem EUSEBIUS confirmat

a) *L.* 4. *c.* 23.
b) *L.* 7. *c.* 5.

mat ab Orientalibus non paucis initam fuiſſe eandem viam & rationem Eccleſiæ Hieroſolymitanæ. (c)

§. XI.

Atque his bonorum Eccleſiaſticorum natura ſatis exhibetur, nec in iis ipſe livor habet, quod obganniat aut illæſa rei veritate criminetur, ſimulque patet ex Chriſti & Apoſtolorum factis, quid ſub receſſu habeant THOMASII (d) tradita: quod doctrina & hypotheſis de rebus Sacris & Eccleſiaſticis technas & fraudes Secerdotum Gentilium ſapiat, & arcana Sacerdotum Ethnicorum ſua fecerit Clerus Pontificius: patebitque amplius ex decurſu. Alia via incedit BÖHMERUS, quæ enim hactenus adducta, eodem (e) Judice in primitivæ & purioris Eccleſiæ ſtatu obtinebant, ubi erat quidem Eccleſiis patrimonium quoddam ſed non ſtabile aut permanens, verum maxime alienationi obnoxium, ubi bona immobilia Eccleſiarum uſibus oblata vendebantur & pretium inde redactum inter pauperes & Clericos indigentes dividebatur præeunte Apoſtolorum cæterorumque fidelium Hieroſolymis ſubſiſtentium exemplo: poſtquam verò corruptio Eccleſiam invaſit, intererat Clericorum bona Eccleſiaſtica non alienari (cujus rei initia à tempore CONSTANTINI M repetenda BÖHMERI opinione) ac frequentibus eam in rem ſanctionibus, anathematizationibusque veluti muro aheneo bona Eccleſiaſtica vallari, utque bona Eccleſiæ avaritiæ & ambitioni eorum magis vectigalia efficerentur, evulgata præterea eſſe plura ſuperſtitioſa falſa & Erronea dogmata, quibus prohibitæ rerum Eccleſiaſticarum alienationi fucus fierat.

§. XII.

Quàm multis autem modis BÖHMERUS cum ſequacibus hallucinetur, quantóque niſu incumbant fraudis Architecti, ut ad ſe aliosque decipiendos veritati imponant, lucidè demonſtrabo: Quamvis igitur oblatæ Clero primum hæreditates diſtraherentur, nunc conſerventur, ea exterioris diſciplinæ mutatione de interiore abdicationis profeſſione nihil demutatum eſt. Siquid diſtractum non fuerat, ubi gravis illa perſecutio incubuit poſt Stephani mortem, id totum fidelibus periit. Sed ſive ſerventur non tanquam ſua ſed velut aliena & ſibi commendata, ſive diſtrahantur prædia res eodem redit, ſi modò vel divenditorum pretia, vel ſervatorum fructus annui in alimenta pauperum ſimiléſve uſus conſumantur. Luculentiſſimè ab AUGUSTINO animadverſum eſt

c) THOMASIN. *Super. cit. cap.* 1. *ſqq.*

d) *Diſſ. de bonorum Secular. natura* §. 2.

e) *Jur. Eccleſ. L.* 3. *t.* 5. §. 10. 14. *ſqq.* & *tit.* 13.

est possessionibus, fundis annuisque & certis reditibus agrorum Ecclesiæ exemplo præivisse & authoritatem conciliâsse Christum ipsum, cum Oeconomum & custodem communis pecuniæ voluit constitui unum ex Apostolis sive in futuros usus & suos & Collegii sui & pauperum erogandæ: Nihil derogatur ei perfectionis præcepto, etsi exemplo Christi deponatur pecunia servetúrque in necessitates venturas, ita nec ei detrahitur quidquam servandis possidendisque fundis & hæreditatibus quod summodâ avaritiâ & anxietate providæ ac tranquillæ Charitati sint sua promptuaria & multiplex penu, unde promatur in præsentes & futuras necessitates: Audiamus AUGUSTINUM. (a) *Ergo & Dominus loculos habuit & à fidelibus oblata conservans, & suorum necessitatibus & aliis indigentibus tribuebat. Tum primùm Ecclesiastica pecuniæ forma est instituta, ut intelligeremus, quod præcipit non cogitandum esse de crastino, non ad hoc fuisse præceptum, ut nihil pecuniæ servetur à Sanctis, sed ne Deo pro ista serviatur & propter inopiæ timorem justitia deseratur. Nam & Apostolus imposterum prævidens ait, ut siquis fidelis habet viduas sufficienter tribuat eis, ut non gravetur Ecclesia, quo veris viduis sufficere possit.* addatur PETR. DAMIANI *de conservandis bonis Ecclesiasticis Judicium.* (b)

§. XIII.

Quo nitatur fundamento illud: à CONSTANTINI M. temporibus cepisse Ecclesiam possidere immobilia, patescit, si perpendatur Alexandrum Severum Imperatorem, referente Lampridio, Christianis addixisse Ecclesiam, de quâ controversiam faciebant caupones. Gentili licet superstitione occupatus Princeps, satius tamen fore duxit ut locus Numini dicaretur: *Cum Christiani quendam locum, qui publicus fuerat, occupâssent, contra Popinarii dicerent sibi eum deberi, rescripsit melius esse, ut quomodocunque illic Deus colatur quam popinariis dedatur.* Jam ergo inficias nemo iverit, quin Ecclesias & templa in communi possideremus ceu fundos, quos cum nobis Imperatores ipsi adjudicarent, assererentque adversus vim illos temerè usurpantium hinc probabilis conjectura non vetuisse illos, quin ruri & in urbibus fundos agrósque passim acquireret Ecclesia, res in aperto est, si Romæ si Antiochiæ sinebant Imperatores aliquas Ecclesias Christiano cultu frequentari non prohibuisse eos, quin prædia & fundos ruri & in urbibus illæ Ecclesiæ obtinerent. Quod amplius demonstratum datur ex EUSEBIO (a) qui Legem Constantini profert, quâ Ecclesiis restitui jussit domos, possessiones, agros, hortos, quibus eas persequentium furor spoliârat, ut jam ambigere queat nemo, ante Imperium Constantini suos fuisse Eccle-

a) *Tr.* 62. *in Evang. Joann.*

b) *Lib.* 1. *Epist.* 13.

a) *De vita Constan. L.* 2. *c.* 39.

Ecclesiæ fundos agrósque. Enim verò cum Ecclesias esse, exstruique finerent Ethnici Imperatores primus verò omnium Diocletianus eas everti edicto publico coëgerit, ecquis dubitet, quin sui illis fundi reditúsque ante esse potuerint ad Altaris Ministerium, ad Ministrorum cibos? refert EUSEBIUS (b) sub Imperio Constantini cœptum esse, restaurari Ecclesias nitore & opulentiâ majore quam prius: *Nobis incredibilis erat lætitia, cum loca cuncta quæ Tyrannorum impietas paulo ante subruerat reviviscere videremus, templáque rursus à solo in immensam altitudinem erigi, & longé majore cultu ac splendore, quam illa, quæ prius expugnata fuissent, nitescere.* Cum PAULUS SAMOSATENUS ex eodem EUSEBIO (c) morem gerere detrectaret Decreto Concilii Antiochiæ adversus eum, & ejusdem urbis Episcopum congregati, nec domo Ecclesiæ excedere vellet, jussit AURELIANUS IMPERATOR illi eam addici ad quem Episcopi Italiæ & Romanus Præsul rescripsisset, fateatur ergo invitis dentibus BÖHMERUS, necesse est, fidelium pietate & largitate Ecclesiis dono datas esse terras, domos, hæreditates ante etiam quàm habenas Imperii Christiani Principes tractare incepissent eorúmque fundorum Episcopos usumfructum & administrationem habuisse penes se, ut eos tuerentur etiam Judicio & ope Principum nec dum Christiano nomine & mysterio initiatorum. (d)

§. XIV.

Quid præsidii in avaritia Clericorum aliisve eorum vitiis pro BÖHMERI assertis collocari possit, jam dispiciendum: Spectatis rei primordiis constat nonnisi necessaria vitæ subsidia beneficiariis & Episcopis etiam ipsis nempe velut pauperibus ut complures ex ipsis artificioli aliquid exercerent, PAULO Apostolo in hoc prælucente dum arte & labore manuum victitabat & alios alebat. IRENÆI & aliorum PP studiosa ad largissimè dandum hortamenta, nisi me omnia fallant, nulla sordium, nulla vel suspicione avaritiæ infamari poterant, terrena enim illi & mortalia omnia infra se posita habebant ubique & semper ad fundendum pro Christo Sanguinem paratissimi: alia ergò, nimirum animarum salutem moliebantur. Siquid dehinc non ad normam Praxeos in prioribus seculis receptæ agatur, siquid Clericorum avaritiâ, siquid ambitione aut fastu, siquid Monachorum inertiâ committatur, aut inculpati alicujus instituti intentio circumveniatur, id nunquam non damnavit Ecclesia & damnat adhucdum.

§. XV.

b) *Lib.* 10. *c.* 2.

c) *Lib.* 9. *c.* 10.

d) *Add.* CARRANZA *Epist. Concil. pag.* 21. *sq.* CRANTZ *Metrop L.* 2. *C.* 1.

§. XV.

Omnis quippe Ecclesiæ status & omnis ætas cum bonis malos & cum probis mixtos habuit improbos, tantóque horum & illorum plures quantò magis augeri cœpit fidelium & cum his Ministrorum numerus & sic erit usque ad finem seculi. Primævum Christianorum fervorem per secula magis magisque elanguescere paucorum electorum Vaticinium manifestiùs se prodere ipsi SS. PP. sua quisque ætate animadverterunt & animadvertunt hodiedum, qui mores & vitia seculi cum Institutis Evangelicis conferunt: res est deploranda quidem, sed ut in universum in melius restituatur, humanarum virium modum excedit. Apostolus ipse de Pastoribus sui jam temporis loquentis ait: *Omnes quæ sua sunt, quærunt, non quæ Jesu Christi* (a) & tamen vocat Ecclesiam *Sanctam*, aitque *eam esse columnam & firmamentum veritatis* (b) pessimè igitur Calumniatores mores malorum hominum cum dogmatibus confundunt: Non ex vitâ & moribus singulorum fidelium, sed ex Ecclesiæ doctrinâ fide & Canonibus æstimanda est ejusdem sanctitas: Ecclesia Dei, inquit AUGUSTINUS, inter multam, paleam multàque Zizania constituta multa tolerat, & tamen quæ sunt contra fidem & bonam vitam non approbat nec tacet nec facit. Perlegantur Canones Conciliorum, & scripta PP. qui quolibet seculo pietate & doctrinâ floruerunt, & his liquido constabit veritas. Animadvertebat jam suo tempore CYPRIANUS Pseudo-Episcopos quosdam non aliud quidquam vehementius concupiscere quàm ut Eleemosynis & oblationibus fidelium saginentur & ditescant, sed vituperabat. Acri censurâ similes nævos jam perstringebat HIERONYMUS in vita Malchi Monachi: *Ab Apostolis usque ad nostri temporis facem Ecclesia persecutionibus crevit, Martyriis coronata est & postquam ad Christianos Principes venit potentiâ quidem & divitiis major sed virtutibus minor facta est.* Hac mente, hac animi persuasione SS. PP. temporalia Ecclesiæ bona eorúmque novas accessiones spectarunt, ut materiam timoris religiosi & cautionis necessariæ ne his caducis suffarcinati tantò sint verorum bonorum inaniores. Detonabat Concilium GANGRENSE in illos Monachos fucatæ pietatis amatores, qui contemplationis specie desidiam suam prætexendo decimas invadebant. Insurgebat Concilium CABILONENSE II. contra illos Episcopos, qui auctoritate sua in Ecclesias sibi subjectas abutentes, eas variis exactionibus gravabant, & plus temporalia quam animarum lucra quærebant.

§. XVI.

O si Deus (in hæc námque vota suspiratis Adversarii) CONSTANTINI ejúsque Successorum ævo viros in Ecclesia suscitasset, qui ingenio, simplicitate

(a) *Philipp.* 2. *C.* 21.

(b) 2. *Timoth.* 3. *v.* 15.

citate & pietate pares fuissent Calvino, Zwinglio, Luthero, eorúmque Discipulis, isti sanè Ecclesiam sua puritate ac simplicitate conservassent. Tot numero PP. id præstare non poterant & tantum abest, ut nequidem morbum Ecclesiæ animadverterint, ipsi tabe superstitionis & Principum Aulæque vitiis jam correpti: quis verò sobrii Capitis animum inducat, ut credat omnes istos PP. & Ecclesiæ Doctores à doctrina præstantissimos, ab ingenio sagacissimos, à sanctimonia vitæ, à miraculorum prodigiis adeò celebres eadem omnes ignorantia aut defectu superni luminis laborasse, ut errores non adverterint, aut unanimi sceleratissimóque Consilio in mutuum auxilium conspirasse, ut ne deprehensos dogmatum nævos detegerent, quin magis adversus dissentientes cum pertinacia tuerentur, adeò ut nunc demum post tot Secula, si ad vitam redirent à novatoribus nostris aut melius erudiendi omnes, aut imposturæ convincendi forent! quis tam insipiens & delirus, ut in mente statuat sua, Ecclesiam veram defecisse eo seculo, quo nullum aliud tam ferax fuit doctrina, pietate & sanctitate virorum? Simplicitatem & pietatem ideò intepuisse, quod persecutionibus dirissimis sævientibus fideles & Sacrorum Ministri in specubus & antris delituerint divinis officiis & laudibus intenti, posteà vero pacata Ecclesia templa magnifica strui cum majori pompa & apparatu divina peragi, Episcopi cum Clero esse venerationi, quin & reditibus congruis, nec adeò facilè perituris, ut sunt, quos ex immobilibus percipimus, instrui ceperint? Simplicitatem morum & pietatem, quæ in prima viguit Ecclesia, an Calvinus, an Lutherus postliminio restituit fortè rupto, quo fideles Ecclesiæ Ministris obstricti erant, obedientiæ vinculo? aut piorum operum proscriptione? aut in latum porrecta, quæ angusta à Christo dicitur Cœli porta. (*a*)

§. XVII.

Superstitiosa falsa & Erronea dogmata pariter imputata, quod attinet, patet omnem illam superstitionem in eo latere, quod dicantur patrimonium Christi Deo Sacra &c. quas inter priorem præprimis stomachatur SCHOOCK (*b*) eam ut *impiam & blasphemam* rejiciendo: sed cortice ejusmodi appellationum spectato sanum eorum sensum frequentissimè ab Adversariis neglectum, & affectibus plus nimiùm indultum iri vel parum consideranti manifestum erit. BÖHMERUS ipse illam appellationem, qua dicuntur patrimonium Christi ab injuriis sociorum vindicat: quanquam etiam illa citra ejus auxilium ipsâ rei veritate se abundè tueretur: ut videre est ex MALACHIÆ III. ℣. 8. *An spoliet homo Deum quemadmodum vos spoliatis me? & dicitis quâ in re spoliamus te? in decimis & oblatione.* JOELIS III. ℣. 5. alísque scripturæ locis. Cúmque iste loquendi usus

(*a*) De HERZ *Hist. Civil. L.* 2. *C.* 4. *Obs.* 5. §. 38.

(*b*) *De bon. Eccles. Sect.* 1. *c.* 16.

usus jamdum in prioribus Ecclesiæ Seculis invaluerit ceu ex loco TERTULIANI supra adducto apparet, illud etiam se prodit, ejusmodi appellationem non esse abortum astutiâ Clericorum in orbem protusum: hactenùs, si in figurato illo significatu subsisteretur, etiam BÖHMERO res toleranda esset, ast dum bona Ecclesiastica eo tempore patrimonium Christi vocata sunt, quo patrimonium pauperum esse desierunt & illo titulo incrustata, quo homines eò citius allici possent ad bona sua in patrimonium Christi conferenda, ab omni commercio hominum essent exempta, eò magis Potentiorum circa hæc bona machinationibus contradici posset; locutio illa BÖHMERO perversa est & reprobanda.

§. XVIII.

Si BÖHMERUS veritatis producendæ ita Studiosus fuisset, uti ansæ cavillandi arripiendæ in inquirendâ genuinâ ratione, ob quam bona Ecclesiastica commercio exempta dicuntur, non attendisset appellationes illas, quas forsan pia simplicitas nonnullis suasit, infucatus nec tamen ad amussim ponderatus zelus erga Sacra promovit, subinde etiam præter recte, aut minùs recte at inculpatè sentientium mentem nonnullorum avaritia suis commodis inservire fecit: cum potiora rei fundamenta præsto sint: & ipse deprehendat apud GONZALEZ (a) qui acutiùs videt in Ecclesiasticis quàm vulgus Canonistarum, sanctiones, quibus promiscuus bonorum Ecclesiasticorum usus inhibetur & eorum alienatio coarctatur, non ex prædictis appellationibus (b) tam operosè impugnatis, sed ex necessitate & utilitate rei Ecclesiasticæ unicè aut potissimum petendas esse: neque in hoc vitii quidquam latere arbitror, quod cum non omnes Christiano tincti nomine Christianis viverent moribus, atque avaritiâ prædominante bonis sustentationi pauperum & Ministris Ecclesiæ assignatis inhiarent, Pontifex nefariis ausibus occurrere & constitutionibus incommodo suffecturis tutam præstare voluerit sustentationem iis, quos optimo ad eam Jure niti palam erat. Itaque quæcunque circa bonorum Ecclesiæ varia dispensandi norma pro temporum & locorum conditione fuerit, aut alia Clericorum vivendi exterior disciplina intervenerit, is perpetuus fuit Ecclesiæ circa sua bona sensus, ut ex iis suorum Ministrorum necessitatibus provideretur, & quod reliquum esset in pauperum alimoniam aliósve pios usus sanctè & fideliter dispensaretur.

§. XIX.

Excussâ bonorum Ecclesiasticorum natura nunc disquirendum, an illa administrandi, de iis statuendi, aut ea liberè distrahendi aliísve quam consuetis

(a) *Ad Decret. L.* 3. *t.* 13. *c.* 5. *n.* 10.
(b) *Jur. Eccles. L.* 3. *t.* 5. §. 14. *sq.* & *t.* 13. §. 6.

tis usibus applicandi facultas Ecclesiasticæ aut Politicæ Potestati vindicanda? Sicuti verò de existentiâ Dei & Religionis in vitâ humanâ necessitate non dubitatur, (a) nisi ab iis qui abundantiâ & robore quodam ingenii pollere videri volunt, si oris proterviâ de Deo, ejúsque cultu minùs honorificè sentiant, ob quorum defensionem BAYLIUS (b) meritò ab aliis sub censuram vocatus: ita actum agerem si contenderem multis, ab eo qui Reipublicæ præest, curam Religionis & Sacrorum suscipiendam, quia etiam Athei & Pseudo-Politici eam curam à Principe scientes, sine Numinis reverentiâ & metu nullam diu rempublicam salvam consistere. Eapropter cum, quæ ad Civilem & naturalem beatitudinem reipublicæ pertinent, summæ potestati, quæ nobis hodie Civilis audit, demandarentur, omne Jus quoque circa Sacra, Religionem, eóque spectantia eidem potestati conjungebatur, neque enim id deficiente lege positiva divinâ aptius cuidam concredi poterat, quàm illi, cui de similibus statuendi & statuta tuendi vires suppetebant.

§. XX.

Huic, qui primitùs circa Sacra vigebat, statui succedebat Lex Mosaica, in quâ potestas circa Sacra erat penes Sacerdotes, separatúmque fuit Sacerdotium à Regno, non dumtaxat in exercitio Sacrarum functionum, sed & in Judicio super causis Sacra concernentibus ut patescit ex EZECH. 44. ℣. 23. 24. *Sacerdotes populum meum docebunt, quid sit inter Sanctum & pollutum, & inter mundum & immundum, ostendent eis: & cum fuerit controversia, stabunt in Judiciis meis & judicabunt: Leges meas & præcepta mea custodient.* DEUTER. *17.* ℣. *9. sqq.* NUMER. *27.* V. *21.* LEVIT. *13.* PARALIP. *26.* V. *18.* Ubi non modo Deus Oziam Regem volentem adolere incensum graviter punivit, sed & cognitionem maximè de Ceremonialibus Legis leprâ videlicet Sacerdotibus & Tribu Levi præcipuè vero summo Sacerdoti commisit, ac ducem ipsum populi ad consultationem summi Sacerdotis remisit.

§. XXI.

Statum Novæ Legis quod attinet, ubi de Jure Sacrorum non ampliùs ex naturali sed supernaturali Potestate à Deo delata indagandum, quis ignorat ea, quibus maximè absolvitur Jus Sacrorum, Doctrinam Evangelii, Jus declarandi sensum Scripturæ, decernendi Libros Canonicos, dijudicandi, quid ut articulus fidei sit credendum, exercendi potestatem clavium, administrandi Sacramenta, instituendi Ministros, Ordinandi ritus cultus divini, corrigendi mores

mox

(a) Conf. PUFFENDORFF *de O. H. & C. c. 4.* §. 9.

(b) *Diction. Hist. Critiq. T. 1. p. 903.*

mox ſub ipſis Eccleſiæ incunabilis antequam ullus Princeps, vel alius Poteſtate Civili inſtructus ad Sacra Chriſtiana converteretur orbe maximam partem craſſiſſimis Gentiliſmi tenebris adhuc conſepulto, Apoſtolis à Chriſto tradita atque ab his in ſucceſſores officii ſui transfuſa? cum igitur ex Sacris litteris N. T. nec unico apice demonſtrari poſſit, in Principem Laicum poteſtatem aliquam ſpiritualem, qualis vulgò dicitur, munus ſummum, Eccleſiæ viſibilis regimen fuiſſe translatum, ſed Eccleſia primis Inſtitutionis ſuæ ſeculis abſque conſortio ullius Principis ſubſtiterit regimen Eccleſiaſticum (ſub quo indubiè cura, adminiſtratio & facultas ſtatuendi de iis, quæ ſuſtentationi Miniſtrorum &c. deſtinata & bona Eccleſiaſtica compellantur) Principatui temporali annexum eſſe, nec eidem deinceps potuit annecti contra primum Chriſti inſtitutum & primorum ſeculorum uſum, ad quem alias Adverſarii provocant, atque indè ultimam quoad materias Eccleſiaſticas deciſionem ſtatuunt unicè depromendam eſſe.

§. XXII.

Ad majorem lucem dictis procurandam nonnulla Teſtimonia omni exceptione majora adducere conſultum erit: HOSIUS Epiſcopus Cordubenſis qui primo Concilio Nicæno tanquam Legatus Pontificis præſidebat, Conſtantium Imperatorem redarguit his verbis: *Deſine quæſo Imperator, ne te miſceas Eccleſiaſticis, ſed potius ea à nobis diſce. Tibi Deus Imperium commiſit, nobis quæ ſunt Eccleſiæ concredidit, neque fas eſt nobis in terris Imperium tenere, neque tu Sacrorum poteſtatem habes Imperator.* Ad eundem LEONTIUS Epiſcopus. *Miror, quomodo ad alia vocatus aliis rebus te immiſceas, militaribus enim & politicis præfectus in his, quæ ad ſolos Epiſcopos pertinent, præeſſe vis!* agnovit id JUSTINIANUS (a) hac conſtitutione: *ſi Eccleſiaſtica cauſa eſt, nullum communionem habeant Iudices Civiles circa talem examinationem, ſed Epiſcopus ſecundum ſacras regulas cauſæ finem imponat.* Agnovere ſubſequentes tot piiſſimi Imperatores & ſecula omnia per tot Conciliorum Regum ac Principum Capitularia, & conſtitutiones uno ſemper ore & facto venerabantur. Atque ut propius accedam ad ea, quæ hic examinanda ſuſcepi, & ſpcialiter quid circa adminiſtrationem & diſpoſitionem in bonis Eccleſiaſticis Poteſtati Politicæ nil Juris competat, oſtendam: breviſſimis huc repeto ea, quibus ſupra ex limpidiſſimis Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ fontibus pleniùs deducebam, bona Eccleſiæ fuiſſe Apoſtolis & ſucceſſoribus eorum concredita, quo inter pauperes & Eccleſiæ Miniſtros &c. diſtribuerentur, atque ſic primam bona Eccleſiæ adminiſtrandi poteſtatem penes Eccleſiaſticos fuiſſe. Quid porrò proximis hinc & ſubſecutis temporibus actum, apparet ex Canone 41. vulgo Apoſtolorum: *Iubemus Epiſcopum rerum Eccleſiæ poteſtatem habere:* Canone 25. Concilii ANTIOCHENI anno 341: *Epiſcopus habeat rerum Eccleſiæ*

(a) *Nov.* 123. *C.* 21.

Ecclesiæ potestatem. Concilii AURELIANENSI III. anno 538. Canone 5. *Siquæ oblationes in quibuslibet rebus atque corporibus collatæ fuerint Basilicis in civitatibus constitutis ad potestatem Episcopi redigantur & in ejus sit arbitrio, ad quid deputetur.* Plura huic argumento inservientia occurrunt apud VAN ESPEN (b) nihil autem Juris competere Politicæ Potestati evincitur ex Concilio ROMANO VI. in quo sub Papa Symmacho anathemate inusti fuerunt, qui oblationes & agros Ecclesiæ invaderent præter voluntatem Episcoporum: *Oblationes fidelium à nemine præsumantur absque consensu & voluntate Episcopi* quatumvis regiam prætexerent donationem *sub specie largitatis Regiæ vel cujuscunque potestatis*: id ipsum etiam ostendit AMBROSIUS qui se masculè opposuit Valentiniano Imperatori, dum Mediolani pro Arianis Ecclesiam deposcebat, & Comites ab eo missi allegabant, in potestate Imperatoris esse omnia, & ipsius esse universa: Verba AMBROSII sic habent. (c) *Nec mihi fas est tradere, nec tibi Imperator expedit accipere: domum privati nullo potes Iure temerare, domum autem Dei existimas auferendam? noli te gravare Imperator, ut putes te in ea, quæ divina sunt, Imperiale aliquod Ius habere; noli te extollere, sed si diutius vis Imperare, esto Deo subditus: Scriptum est: quæ Dei Deo, quæ Cæsaris Cæsari: ad Imperatorem Palatia pertinent, ad Sacerdotem Ecclesiæ.*

§. XXIII.

Cum Jus circa Sacra & bona Ecclesiastica momentis validissimis potestati Ecclesiasticæ asseruerim, simul manifestum evadit, Jus secularisandi penes Principes seculares non residere, nec assensum mereri THOMASIUM, qui (a) censet totam controversiam de Potestate circa secularisationem bonorum Ecclesiasticorum ex Jure Naturæ & Gentium definiendam; cum enim hisce Juribus super Potestate circa Sacra & Secularisationem nihil cautum, ejusmodi bonorum qualitates in eâ formâ, quâ hodiedum innotuêre, ignorentur atque in statu Juris Naturæ sistendo, ejus libertati Jus illud determinare relictum esse deprehendatur, totius rei decisio ex aliis fontibus nimirum iis Juribus positivis petenda, quæ negotiis tum Sacris tum profanis normæ futura dudum ultra præcepta naturalia cum Christianismo & alias citra contradictionem eorum, quos certo circa illam Potestatem Jure niti supponit THOMASIUS, palam inducta ac possessione, usuque longævo stabilita: ad quem subvertendum nil quidem, quod sufficiat, adduci video, si enim Regna & Imperia primitus violentiis & latrociniis quæsita longo tempore fiant legitima, eorumque possessores hodierni optimo Jure in iis defendantur, prout id docent exempla notissima, queis JU-

LIUS

(b) *Jur. Eccles. P.* 2. *t.* 36. *C.* 1.

(c) *Epist.* 33. *ad Marcellin.*

(a) *Diss. de bonor. Secular. natura* §. 10.

LIUS CÆSAR occupàvit Imperium Romanum & Franci Galliam, Saxones Britanniam, Gothi Hiſpaniam invaſerunt, id in Pontifice aliiſque Principibus Eccleſiaſticis tanto minus diſplicere poterit, quod eorum in adminiſtratione bonorum Eccleſiaſticorum poſſeſſioni nullum omnino vitium valeat imponi.

§. XXIV.

STRUVIUS (a) poteſtatem Seculariſandi derivat ex Jure Advocatiæ, ut ipſe vocat, Majeſtaticæ, vi cujus ſuprema in Republicâ Poteſtas habet inveſtituram Epiſcoporum, Jus in bona Eccleſiæ, liberrimam de Epiſcopatibus & Monaſteriis diſpoſitionem, circa illa Jus legum, confirmationem Bullarum & Privilegiorum à Papa Epiſcopis vel Monaſteriis indultorum: Jus ſine ullo Papæ indultu tributa & collectas bonis & perſonis Eccleſiaſticis imponendi &c. Verum Verborum proprietas & ipſa rei natura ſatis innuit, aliud eſſe Eccleſiam defendere, aliud de bonis Eccleſiæ diſponere alienando, in ſuos alioſve promiſcuos uſus ad lubitum convertendo, illudque Jus liberum, quale STRUVIUS adſtruit Poteſtati Seculari nequaquam inferre. (b) Origine Advocatiæ jam inde à Seculi IV. initiis repetita ſatis liquet, ſingulis prope Monaſteriis ab Imperatoribus ac Regibus Laicos, quibus omne rei Politicæ adminiſtrandæ ſtudium incumberet, conſtitutos fuiſſe aut primo, ne, dum Monaſteria per Principum liberalitatem ſæpius ampliſſimis territoriis, oppidis, arcibus, pagis, caſtris, aquis, piſcinis, campis, paſcuis, ſylvis &c. cum omnibus ſimul Juribus ac Privilegiis Civilibus & Eccleſiaſticis donabantur, & uti ex innumeris antiquorum Principum largitionibus evidens eſt, munificentiſſimè exornarentur, profanis irretiti curis Abbates & Monachi Secularia negotia omiſſis ſpiritualibus tractare cogerentur: aut ſecundo quod Epiſcopi & Abbates interdum bona Eccleſiaſtica male adminiſtrarent ac diſſiparent; aut tertio quod cum Potentiores Eccleſiaſticis bonis inhiarent & in ſuos uſus converterent, adeò ut quandoque Eccleſiæ Miniſtris & pauperibus neceſſaria vix ſuppeterent, ad eorum rapacitatem & audaciam refrænandam Eccleſiæ ac Monaſteria defenſoribus non minus juſtis quàm potentibus opus habuerint. MAGER. (c) nec tamen quidquam involvatur eorum, quæ Advocatiæ à STRUVIO attributa ſunt.

§. XXV.

(a) *Corp. Jur. Publ. c.* 21. §. 31.

(b) Vid. KEMMERICH *Progr. de Inveſtitu. per Bacul. & annul. p.* 7.

(c) *De Advocat. armat. c.* 5. *n.* 106. *ſqq. junct. c.* 2. *n.* 233. *ſqq.* THOMASIN. *Vet. & Nov. Eccleſ. Diſcipl. P.* 3. *L.* 2. *c.* 55.

§. XXV.

Inter Diplomata prope infinita, quæ Advocatiam cum omni ſuo Jure nobis fideliſſimè ſiſtunt, nullum occurrit, quod tam exorbitantium Jurium ex Advocatia pendentium mentionem injiciat, dum interim de Protectione ac defenſione ab Advocatis impertienda frequentiſſimus ubique ſermo eſt, ad ſummum adminiſtratione bonorum Eccleſiæ, reique Politicæ hinc inde permiſſa. Aliquot ſaltem rei illuſtrandæ gratia juvabit adducere, unum ab ipſo STRUVIO (a) alterum à MAGER. (b) ſuppeditatum.

Conradus Divina favente Clementia Romanorum Rex ſecundus tanquam Advocatus primus & defenſor Romanæ Eccleſiæ & omnium Eccleſiarum Eccleſiaſticarumque perſonarum & bonorum eorumdem ſub Sacro Romano Imperio exiſtentium attendens, nulli licitum eſſe alicujus Eccleſiæ Advocatiam uſurpare, niſi banno Regio ad hanc eſſet inſtitutus, quodque perſonis Eccleſiaſticis grave eſſet propter longinquitatem terrarum præſentiam Regis adire, propter indigentiam eorundem eapropter illuſtrem Godefridum Ducem Lotharingiæ & Marchionem atque Comitem Lovanienſem omnium Eccleſiarum Eccleſiaſticarumque perſonarum & bonorum eorundem ſub Principatu Lotharingiæ conſtitutorum & ſucceſſores ipſius Dominos Lovanienſes ſive Brabantiæ Dominatum obtinentes pro tempore exiſtentes Advocatos inſtituimus; mandantes, ut nomine Imperii contra omnem inquietationem Eccleſiaſticas perſonas & earum bona tueantur & defendant, ita quod ab ipſis nihil per poteſtatem recipiant aut exigant præter Ius Advocatiæ, quia Advocati non debent eſſe deprædatores ſed defenſores Eccleſiarum &c.

In Nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Dagobertus Divina favente & ordinante providentia Rex Francorum.

Expedit cuilibet auctoritati, perſonæ tum maxime Primatibus, Regiis humilibus ac moderatis ſub Religione degentium precibus obtemperare & eorum quietem & pacem pro facultate fovere & poſt munire. Igitur noverit omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quam futurorum ſagacitas, quod Vir Venerabilis & Apoſtolicus Pater noſter Dn. MODOALDUS *Sanctæ Treverenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus noſtris obtulit obtutibus præceptum anteriorum Regum Francorum, in quo erat inſertum, quod prædeceſſores, Reges videlicet Francorum omnes res quaſcunque boni & Sancti Viri pro Divinæ contemplationis intuitu ad partem Sancti Petri Treverenſis Eccleſiæ delegaverunt, ſuorum Decretorum auctoritatibus confirmaverunt & Duces probos in Protectores & Advocatos dederunt, quatenus eorum Regnum ſuperno auxilio tueretur*

&

(a) *Supr. Cit. Præfat.*

(b) *Cit. c. 5. n. 121.*

& postmodum cum Christo Rege Regum regnarent in Cœlis. Pro rei veritate & firmitate præfatus Præsul postulavit Celsitudinem nostram, ut paternum & prædecessorum Regum mores sequentes hujusmodi auctoritatis præceptum ob amorem Dei & reverentiam Sancti Petri de eisdem rebus fieri juberemus ac eis Protectorem sive Advocatum daremus. Cui petitioni libenter consensum præbuimus, & hujus nostræ auctoritatis & protectionis præceptum erga ipsam Ecclesiam pro divini cultus amore & animæ nostræ remedio fieri decrevimus: Per quod præcipimus atque jubemus omnes facultates vel res ad Ecclesiam sancti Petri urbis Trevericæ pertinentes scil. cellam Sancti Eucharii, quæ modo appellatur cella Sancti Mathæi Apostoli quæ est in territorio Sancti Petri Principis Apostolorum constructa, castella, vicos, villas, vineas, sylvas, homines, vel quæque largiente clementiâ divinâ deinceps ad augmentandam eandem Ecclesiam circa Rhenum, Ligerim, vel Mosellam fluvios in Regno nostro insistentia omnia super jure & potestate Sancti Petri Treverensis Ecclesiæ ejusque Pontificis perpetualiter mancipatura permanere. Pro quâ re melius observanda ac ut præfatarum Ecclesiarum res prospere serventur, videlicet ne Beati Petri & beati Eucharii Ecclesiis deinceps à grassatoribus quidquam molestiæ inferatur, præfatæ Ecclesiæ Beati Petri Trevericæ urbis & fratribus ante dictæ cellæ Beati Eucharii, quæ modo appellatur cella Sancti Matth. Apostoli, quæ est in prædio Sancti Petri constructa Protectorem, Rectorem & Advocatum damus Illustrem Dominum Arnulphum Sanguine Regio natum ac Instructorem nostrum, Austriæ Mosellanicæ Ducem, cui hæc omnia fideliter observare præcipimus. Præterea pari modo statuimus, ut nullus ex Ducibus publicis Iudicibus vel aliquis ex judiciaria potestate in Monasterio circa Ecclesias, cellas, vicos, agros, homines vel loca alia impedimenta ponat, sed liceat memorato Præsuli suisque Successoribus omnia præfata in integrum tempore perpetuo pro remedio animæ nostræ sive parentum nostrorum sicut in præcepto piissimorum Antecessorum nostrorum continetur, quieto ordine possidere, & nostro fideliter parere Imperio ac Dn. Arnulphi. Sed ut hoc itaque nostræ auctoritatis præceptum pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem & a fidelibus Sanctæ DEI Ecclesiæ nostris videlicet præsentibus & futuris temporibus verius credatur, & diligentius a Successoribus nostris observetur, illud propria manu cum Principibus nostris subter firmavimus & annulorum nostrorum impressionibus signari jussimus. Data 3. Idus Novembr. Anno ab Incarnato Domino 623.

§. XXVI.

Imo chartæ plurimæ à PAULLINO (a) adductæ docent, quod Monasteria sæpissimè quærelas moverint, & libertati suæ contra ausus Advocatorum prospectum iverint, dum nimiam sibi potestatem & præprimis Jura, qualia à STRUVIO Advocatiæ affinguntur, sumebant, munus defensionis in Tyranni-

(a) *Discurs. Histor. Polit. de Advocat. Monast.* §. 13. *sqq. add.* MAGER. *c.* XI. *n.* 60.

dem vertebant, quosque debebant tueri, per summum facinus opprimebant lacerabantque. Nec de alio quam defensione testantur antiquissima Concilia: MILLEVITANUM sic habet: *Placuit etiam ut petatur a gloriosissimis Imperatoribus, quo jubeant Judicibus dari petitos sibi defensores Scholasticos, qui in actu sint vel in officio defensionum causarum Ecclesiasticarum more Sacerdotum, ut Provinciæ iidem ipsi, qui defensionem Ecclesiarum susceperint, habeant facultatem pro negotiis Ecclesiarum, quoties necessitas flagitaverit vel ad obsistendum callide decipientibus vel obrepentibus vel ad necessaria suggerenda ingredi Judicum Secretaria. Carthaginense* quintum ait: *Ab Imperatoribus universis visum est postulandum propter afflictionem pauperum, quorum molestiis sine intermissione fatigatur Ecclesia, ut defensores eis adversus potentias divitum cum provisione Episcoporum delegentur.*

§. XXVII.

Quotquot Imperii Recessus de Advocatia Imperatoris loquuntur ampliores ei, quàm defensionis & Protectionis terminos non assignant: id ostendunt Recessus Trevirensis & Coloniensis de 1512. T. 1. §. 4. ubi MAXIMILIANUS I. ait. Das wir als rechter Vogt und Schirm-Herr der Christlichen Kirchen ꝛc. *Recessus Wormatiensis* de 1518. §. Erstlich. ubi Imperator der gantzen Christenheit Schutz- und Schirm-Herr nominatur. *Recessus Spirensis* de 1529. §. 1. Ihro Kayserliche Majestät als der Oberst Haupt und Vogt der Christenheit. *Recessus Augustanus* de 1530. §. auf solch. 9. & seq. wie uns als Römischen Christlichen Kayser Oberstem Vogt und Schirm-Herr der heiligen Christl. Kirchen von Ambts wegen gebühret. *Recessus Spirensis* de 1541. §. 19. uns als Advocaten und Beschirmer der Christlichen Kirchen. *Recessus Augustanus* de 1548. §. 6.

§. XXVIII.

Capitulationes CAROLI V, qua antiquiorem non habemus, FERDINANDI I. MAXIMILIANI II. RUDOLPHI II. MATHIÆ, FERDINANDI II. III. IV. LEOPOLDI, JOSEPHI, CAROLI VI. Advocatiam Imperatoris notant, quod etiam Capitulationi perpetuæ (*a*) insertum legitur. In actu inaugurationis ad morem jam circa Constantinopolitanos Cæsares Teste FREHERO (*b*) solertissimo antiquitatum indagatore, usitatum & ad hæc usque tempora continuatum ad tutelam & defensionem Ecclesiæ Imperator Juramenti vinculo adstringitur: Dum interrogat consecrator: *Num Rex fidem Catholicam*

(*a*) Art. I. Der erwählte Römische König und Kayser soll und will die Christenheit, den Stuhl zu Rom, Päbstliche Heiligkeit, und Christliche Kirch als derselben Advocat in gutem treulichen Schutz halten ꝛc.

(*b*) Ad PETR. de ANDLO *de Imp. Rom.*

tholicam & Apostolicam conservare, Sanctis Ecclesiis Ecclesiarumque Ministris fidelis esse tutor ac defensor, Regnum secundum justitiam regere, & defendere, Iura Regni & Imperii bona conservare, & recuperare, pauperes, viduas & orphanos defendere, Papæ & Sanctæ Ecclesiæ debitam fidem reverenter exhibere velit? accepta Coronâ Imperator ulteriori Iuramento se profitetur Advocatum Ecclesiæ, sed nuspiam aliud, quàm Protectionis & defensionis munus occurrit, aut amplius quid eidem vel verbo consignatur.

§. XXIX.

SCHWEDERUS (a) quidem asserit, hodie abrogatum esse Juramentum super defensione Pontifici & Romanæ Ecclesiæ impertienda: qua autem fronte id sustineat, non animadverto: liceat eum ex ore assectarum recentissimorum judicare: VITRIARIUS (b) testatur de hac formula: *Profiteor & promitto coram Deo & Angelis ejus, leges servare, justitiam facere, jura regni conservare, debitumque honorem Romano aliisque Pontificibus exhibere, donata Ecclesiis conservare &c.* similem formulam refert PFEFFINGER. ad VITRIAR. (c) & saltem quod *de debita Pontifici subjectione* insertum aliàs erat Jurament hodie omitti, atque in Coronatione Josephi omissum esse, testatur, his addatur, quod Actum à CAROLO VI., teste DIARIO, Coronationis (d) hac ratione Juramentum præstante: Ich gelobe und verspreche vor GOtt und seinen Engelen, daß ich jetzt und hinführo das Gesetz und die Gerechtigkeit, auch den Frieden der heil. Kirchen GOttes will halten, und Hand haben, auch dem Volck, so mir unterworffen ist, will nutz seyn und ihme die Gerechtigkeit verschaffen und mittheilen, daß ich des Reichs Recht mit gebührender Betrachtung Göttlicher Barmhertzigkeit, will erhalten, wie ich solches mit Rath derer Fürsten auch des Reichs, und meiner Getreuen am besten erfinden kan, ich will auch den **Allerheiligsten Römischen Bischoff, und der Römischen Kirchen, auch denen anderen Bischöffen, und Dieneren GOttes gebührende Geistliche Ehr erzeigen, und diese Dinge, welche von Kayseren und Königen der Kirchen und den Geistlichen Männeren gesammlet und gegeben seynd, will ich ihnen ungeschwächt erhalten und erhalten zu werden verschaffen, auch denen Prälaten, Ständen und Lehn-Leuten des Reichs gebührende Ehr tragen und beweisen.**

(a) *Intr. in J. P. Part. Spec. S.* 1. *C.* 2. §. 37.

(b) *Instit. Jur. Publ. Lib.* 1. *T.* 8. *§.* 2.

(c) *Ibid. lit. q. & r.*

(d) *P.* 43.

weisen. So viel mir unser HErr JEsus Christus Hülff, Stärck und Gnad verleyhet. Nemo non videt impudentissimum SCHWEDERI mendacium. Videtur id eò collimare, ut similia Juramenta, quibus Advocatiæ conceptus, omniáque ejus ambitu comprehensa apertissimè contra sinistras interpretationes exhibentur, in eorum saltem, qui notitia Juris Publici non tam ex actis Imperii & genuinis fontibus, sed compendiis hausta contenti sunt, ejusmodi scripta percurrentium memoria oblitterentur: pudori quoque est Protestantibus, quod contra ejusmodi Juramenta de donatis Ecclesiæ conservandis ac Secularisanda tot bona Ecclesiastica Imperatorem Pace Westphalica adegerint.

§. XXX.

Si igitur ultra administrationis, Protectionis & defensionis rebus Ecclesiasticis impendendæ munus, quod utique in quavis republica penes Majestatem est, ceu colligitur ex §. 19. & hoc sensu Majestaticum appellari potest, aliquod Advocatiæ transcribatur, illud non est, nisi ingenii abortus: non diffiteor tamen, occasione Juris Advocatiæ insignes subinde accessiones factas esse Seculari Potestati, dum illud insolente interpretatione ampliabat, vel eò plane abutebatur, Temporum injuriâ favente, aut via facti obstetricante, atque Ecclesiæ in angustias redactæ non valebant contraniti & Pontifices connivere necessum habebant.

§. XXXI.

Non raro etiam seculares, dum ultra administrationem bonorum Ecclesiasticorum, Protectionem & defensionem sibi aliquid sumunt, Jure niti in confesso est: non tamen id ex Advocatiâ derivandum: siquidem in fundatione, dotatione aut peculiaribus pactis sibi multa reservârunt, aut per observantiam obtinuerunt: Regionum Dominos in Monasteriis à se noviter conditis sibi suisque successoribus Advocatias reservare, solitos fuisse, compluribus exemplis probatum dedit MAGERUS (a) & LEHMANN. (b) testatur: Daß in folgenden Zeiten bey der Sächsischen Kayser Regierung ein ander Brauch eingerissen, wann Fürsten, Grafen und Herrn ihre eigene Länder und Güther zu der Kirchen gestifft, daß sie ihnen und ihren Erben die Gerechtigkeit der Vogtey, das ist, der Weltlichen Regierung darinne vorbehalten, daher geschehen, daß nicht allein König und Kayser, sondern auch andere Herrn die Advocatias bestellt und verwaltet. Abhinc etiam Regionum Domini de Advocatiis Monasteriorum, Stifftern, Clöstern, Vogteyen investiri solebant. Prout

(a) *Cap. 9. n. 443. sq. 449. sq.*

(b) *Lib. 2. Chron. Spir. c. 36.*

Prout videre eſt apud HERT (c) ubi varia eam in rem Diplomata adducuntur. Per peculiarem reſervationem fundatione factam in eligendis, conſtituendis, deponendisque Abbatibus ac Prælatis non minimas partes Advocatis fuiſſe, docet elegans Diploma fundationis Cænobii Wengenſis Ordinis & Inſtituti Regularium Canonicorum Sancti Auguſtini, quod 1183. à Witigoweo Comite de Albeck fundatum. Tenor Diplomatis occurrit apud MAGER. (d)

§. XXXII.

Pactis Jura peculiaria Advocatis conſtitui, ſufficientiſſimo nobis eſt Argumento Transactio inter Chomberg & Limburg de 1568. vi cujus circa ſubditos Monaſterii Chombergenſis ejus Protector & Advocatus Baro de Limburg Jus ſequelæ fuit conſecutus. Monaſterium Brumbach Comitibus Wertheimenſibus Protectoribus & Advocatis, Monaſterium Schönthal Protectori & Advocato ſuo *Electori Moguntino* ſolvere collectas, mihi aliquoties relatum eſt, idque apud plura alia Cœnobia paſſim fieri, non adeo ignotum: ſed hæc non tam Advocatia, quàm aliis fundamentis & obſervantia potiſſimùm niti, multis exponere foret omninò ſupervacaneum. Jus placiti, quod vocant, ut ne liceat ulla Romani Pontificis Mandata, Bullas aut gratias Apoſtolicas publicare, non datâ prius à Domino Regionis Licentiâ, nihil cum Jure Advocatiæ habet commune, licet illud Majeſtaticum compellaveris; nimium excreſceret hæc pars diſſertationis, ſi ſingula, quæ STRUVIO referente videntur ex Jure Advocatiæ deducenda, percurrerem, & propria eorum principia demonſtrarem.

§. XXXIII.

Ne tamen videar gratis adſtruere voluiſſe, Politicæ Poteſtati Jus Secularifandi non competere, teſtimonio utor Sacrarum Literarum, & quidem LEVI. *VII.* ℣. *25.* *XXVII.* ℣. *28.* ubi Deus ſeveriſſime in eos animadvertendum ſtatuit qui bona cultui divino aut Eccleſiaſtico conſecrata diripere, aut profanare præſumpſerint. JOSUE *VII.* ℣. *1.* DANI. *V.* ℣. *3. 23, & ſqq.* ubi Deus uſurpatoribus rerum Eccleſiaſticarum iratus eſt, & graviſſimas pœnas immiſit. adde ACT. *V.* ℣. *3.* his accedunt antiquiſſima Concilia: ANCYRANUM *Can. 15.* CARTHAG. *VI. Cap. 32.* AUREL. *III. Cap. 12.* SYNOD. ROM. *III. Cap. 4.* CONCIL. TOLETA *IX. Cap. 1.* quæ frequentia fulmina vibrabant in eos, qui bona Eccleſiaſtica attentant. Calculum ſuum adjiciunt Antiqui Patres JOANNES ELEEMOSYNARIUS, PATRIARCHA ALEXANDRINUS, JUSTINUS, TERTULLIANUS, AMBROSIUS, HIERONYMUS, ISIDORUS PELUSIOTA, GREGO-

(c) *De Superiorit.* §. 11.

(d) *C.* 11. *n.* 11.

RIUS THAUMATURGUS, & maledictum pronuntiant Magistratum Politicum, qui bona Ecclesiæ convertit in usus profanos.

§. XXXIV.

Sed quorsum Patrum auctoritatem adduco, contra quos jam tulit Sententiam THOMASIUS (a) ubi scribit, eosdem insignium errorum & ignorantiæ fœcunda edidisse specimina, idque quo mitiùs loquatur, non quidem neglectui Patrum, qui aliàs ipsi quoque optimi & de propagandâ vera pietate maximè erant solliciti, sed vitio seculi adscribendum, quod viverent iis temporibus, quibus barbaries jam invaserat Imperium, & Studia moralia ac Politica tantum non exulabant. Non is sum, & vix erit alius Catholicorum, qui Patribus infallibilem aut decisivam tribuat potestatem, interim eorum vel unico hoc nomine auctoritatem Thomasianæ centies anteferendam, nemo hucusque dubitavit, quod in ipsis primis Seculis, aut iis saltem proximiores, nec mancipati affectibus vixerint, & nos de Doctrina ac usu primitivæ Ecclesiæ incorrupto testimonio optimè possint erudire: cui dubium superest, adeat Historiam Jur. Natur. BUDDEI, qui PP. causam contra criminationes, quales illæ THOMASII erant, benè defendit. Atque huic rei sua jam constabit veritas. Sive THOMASIUS tueatur Sententiam, florentissimum Ecclesiæ statum per quinque priora Secula fuisse, & his demum præterlapsis corruptionem Aulæ Romanæ Ecclesias afflixisse, ut hæc est multorum Protestantium opinio, sive sibi ipsi iratus, quod se à divulgata illa & acriter defensa opinione seduci, olim passus fuerit, quatuor, tria aut duo puræ Ecclesiæ Secula credat esse numeranda. Illud in THOMASIO cæterisque, qui ejusdem sunt Sodalitii, licet deprehendere, quod Aristarchi sint in Sanctorum Patrum scriptis, omnes latebras excutiant, & si quæ verba pro sua Doctrina vel speciem habere putent, Studiosissimè colligant, de iis mirificè exultent, exaltêntque Patris, cujus verba torquent authoritatem. Sunt contra potiores numero, qui Sanctos Patres, sicubi sibi adversantur, conviciis onerant, aut saltem aspernanter habent, comiter tum solum, quando eorum vitulo quanquam invito in suo fundo arare volunt. (b)

§. XXXV.

Stabilitis hucusque, suffragium quoque ferunt Romanorum Imperatorum constitutiones in Codice & Novellis, Francorum Regum, in Capitularibus

(a) *Diss. de bon. Secul. nat.* §. 3.

(b) Add. de HERZ. *Hist. Civ. Lib.* 2. *Cap.* 4. *obs.* 5. §. 40.

bus CAROLI M. & filiorum (a) passim obviæ: testaturque THOMASSIN. (b) jamdum PIPINUM sensisse, bona fide non potuisse à CAROLO MARTELLO occupari res Ecclesiæ citra consensum Episcopi & easdem restitutas ex aliqua parte à PIPINO, nec cæteras retentas esse, nisi annuentibus Episcopis. Donec consopitis bellis Civilibus omnia redintegrarentur. Nec desunt ordinationes Imperii Romano-Germanici, queis improbatur, bona Ecclesiastica in profanos usus convertere, ceu apparet ex R. J. Augustano de 1530. §. etliche haben Clöster ibid. zu ihrem eigen Nutzen oder in andere Weege, unordentlicher Maß ihres Gefallens gewendet, und dieselbe nicht weiters wieder ihre Fundation verliehen oder anderen zu verleihen gestattet. *Recessu Spirensi* de 1544. §. und damit ibid. ihrer Güther nicht entsetzet werden sollen.

§. XXXVI.

Quin tamen, quod hactenus in convulsis rationibus de prohibita secularisatione & Jure secularisandi penes Magistratum Politicum non residente in medium protuli, pro ratione circumstantiarum id efflagitantium atque necessitate urgente immutari, túncque secularibus quoad bona Ecclesiastica aliquid potestatis valeat superesse, non magnopere ambigendum. Cum enim quodlibet reipublicæ membrum, non habita differentia, Ecclesiasticum sit, an seculare, vitam suam Ecclesiæ & Reipublicæ necessitatibus teneatur impendere, id à potiori erit adstruendum de quibuscunque secularium aut Ecclesiasticorum fortunis, cùmque semper uti ante, ita post fundationem reipublicæ manserint sua Jura, adeóque etiam summum Dominium in quorumcunque de republica personas & bona, quatenus ea publica salus exposcit, eoquod fundatores neque potuerint neque voluerint fundando beneficia eripere reipubl. Jus suum, sed bonorum à se fundatorum usumfructum dederint in salutem reipublicæ & Ecclesiæ, Administratio & Jus reipublicæ, Ecclesiæ ac bonorum Ecclesiasticorum exigente necessitate in Imperio nostro erit penes Cæsarem, ejusque dispositionem Clerici quoque sequi tenebuntur, si observare velint illud: date Cæsari: quæ sunt Cæsaris, maximè cum aliàs etiam Cæsar & quicunque Princeps Secularis constitutiones merè positivas Ecclesiasticas, quales sunt de prohibita Secularisatione bonorum Ecclesiasticorum, circa ea, quæ incurrunt in materiam temporalem, licet in illis decentia aliqua aut congruentia ad finem spiritualem occurrat, recipere aut observare non teneatur, si ejusmodi constitutiones in grave detrimentum finis temporalis vergant, & ad obtinendum finem spiritualem Beatitudinis æternæ non sint necessariæ: quod Deus ad utrumque finem

(a) *Lib.* 1. 2. 5. 7.
(b) *Vet. & Nov. Eccles. Discipl. P.* 3. *L.* 1. *c.* 8.

finem ita homines dirigi voluerit per diversas potestates, ut neutra in alterius materiam involare debeat aut eidem esse impedimento. (a)

§. XXXVII.

Nec exemplis ea res destituitur, quæ ferè ex omni ævo depromi possunt. Sic DAVID *I. Reg. 21. v. 3. sqq.* fame ac necessitate compulsus panes propositionis comedit, quibus nonnisi Sacerdotibus cæteroquin vesci fas erat. *Lev. XXIV. v. 9.* quod Christus ipse comprobavit. *Matth. 12. v. 3. 4. Luc. 6. v. 3. 4.* ASA Religiosissimus Hebræorum Rex necessitate obsessus omne aurum & argentum ex thesauris Domini impendit, ut aliorum auxilio ad propulsandum imminens periculum potiretur. *III. Regum 15. v. 18. 19.* REX JOAS *qui rectum fecit Domino cunctis diebus Jojada Sacerdotis*, HAZAELI REGI Syriæ bellum contra Jerusalem paranti misit omnes templi thesauros. *IV. Reg. 12. v. 2. 17. 18.* EZECHIAS omne argentum & aurum ad templi usus destinatum Pacis obtinendæ causâ Assyriorum Regi tradidit. *IV. Reg. 18. v. 14. sqq.* Alia monumenta antiqua & exempla præprimis Pontificum res Sacras & Ecclesiasticas ad usus profanos transferentium jam non memoro (b) & ad ea quæ in Imperio nostro aut alibi novissimis temporibus gesta sunt, convertor.

§. XXXVIII.

Documenta apud PFEFFINGER (c) occurrentia ostendunt ex reditibus Abbatiæ Urspergensis jussu IMPERATORIS FRIDERICI annuam pensionem exsolutam, postea verò à PHILIPPO IMPERATORE eandem Abbatiam fuisse oppignoratam: à FRIDERICO II. duo Monasteria Civitatis Ratisbonensis & Præposituram Oringensem permutatam: Abbatiam Campidunensem à CONRADO II. pro servitiis militaribus feudi lege concessam, & à MAXIMIL. I. Monasterium Mansee fuisse divenditum. Et quod omnino liceat, bona Ecclesiastica reipublicæ necessitatibus impendere, Imperium publicis constitutionibus declarare non dubitavit, ceu patet ex *Recess. Spir.* de 1542. & de 1544. Quod in Bohemiâ cum Hussitis & à Rege Catholico cum Batavis ratione bonorum Ecclesiasticorum factum passim Historiæ perhibent. Nec adeo ignotum qua

(a) Conf. BUCKISCH *ad Ins. Pac. art. 5. observ.* 41. NEUMANN de PUCHHOLZ ad SCHWED. *Introd. in Jus Pub. Part. Spec. Sect.* 1. *c.* 5. §. 14. *sq.*

(b) Vid. *apud* MAURIT. *de Secularisa. bonorum Eccles. cap.* 7. §. 1. 2. & CONRING. *animad. ad Bullam* INNOC. X. exemplis tamen apud hos occurrentibus non semper omnimoda fides adhibenda, quia frequenter livore plena.

(c) *Ad* VITRIARII *Inst. Jur. Publ. Lib.* 3. *t.* 2. §. 101.

qua ratione hominum memoria integras Monasteriorum fundationes Germaniæ fortalitia absumpserint.

§. XXXIX.

De eo non leve dubium occurrit, an, si urgente necessitate, Magistratus Politicus ad bona Ecclesiastica oppignoranda, permutanda, distrahenda aut alia via seculo addicenda procedat, Potestatis Ecclesiasticæ, cui administrationem & dispositionem in bonis Ecclesiasticis asserui, nullæ omnino sint partes? satis id expeditum deprehendimus per Concilium Lateranense III. ubi ordinatum: quod ex necessitate Ecclesia teneatur conferre, sed deliberet Episcopus cum Clero, an suadeat utilitas, an jubeat necessitas de rebus Ecclesiæ conferre aliquid in publicos usus, eamque esse praxin novissimorum temporum sufficienter colligimus ex Recessu Imperii Augustano de 1530. §. nach dem Churfürsten ꝛc. ubi Clemens Pontifex Imperatori ad expeditionem Belli Turcici rerum Ecclesiasticarum mobilium & immobilium alienationem per bullas quasdam concessit: Der Kirchen Kleinodien, auch etliche Theil der Geistlichen unbeweglichen Güter im heiligen Reich zu Widerstand des Türcken zu verkauffen ꝛc. qua in re variè impingi potest, & à Magistratu Politico, si Ecclesiasticam Auctoritatem temerè negligat, atque Ecclesiæ Præsules è possessione tot sæculorum penitùs dejicere præsumat, aut ingruente necessitate, ubi alia adhuc subsidia præsto sunt, mox Ecclesiæ thesauros involare cupiat: & ab Ecclesiasticis, si continuo pernegent, casum tantæ necessitatis evenisse, quo ipsi, & Ecclesiæ bona teneantur ferre suppetias, sed has eousque differant, donec respublica magis magisque periclitetur, & ab omnimoda ruina parum absit: cum illi solummodo Principes, qui vires suas, & Adversariorum nôrunt, necessitatem metiri, & ex veriori discernere possint, an, quid, & quantum tempori & tempestati cedendum sit, ne tota Religionis & reipublicæ salus dispereat, necessitatis armorumque Judicium ad Imperatorem, & Principes potissimum spectabit, dummodo si arma movenda, si Pacem ineundam statuant, id bona fide præstent.

§. XL.

Equidem, si status rerum secundum omnes suas circumstantias Pontifici genuinè fuerit exhibitus, sperandum aut præsumendum non est, ipsum dissensurum, quia vel maximè consentit in eo, quod liceat, imo deceat alienare bona Ecclesiastica in casu necessitatis exigente cum primis id salute & conservatione Religionis & Ecclesiæ; tantum vero in eo forte subversatur ejus dissensus, quasi tam urgens necessitas nondum adsit, ut quidem contenditur: si tamen revera Pontifex contrarius foret, tutò etiam citra ejus consensum, & ulteriores amba-

ges ad ſecularifationem poſſet procedi, ſiquidem Pontifex tenetur probare id, quod in ſe rectum, pium, juſtum, & Eccleſiæ apprimè utile, aut neceſſarium; nec Cæſar ad obſervanda juſſa Pontificis, ſi bono communi adverſa, adſtrictus eſt, quia ceſſante tum omni lege poſitivâ ſolum ſubintrat jus naturæ, quod Cæſari, aut cuivis alteri, qui Reipublicæ cum Imperio præeſt, ante oculos habendum: (a) idque limites Politici Magiſtratus nequaquam excedit, cum eâ ratione ſibi non ſumat poteſtatem, & auctoritatem de fidei, Religionis & diſciplinæ Eccleſiaſticæ quæſtionibus dogmatice quidquam definiendi, & decernendi, hoc enim ſibi non licere optimè novit: ſed tantam neceſſitatem adeſſe declaret, ut bonorum Eccleſiaſticorum impendio ſit redimenda ſalus publica. Inde etiam nec in Pace Religioſa, nec Weſtphalica de veritate Religionis Proteſtanticæ actum, nec bonorum Eccleſiaſticorum in uſus profanos converſio comprobata, ſed cum illa non amplius eliminari, & his repetitis Pax non potuerit obtineri, Cæſar cum ſtatibus Catholicis decernebat, illam eſſe tolerandam, hæc verò in Proteſtantium manibus relinquenda.

§. XLI.

Supereſt, ut ad illud accedam, in quo propoſitæ diſquiſitionis cardo vertitur, & diſpiciam, an bona Eccleſiaſtica, quorum nomine veniunt Archi-Epiſcopatus, Epiſcopatus, Prælaturæ, Abbatiæ, Baliviæ, Præpoſituræ, Commendæ liberæque fundationes ſeculares, Monaſteria, bona Monaſteriorum, Eccleſiis, Capellis, Altaribus & Miniſtris Deſtinata, Ordinum Militarium reditus, Præbendarum & Anniverſariorum lucra, Scholæ, Hoſpitalia, ac ſimilia (b) ſi ſecularifata, & anno normali ab Acatholicis poſſeſſa fuerint, dehinc verò mediante ſucceſſione, aut alienatione interveniente, in Catholicum transferantur, vel præſens Poſſeſſor ad Sacra Catholica tranſeat, priſtino Sacróque uſui ac poſſeſſioni, quam, antequam ſeculo addicerentur, habuerunt, reddenda, adeo, ut Jure, Judicióque poſſeſſor ad id valeat compelli? quidve generatim circa ejusmodi bona Juris obtineat? Revocationem ſubinde coloribus ſpecioſis non minus, quàm piis tentatam fuiſſe, compertum habetur: meam eâ de re mentem, antequam aperiam, aut ſtatuam, quo ſimiles conatus Jure nitantur?

§. XLII.

Illud præprimis monendum duco, multis ob præconceptas quasdam opiniones de bonis Eccleſiaſticis & Secularifatis adeò caligare oculos, ut, quid ipſi

(a) JOAN. CARAMUEL. à LOBKOWIZ *Pax Imp. licit. demonſtrat. Concl.* 13. *ſqq.*

(b) *Inſtr. Pac. art.* 5. §. 14. & 25.

ipsi statuant, aut rejiciant, quid Secularibus accensendum, aut Ecclesiasticis, ipsimet cum ignorantissimis ignorent, & inanibus tamen clamoribus aliorum aures obtundant. Confusionis atque difficultatum indè manantium ratio illuc redit, quod ea multos capiat persuasio, bona, quæ ab Ecclesiasticis tenentur, esse Ecclesiastica: cumque ea persuasio in multorum animis tam altas egerit radices, ut nulla ratione possit evelli, frequentissimè super hujus generis bonis inanes suscitari lites, necesse est, momenta contra falsitatem illius persuasionis potissimum ex fundamentis Historicis, quæ infucatum nunquam non testimonium de rei veritate præbent, & ipsis rerum Argumentis depromo. Satis constat Archi-Episcopatu, Episcopatu &c. denotari vel ipsum officium Sacrum, vel Jura & bona huic officio cohærentia: Priorem significatum in præsens non moror: in posteriori adductæ species denotant Universitatem rerum & Jurium, quæ Archi-Episcopatui, Episcopatui, aliisque Prælaturis tanquam patrimonium Ecclesiæ per universam Diœcesin attributa est. In hac universitate, sive complexu rerum & jurium continentur ipsum territorium cum universa superioritate territoriali, & omnibus, inde dependentibus juribus Secularibus, speciales dignitates sæculares territorio cohærentes, ut Electoratus, Ducatus, Comitatus, &c. quorum titulis etiam possessores præfulgent, Jus voti & Sessionis in Comitiis, bona particularia Ecclesiastica, quæ olim necessariæ Prælatorum sustentationi destinata. (a)

§. XLIII.

Ex his vivebant Prælati, nec Secularem dignitatem aut superioritatem territorialem affectabant, suâ sorte contenti: à Ducibus distinguebantur, quòd rem divinam facerent, & Ecclesiæ curam gererent; Duces verò rei militari præessent, & domi supremam Jurisdictionem cum Jure gladii per Provincias administrarent, & reipublicæ Præfecturam gererent. Paulatim Cæsares quædam regalia iis concesserunt, & tandem potestas territorialis, quam hodie tenent, emersit. Fidem facit LEIBNITIUS. (b) rei seriem hisce verbis enarrans: *Duces & rei militari praerant, & domi supremam jurisdictionem cum Iure gladii per Provinciam administrabant. Hoc Episcopi Iudicibus Regiis h. e. Ducibus, Comitibusque etiam in suis propriis territoriis olim relinquebant, donec ipsi Episcopi tandem Ducatus, Comitatusque inter alia regalia accepere, atque ex eo per Vice-Dominos suos jurisdictionem & merum Imperium exercuerunt. Et credibile est exemplum* BRUNONIS *viri ob mores scientiamque laudatissimi, plurimum potuisse, ut nec vererentur dare Principes, nec accipere Prælati, quod tantus vir habuisset. Quidam*

 longius

(a) BÖHMER. *Jur. Eccles. Lib.* 3. *t.* 5. §. 124.

(b) *T.* 1. *Script. Brunsuic.* adde STRUV. Reichs-Historie c. 12. §. 29.

longius justo provecti, omnem Episcopis & Abbatibus sub Carolinis Regibus potestatem negant, tanquam primus omnium OTTO M. *eam contulerit, sed Ecclesiæ dudum prædia amplissima allodii Iure, & in illis Vasallos habebant, quibus terras in beneficium dederant, aut à quibus Dominium directum reddito utili acceperant, quod feudum oblatum vocamus. Aliquot etiam Rusticorum sive Colonorum millia aliquando sub sua ditione habebant, quos coërcere potuisse mixti Imperii, Iure non dubito, sed jurisdictionem in liberos homines, aut merum Imperium in quoscunque habuisse, non apparet, donec ipsi Comitatus, Ducatusque, aut æquivalentem eis potestatem in suâ quisque ditione accêpere. Hoc primus forte in Occidente Episcopus Romanus obtinuit* PIPINI & CAROLI M. *liberalitate. Ducis etiam jus Herbipolensi in Franciâ Orientali Antistiti antiquitus fuit, ait* ADAMUS BREMENSIS, *& Wormatiam Ducis potestati exemtam Episcopoque attributam, narrat* DITMARUS. *Brunonem autem in Germaniâ cæteris viam aperuisse, notavit Chronicon Germanicum: Wic Willagini Magdeburgicæ (quæ speculi Saxonici partem facit) præmissum his verbis:* An demselben begunten die Bischöff Weltliche Gerichte zu haben, und zu richten: und daß fing erstlich an sein (des Kaysers) Bruder BRUNO zu Cölln, und Bischoff GISELER zu Magdeburg, befahl Kayser OTTO, das Hertzogthum an der Elbe zu *Schartau; sed vereor, ut verum sit, quod de Ducatu ad Albim Giselero Magdeburgensi Episcopo ab* OTTONE M. *concessum refert. De* BRUNONE *plurimi consentiunt, sed Epicrisin addit Chronicon apud Gryphiandrum de Weichbildis c. 38.* da begunten zu erst die Bischöffe Weltliche richte zu haben, daß dauchte damahls unbillig manchem Manne.

§. XLIV.

Multum tamen abest, hanc secularem potestatem cum universo territoriali Jure & inde pendentibus prærogativis proprie ad bona Ecclesiastica pertinere, quia, Archi-Episcopi, Episcopi, cæterique Prælati intuitu ejus Cæsari & Imperio subsunt, ab illo de territoriis, quibus cohæret, investiuntur, (*a*) eique ad fidelitatem solenni juramento adstringuntur: ceu probant Litteræ investiturarum nomine territoriorum passim memoriæ proditæ, & formula Juramenti, fidelitatis Archi-Episcoporum, Episcoporum, &c. (*b*) suprema Imperii tribunalia agnoscunt, & subditi respectu causarum civilium ad ea, non ad curiam Romanam, per viam appellationis recurrunt, quod minime permitteret curia Romana, si territoria ista essent Ecclesiastica, cum sat habeat virium, & animi ad Jura sua tuenda. Nec acquievisset, dum P. W. in Galliam suæ Jurisdictioni in Ecclesiasticis subjectam Episcopatus Metensis, Tullensis, &

(*a*) Con. JOAN. CARAMUEL à LOBKOWIZ *Pax R. J. licita demonstrata.*

(*b*) Vid. STRYK. *Exam. Jur. Feud. in Appendice.*

& Verdunenfis fuerunt citra ejus auctoritatem translati. Manifeftum igitur eft, quod Archi-Epifcopi &c. duplicem fuftineant perfonam, PRÆLATI, & PRINCIPIS & hoc fub diverfo refpectu etiam bona & Jura poffideant, illo quidem bona menfæ Archi-Epifcopali ex penu Ecclefiæ deftinata, hoc vero reditus territorii olim Ducibus Comitibusque affignatos: Ideoque Archi-Epifcopatus, Epifcopatus, aliæque Prælaturæ fine manifefto rei Germanicæ detrimento Pontificis poteftati tanquam bona Ecclefiaftica fubjici non poffint, cur tamen nihilominus paffim etiam in Legibus Publicis Imperii veniant nomine bonorum Ecclefiafticorum, tradit BÖHMER (c)

§. XLV.

Ad bona Ecclefiaftica pariter referenda non funt illa, quæ Monafteria & Ecclefiæ tenent Civium inftar, hæc enim, fi propter poffefforem effent Ecclefiaftica, per confequens mox evaderent oneribus exempta, ac penitùs Jurisdictioni Ecclefiafticæ fubjecta, perfonali non minùs, quàm reali præftatione fubtracta; peffimè confultum iretur Principibus in iis Regionibus, ubi frequentantur Monafteriorum acquifitiones, neque etiam hoc ipfis Ecclefiafticis propofitum, quia ab initio faltem ea habent fub nomine fecularium, & hoc intuitu omnibus oneribus confuetis fe fe fubjiciunt, quamvis multi progreffu temporis omne onus fubditorum humeris imponere, atque intuitu ejusmodi bonorum exemptionem machinari intendant, dum in officioa dminiftrationis fucceffores non habent notitiam de bonorum qualitate, nec etiam de eâ acquirenda adeo follicìti, interim fat fcilicet piè ac tutò credunt, bona effe Ecclefiaftica, ideoque immunia ab oneribus, cum videatur impium à caufis piis (quo numero Monafteria) aliquid exigere, & eorum bona cenfere fecularia, & hac fua opinione non difcuffa, fiquid exigatur, id fuppeditato ab oforibus Monafteriorum Confilio fieri, nonnulli perfuafiffimum habent, ipfi veritatis & Juftitiæ ofores perniciofiffimi, fique lites defuper motæ finem fortiantur minus exoptatum, ut decet, nifi tandem in fimilibus caufis tramitem Juftitiæ deferendum effe, ftatuamus, quod eft infolens nonnullorum, & eorum præprimis poftulatum, fi non verbis, certè re ipfa ufitatiffimum, qui inordinato zelo caufas pias ampliare, & fpuriis privilegiis donare ftudent, odium plusquam Vatinianum erga Ecclefiafticos ingeminari, fulmina contra Judices, partemque Victricem provocari, & fi iis humanitus quid ex caufis planè naturalibus acciderit, id divinam vindictam interpretatione planè arrogante, atque tanta fiducia audias compellari, quafi Domino Deo à Confiliis fuiffent fecretioribus: Hæc ad limites bonorum Ecclefiafticorum, & fecularium defignandos, & obtinendam de iis exactam ideam neceffariò erant monenda.

(c) *Jur. Eccleſ. Lib.* 3. *t.* 5. §. 127.

§. XLVI.

De eo ſat rerum, vel parum peritis conſtare arbitror, in materiæ præſentis diſcuſſione Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ potiſſimum ob oculos habendum: quamvis enim illud nobis nunquam obtigiſſe, ſed potius bellum tricennale aliâ viâ terminatum fuiſſe, Catholici in votis habeamus, poſtquam tamen tranquillitati in Germaniâ reſtaurandæ viſum eſt remedium unicè neceſſarium, & in Conſtitutionibus Imperii, quæ lucem deinceps aſpexerunt, repetitum eſt, & confirmatum, in controverſiis ſuper materiâ Religionis, & bonis Eccleſiaſticis Proteſtantes inter & Catholicos oriundis tanquam norma inſervire, & tenor, verúsque illius ſenſus Sanctè cuſtodiri debet, ubi id non eſt diſſimulandum, ſubindè imperito Religionis zelo, aut præpoſtero tuendæ Pacis Weſtphalicæ amore ab utrâque parte limites tranſiliri, ut, edictis Cæſareis eam ad officium revocare multoties, neceſſe fuerit. *V. Declara:* LEOPOLDI de 1688. & *edictum* CAROLI VI. de 1715. (*a*) Id quoque abuſus eſt nequaquam tolerandus Proteſtantibus maximè ſolennis, colore vanè quæſito violationem P. W. inclamare, eóque nomine tot gravamina ferè quotidie ad Comitia deducere, ut ſi omnia trutinanda aſſumerentur, huic unicè negotio neglectis omnibus reliquis tempus eſſet deſtinandum. Inter abuſus & illud referendum eſt, ſi Proteſtantes qui contra Inſtrumentum Pacis ſe gravari putant, Potentiorum opem implorant, quo, dum alii quidem contra eorum mentem non terrentur, id ſaltem conſequi palam eſt, quod ſubditorum animi exulcerentur, & Dominis ſuis territorialibus magis efficiantur refractarii, tumultibus & bellis inteſtinis anſa promptiſſima contra publicam Pacem ſuppeditetur. Habent ſubditi, ſi lædantur, ſuprema Imperii tribunalia, ad ea tanquam aſyla litigantium tutiſſima ſciunt confugiendum, ſi ſtatus male metuant de juſtitia ibidem debite adminiſtranda, legibus proſpiciendum & earum vigor conſervandus, ut nec à Potentioribus valeat labefactari, aut tandem Judicia, ſi ea ad normam legum fundamentalium conſervari nolint, ſubvertenda, & Jus manuarium revocandum.

§. XLVII.

Juſtitiam Pacis Weſtphalicæ, ſuper qua maximè fundari adſtruo præſentis rei Deciſionem, à nonnullis adhuc vocari in dubium, animadverto: ſed immolari poſſe bona Eccleſiaſtica ſaluti publicæ, per ea, quæ in præcedentibus deduxi, ſatis manifeſtum, & in expedito eſt, atque in eo ſaltem nonnullos hærere opinor, an ad bona Eccleſiaſtica ſeculariſanda ſufficiens tum temporis adfuerit neceſſitas? de hoc verò, qui dubitatis, cogitate, ſi bello permatur, aut ſterilitate Provincia vel unico anno, quanta confeſtim rerum omnium caritas, &

(*a*) in FABRI Staats-Canzley *T. XXVI. p.* 728. *Elect. J. P. T. VIII. p.* 81. *ſqq.*

ıbique miſeria, quantum avaritia promoveatur eorum, qui diu, noctuque ucendæ caritati, & devorandæ plebi invigilant: Conferte tricennale bellum, auſtas Provincias, debilitatum rerum gerendarum nervum, ſubditos belli-calamitatibus attritos, Religionum diverſitate, atque inteſtinis diſſenſioni- diſcerptos, Principes Catholicos ſibi conſervandis intentos, aut ſubſidiis endis impares, Cæſarem omni tum patrio, tum externo denudatum auxilio, tes validiſſimos in viſcera Imperii graſſantes, impendentem Turcarum in- ionem! (a)

§. XLVIII.

Addite, quid profecerit, FERDINANDUS II. IMPERATOR, dum 19. zelo laudatiſſimo, ſed circumſtantiis temporum minùs accommodato, ctum de reſtituendis bonis Eccleſiaſticis facem præcipuam novi incendii bel- promulgavit, hoc peracto Judicium veſtrum conveniam, nec verbum am- ıs faciam pro Juſtitia Pacis Weſtphalicæ, aut evincenda ſeculariſationis ne- ſitate, nec quidquam adducam ad eos oppugnandos, à quibus maximi deſu- clamores ſuſcitari ſolent, ne durior ſim auribus, aut modeſtiæ, debitæque erentiæ limites videar tranſilire. Suppeditate, ſi poteſtis, conſilium tantæ ıcellæ avertendæ idoneum, victas dabo manus, nec, peſſimè hactenus P. W. titiam, & Seculariſationis neceſſitatem propugnatam fuiſſe, diffitebor: ſed ſtra exſpecto auxilium, nec niſi inania audio, ab imperitis rerúmque igna- miſceri murmura, quos, ſi contingeret rebus adeò deſperatis implicari, dvis potius immolarent, quàm maturo Conſilio adeſſe, & pro illo ſtatu ma- ıè congruo pretio Pacem ſcirent redimere. Id, quantum conjecturis aſſe- ır, eorum Judicio ſupererat, ſupremis anniti viribus, pugnáque decreto- experiri pro reducendis Eccleſiæ tot bonis injuſtiſſimè avulſis. Indignum Conſilium, qui abdicationem rerum temporalium crepant, & nil niſi Reli- nem venditant, pugnam pro bonis Eccleſiæ temporalibus conſervandis ſua- e, poſthabitâ tot corporum & animarum ruinâ, quæ re incerto Marti com- ſa alia bona à Catholicis adhuc poſſeſſa eripiendi, & Religionem peſſumdan- aut ex Imperio penitùs proſcribendi occaſionem hoſtibus præbuiſſet: Alia ur ſequenda erant Conſilia, præſtabâtque Pacem Germaniæ, atque Eccle- reddere, bona à Proteſtantibus occupata iis, poſtquam auferri non pote- t, relinquendo, quam unguem collocando in ulcere Patriam, Religionem, quod ei ſupererat, in diſcrimen ulteriùs adducere: Certè parum abeſt, ini- ıs illos rerum æſtimatores malle bona ſine Religione, quàm Religionem ſine iis, iisque videri actum, & conclamatum de Eccleſiâ Catholicâ, ſi ejus Præ- es ad peram & baculum reducerentur.

§. XLIX.

(a) Conf. ADAMI. *Relat. Hiſtor. eorum quæ in Pacificat. O. M. ex arcana rat. ſtat. inter Pacif. geſta fuere c. 25. ubi ſpecialiùs eam rem examinat.*

§. XLIX.

Demonstrata P. W. Justitia & Secularisationis necessitate amplius difficile non est probatu: eam servari debere, nec propter injustitiam, quæ præcedenti bello forsan adhæserat, nec propter necessitatem, quâ Catholici ad Pacem ineundam adacti fuerunt, nec propter collusionem Ministrorum, quam circa bona Ecclesiastica intervenisse, non omninò vana est quorundam conjectura, ullâ ratione posse violari: si enim Pace conclusâ Justitia Belli, similésve causæ demum ventilari possent, nulla Pax sat tuta foret, & initium potius belli, quàm finis nuncupari deberet. Cui Judicium de justitiâ vel injustitiâ armorum committemus? certè non ipsis belligerantibus, unde in aprico est, egregiè hallucinari A. C. addictos, qui contendunt, jus sibi fuisse armatâ manu Catholicis auferendi bona Ecclesiastica utpotè superstitiosis usibus deservientia, super hoc enim ipsos Judicium suscipere non conveniebat. Nec aliis gentibus cum innumeræ causæ esse possint, ut illud adversa pars, cujus in condemnationem id latum, rejicere merito possit; aut enim odium contra alteram partem, aut circumstantiarum ignorantia, & alia ejusmodi hoc Judicium inane reddent. Nec Judicium privatum agnoscetur, cúmque magno Studio conquirantur rationes, quibus Principes persuadere volunt, se Jure optimo arma cepisse, Pácisque aliàs amantissimos vi quasi ab Adversario ad ea fuisse adductos, quivis facilè intelligit, hisce ab utraque parte concurrentibus & arcanis rationibus status occultatis fere impossibile esse definire, pro qua Justitia militet, cuive causa sit à Pace resiliendi, & nihil superesse aliud, quam per Pacem qualibuscunque sancitam Legibus omni alia disceptatione submota bello finem imponendum. (a)

§. L.

Etiam Pontificis auctoritatem non valere ad infringendam P. W. vel ex iis abundè colligitur, quæ inter alios Catholicos tradit LAYMANN. (b) Verba ejus sic habent: *Si Catholici cum Acatholicis publicum fœdus ineant, non potest per auctoritatem Ponticiam solvi, aut relaxari: quandoquidem is non habet potestatem dispensandi, aut relaxandi in detrimentum Ecclesiæ, talis autem relaxatio cederet in gravissimum Ecclesiæ detrimentum: quia cum Acatholici in omni fœdere cum Catholicis initio exclusam velint Papalem relaxandi potestatem; ideo apud ipsos & omnes nationes blasphemabitur nomen Domini, & Religio Catholica in contemptum veniet, ac plura mala ingentia sequentur, si dicatur, nos cum Pontificis nostri consensu fœdera publica contra Jus Gentium violare: hoc autem tam grave malum est, ut nullum*

(a) GROTIUS *de J. B. & P. Lib.* 3. *c.* 19. BÖHMER. *de Except. metus* [illegible] *just. in stat. nat. & civil. c.* 4. §. 7.

(b) *Th. Mor. Lib.* 2. *Tr.* 3. *c.* 12. *n.* 15.

lum incommodum, ſive detrimentum Eccleſiæ ex fœderis obſervatione inferendum, ita magnum videri debeat.

§. LI.

Quid ergo ſibi velit conatus Pontificis ad P. W. irritandam per interpoſitas proteſtationes, & decreta irritantia adhibitus? excutiendum eſt. Quemadmodum Catholici eo obtentu Pacem nunquam poſſunt violare, quod ſe Pontifex eidem oppoſuerit, nec etiam hactenus violatam eſſe, ullo exemplo ſolidè oſtendi poteſt: Ita non habent Proteſtantes cur integra convitiorum plauſtra exonerent in Pontificem, ut ſolent, quotiescunque in ejus Proteſtationes incidunt, ſi enim illa, quæ mediante Pace obtinuerunt, ſæpè contortis interpretationibus ampliare, aut etiam ad umbram juris *anno decretorio* poſſeſſi tuendam totum Imperium clamoribus implere, infinita ſpargere gravamina, & Acheronta movere non erubeſcant: atque hæc optimo jure fieri, perſuaſum habeant, ne tandem via pandatur ſenſim ſine ſenſu ad potiora jura ſupprimenda, cur volunt vitio vertendum Pontifici, quod bona Eccleſiaſtica ſuæ adminiſtrationi relicta, & ſexcenta alia Jura, quæ, ſi omni alio titulo vel colore deſtituerentur, etiam ſola antiquitate poſſeſſionis ſufficientiſſimè fundata eſſent, contra Proteſtantium auſus nullo Jure ſuffultos, eo, quod adhuc fieri poterat, modo tueri fuerit conatus.

§. LII.

Illuc igitur proteſtationes Pontificis collimant, ne, quæ Pace Weſtphalica in præjudicium poteſtatis & Eccleſiæ Apoſtolicæ, nec non Catholicæ Religionis geſta, pacta, atque Cæſaris & Catholicorum ſtatuum coacto conſenſu firmata, aut potius vulnerata erant, aliquando ex eo capite in conſequentiam trahi poſſent, ac ſi hæc præſente Apoſtolicæ Sedis Legato actitata, probatáque fuiſſent, vel ex taciturnitate Pontificis præſcriptione aliquid acquirendum, exiſtimaretur, ſed ut omnia eatenus tanquam res inter alios acta pro nullis ac irritis haberentur: Teſtantur Legati Cæſarei, Nuncium Apoſtolicum (a) ſibi declaraſſe, quod quidem officii ratione teneatur contra ea proteſtari, quæ Cæſarem inter & Proteſtantes in cauſis, & rebus Eccleſiaſticis actitata ſunt, interim diffiteri non poſſit, ſuo Judicio non repertum iri Theologum etiam ſummæ eruditionis, tenerrimæque conſcientiæ, à quo valeat improbari transactio, quam Cæſar tot circumſeſſus difficultatibus inivit.

§. LIII.

Hactenus fuſiùs juſto diſſeruiſſe, & à ſcopo præfixo deviaſſe, nonnullis

(a) *in* GÆRTNERS Weſtphál. Friedens-Canzl. *P.* 7. *p.* 179.

videbor, sed rem probè consideranti patebit, jactis hisce fundamentis totius controversiæ decisionem, si non penitus expeditam, saltem adeò facilitatam esse, ut vix prudentioribus, qui facultate rem citra affectus dijudicandi pollent, quidquam dubii valeat superesse, cui etiam tollendo propiora adhuc & potiora argumenta adducam. Per Pacem Westphalicam inter alia Dominium bonorum Ecclesiasticorum non circumscriptum limitibus, & exuta pristina natura in Protestantes fuit translatum, adeò ut nullo modo & prætextu turbari debeant: Ecclesiasticis non facta est reservatio, sed unicè eum in casum aliquis ad illa bona aditus conservatus, si Religionis compositio fuerit subsecuta: (a) Imperator generalem adjecit Guarantiam: (b) Possunt igitur Protestantes bona Ecclesiastica per Pacem Westphalicam obtenta in alios quoscunque etiam Catholicos ad lubitum transferre, eo modo, quo ab ipsis tenentur, hoc est, nulla Ecclesiasticorum impetitione turbanda. Si jam ponamus ab Ecclesiasticis bonorum Secularisatorum, dum in manibus Catholicorum deprehenduntur, repetitionem tentari: Omnium testor fidem, qui amant dicere, quod res est, annon Augustanæ Confessioni addictus, qui onus evictionis sustinere debet, turbetur contra tenorem Instrumenti Pacis? (cit. §. 25.) *Nec Augustanæ Confessioni addicti post hac in habita vel recuperata possessione ullo modo turbentur, sed ab omni persecutione juris & facti perpetuo tuti sint, donec controversiæ Religionis compositæ fuerint.* An non Cæsar ipse ob Guarantiam in se susceptam bonorum Secularisatorum possessorem contra Ecclesiasticorum ausus necesse habeat tueri? an non, si Ecclesiastici in medium producant has aliasque quotidie noviter propullulantes quæstiones, an & quæ bona, reditus, census, decimæ in legitimos usus conversa, an & quæ utilius collocari possint, vel debeant, an veteres coloni migrare jubendi? & adversa pars vim concordiæ stabilitæ illatam, quovis modo vindicandam atque ejusmodi quæstiones non calamis tantum, sed armis contra obluctantes decidendas adstruat, processus ex processu, lis ex lite, bellum ex bello, eoque ipso majora mala suboriantur, quàm quidem sunt ea, quæ sibi Ecclesiastici confingunt, bonis quondam suis penes Catholicos seculares relictis.

§. LIV.

Certè hoc, quem Ecclesiastici intendunt, procedendi modo insigne rei Catholicæ detrimentum afferri oportet, si enim Augustanæ Confessioni addicti animadvertant, se propter transitum ad Catholicam Religionem bonis ab antecessoribus per tot annos quietè & liberè possessis exui, antesignanos Catholicæ Religionis, qui rerum temporalium contemptum profitentur, atque ejus rei studium aliis sollicitè inculcant, bonis temporalibus tantopere inhiare, quotusquis-

(a) *Instrum. Pac. art.* 5. §. 25. *art.* 17. §. 3.

(b) *Art.* 17. §. 5.

tusquisque Acatholicorum erga hanc Religionem affectus erit, aut ad pristina Sacra non est reversurus, & bona sibi ablata repetiturus? ubi sexcentæ discordiæ & confusiones per reciprocè obvenientes mutationes Religionis & attentandæ revocationis, vindicationisque invehentur. Nec suâ ratione destituentur querelæ contra Ecclesiasticorum molimina: Cum bonorum Secularisatorum possessori Catholico frustra moveatur quæstio de titulo possessionis, sola observantia & possessio anni 1624. Lege Publicâ stabilitâ (a) sit instar optimi tituli, & causa fuerit semel per I. P. sopita ac decisa, nec ea hodie ideo resuscitari possit, quod ex postfacto inter solos Catholicos controversia supersit, siquidem maneat pristina possessionis causa, & exceptio semel quæsita, perpetuata & realis sit omnibus possessoribus profutura.

§. LV.

Cum iis, quæ pro Possessore Catholico non obligato ad bona Secularisata pristinis usibus Ecclesiasticis restituenda adduxi, facit etiam usus & observantia quotidiana prout hoc satis commonstrant varia exempla, quæ utpote recentiora omnium oculis & memoriæ occurrunt: Sic Electoratus Palatinus ad lineam Catholicam pervenit cum pluribus bonis Secularisatis citra ullam turbationem hactenus possessis, & deinceps quoque ita possidendis. Augustus Saxoniæ Elector, postque eum filius Sacra Catholica amplexus est, vix tamen de restitutione bonorum Secularisatorum ipsis injungenda hactenus cogitatum. In Ducatu Würtembergico, qui nuper Carolo Alexandro Catholico obvenerat, & à filio pariter Catholico gubernabitur, ob pacta cum statibus Provincialibus inita bonis Secularisatis vix spes relicta est, fore, ut à Duce etiam volente Ecclesiæ reddantur, nemo tamen eatenus pactorum Justitiam in dubium vocare sustinuit. Utque eo certior sit similium bonorum possessio, solet, Imperator ea in literis investituræ exprimere: Prälaturen und Clöstern der weltlichen Obrigkeit Schutz-Rechten und Advocatien etc. Cum omnia ista etiam fiant spectante Curiâ Romanâ nec contradicatur, imò re illuc delatâ liberrimus ejusmodi bonorum usus datus etiam bullis permittatur citra ullam difficultatem, quis est, qui bonorum Secularisatorum possessioni, quam tenet Catholicus, vel minimam injustitiæ labem ausit imponere? Cæterum, quo variis consequentiis, atque impendentibus imposturis faciliorem aliàs fucum reperturis obvietur, frequenter consultum est, expressam Pontificis concessionem impetrare, ut providissimo consilio factum à Carolo Alexandro, qui jubet in testamento filios securos esse ratione bonorum Secularisatorum, eoquod ipsi desuper cum Sede Pontificiâ convenerit. Sicut autem hæc quoad Dominos territoriales dubio jam carent, ita pariter quoad privatos, ubi ferè crebrior solet esse disceptatio, se-

(a) *Instrum. Pac. art. 5. §. 25. & 33.*

res habere deberet, cum utrobique eædem Justitiæ rationes militare deprehendantur.

§. LVI.

Ex his pronum est deducere, etiam non teneri bonorum Secularisatorum possessorem ad ea aliis piis usibus applicanda, ut id creditum est à multis. Equidem laudantur sanè suo merito illi Saxoniæ Electores, Hassiæ Landgravii, Würtembergiæ Holsatiæque Duces, qui bona quondam Ecclesiastica Hospitalibus, sublevandis pauperibus, erigendis Academiis & Seminariis, atque aliis ejus generis usibus consecrârunt. Vituperantur, qui hæc bona relictis causis sive piis, sive profanis ad reip. incrementum apprimè facientibus imaginariè pio, vel etiam promiscuo usui destinare, vel omnino parasitis, adulatoribus, luxuriæ publicæ, militi non necessario assignare non dubitârunt. Interim si sustentationi pauperum à Principe prospiciatur, necessaria cultui Sacro, & Ministris Ecclesiæ, quibus carere non possumus, subsidia præstentur, cæterisque necessitatibus & utilitatibus publicis debita curia impendatur, non est Princeps adstringendus, ut illis per bona Secularisata prospiciat, sive enim id fiat ex his, sive ex aliis bonis, res eodem redit. Erant etiam inter Principes, quorum belli calamitate res eò redactæ fuerant, ut proventus ordinarii status *ipsorum conservationi* minimè sufficerent. Nisi igitur de bonis Ecclesiasticis illis subventum fuisset, subditos suos miseros aut tributis exhaurire, & ad incitas redigere, aut debita protectione destituere debuissent. Quo casu æquitati vel maximè fuit consentaneum, ut pauperum subditorum ordinaria protectio etiam per bona Ecclesiastica conservaretur, iique á tributis, quibus ferendis non erant, liberarentur, cum aliàs pauperibus succurrere, eorúmque onus suscipere Ecclesiam deceat, & primævæ bonorum Ecclesiasticorum indoli ex asse conveniat, proinde penes Principem, ejus Successorem, aut tertium quemvis Possessorem nullum est onus ejusmodi bona Secularisata aut pristinis usibus Ecclesiasticis restituendi, aut aliis similibus impendendi, cum Dominium illorum bonorum justissimo titulo nactus fuerit, atque in alios transferendi, pro illis circumstantiis liberrimam habuerit potestatem. Id quod in tantum procedit, ut nequidem oblato illorum bonorum pretio ea Ecclesiasticis dimittendi obligatio nascatur.

§. LVII.

Satis apparet, non obligari possessorem Catholicum ad bona Secularisata restituenda, num autem si spontè restituerit, ejus Successor Acatholicus necesse habeat, stare huic restitutioni? an verò Jus habeat revocandi? dubitatur: generaliter Jus revocandi adstruit HENNIGES. (a) sed mihi translatio in Ecclesiam

(a) *Medit. ad Instr. Pac. art.* 5. §. 25. *Lit. Q.*

ſiam facta de ſe nequaquam ſufficientem revocationis cauſam Succeſſori præbere videtur, ſi enim aliàs Princeps bona Seculariſata ex cauſâ debiti Creditori oppignorare, aut omnino ad illud extinguendum cedere, in feudum dare & ſexcentis aliis modis transferre poſſit, quin Succeſſor Jus habeat revocandi, cur Eccleſia à liberalitate Principali eatenus nullo Jure circumſcripta excludetur? ſi vero ex capite nullitatis revocare vellet Succeſſor, forſan quod alienatio facta citra ſtatuum Provincialium tractatum & conſenſum ex more in Provinciâ recepto neceſſarium, in fraudem Succeſſoris, aut ad æmulationem, aut ex liberalitate nocivâ, vel aliàs non permiſſa ad ejusmodi alienationem procederetur, bona eſſent feudo vel fideicommiſſo obnoxia, revocatio utique permittenda foret.

§. LVIII.

Cæterum & illud ex præcedentibus fluit, quod, ſi contingat, bona Seculariſata ex Poſſeſſoris liberalitate, aliave ratione, obvenire illis etiam Eccleſiaſticis, quorum erant ante Seculariſationem, propterea non rurſus evadant Eccleſiaſtica, ſed Secularium retineant naturam, proinde intuitu eorum ad onera, tributa, & collectas cum cæteris civibus præſtanda Eccleſiaſtici ſint obſtricti, nec ad immunitatem, qua alioqui fruuntur, & forſan olim etiam in hiſce bonis fruebantur, integrum ſit provocare. Similiter ſiquis mediante præſcriptione hæc bona acquirere velit, non opus habet illo temporis ſpatio, quod deſideratur in præſcriptione bonorum Eccleſiæ, nec ſi Eccleſiaſtici ad eorum alienationem procedere velint, ſolennitates Juris Canonici alioqui requiſitas tenentur adhibere; nam quidquid Juris eſt in bonis Secularibus, id in univerſum obtinet in bonis Seculariſatis.

XV.

ANONYMI
DISCUSSIO
AN BONA ECCLESIASTICA, FACTO ACATHOLICORUM SECULARISATA, POSTMODUM VERO AD MANUS CATHOLICAS REVERSA, RESTITUI DEBEANT ECCLESIIS, QUIBUS EREPTA SUNT.

§. I.

Præmonitio.

I.

Sæpius hæc quæstio mota atque agitata eſt, eoque tandem perducta, ut exitum ſortita videretur, calculo DD. Catholicorum ſatis concordi, ſi rem ipſam ſpectemus, affirmative eam reſolventium. Sed quoniam conſonæ illorum ſententiæ ex adverſo ſeſe opponit, in Catholica Schola diſceptationi expoſita, neſcio a quo approbata vel approbanda. *Diſſertatio Juridica inauguralis Hiſtorico Canonico-Publica de Poſſeſſore Catholico non obligato ad bona ſeculariſata priſtinis uſibus Eccleſiaſticis reſtituenda*; utile fore exiſtimavi ejus momenta in pondere Sanctuarii expendere, benene illa, an ſecus, congruant cum principiis Catholicis. Auctor totus in eo eſt, ut probet, quod bona Eccleſiaſtica per Pacem Weſtphalicam quondam ſeculo donata nullo conſcientiæ dictatu ad uſus ſacros reduci Eccleſiisque, quibus erepta ſunt, reſtitui debeant, quantumvis redierint ad manus Catholicorum. Prope profanus fuit Calamus, qui eam diſſertatiunculam exaravit, auctoritate etiam & doctrina Proteſtantium ductante lineas, ut intelligas, Catholice Lector, quam in lubrico ponantur jura Eccleſiaſtica, quando a Civiliſtis diſcutiuntur & quidem argumentis ab exoterico magis quam domeſtico, ſinceroque fonte derivatis. Et quandoquidem temporibus iſtis denuo vivacius emicuit æſtus ſeu æſtrum ſeculi in facultates Sacerdotii, haud utique diſſimulandi ſunt ejus generis libelli Sacratis bonis aut directe aut per indirectum

directum insidiantes. Priusquam autem respondeam ad verbosa JCti ratiocinia, majoris utilitatis gratia agam de bonis Ecclesiasticis tam sine quam cum pacto publico secularisatis, ut alterum ab altero non modo lumen accipiat, sed & fulciatur fortius.

§. 2.

An bona Ecclesiastica ab Acatholicis vi occupata, & citra pactum retenta, at postmodum ad Catholicos devoluta, debeant restitui Ecclesiis.

II. Eandem quæstionem Congregationi *de propaganda fide* exposuit Antibarensis in Albania Archi-Episcopus, uti refert Summus Pontifex BENEDICTUS XIV. fel. regn. (*a*) ad quod difficultatis punctum primo quidem respondit eadem S. Congregatio, quod fideles Ecclesiarum bona a Turcis vi occupata, & sibi deinde vendita aut quovis modo ad sese delata, retinere, tuta conscientia, nequeant, utpote legitimo titulo destituti. Ut vero in tam frequenti rerum variatione pressis conscientiis mitiori medio succurreretur, ex benignitate Ecclesiæ fieri posse censuit, ut facilis acquisitu titulus possessioni *facti* apponatur, scil. emphyteuticus sub obligatione valde levis Canonis. Latius ipsam resolutionem pro sua amplissima eruditione deducit altefatus HIERARCHA. Extra controversiam est, inquit, in bello injusto totum id, quod capitur, restituendum, cum occupatio hujusmodi nihil aliud sit quam formalis rapina, ut docet S. Thomas (*b*). Illustria sunt exempla Veterum Romanorum, qui cum injustitiam belli suscepti agnoverunt, quidquid abstulerant, prompte restituerunt ac detrimenta, quæcunque victis & debellatis populis præliando intulerant, summa fide repararunt. Hæc in Livii historiis occurrunt. Ac duo hujusmodi exempla a Valerio Max. referuntur: alterum, quod pertinet ad Faliscos a Q. Lutatio domitos, alterum ad Camerinos a Publio Claudio devictos. Bella vero Turcarum injusta esse, nemo dubitat, consequenter occupata ab eis bona fidelium restituenda eisdem esse, maxime Ecclesiastica, cum Ecclesiæ & Monasteria seu personæ Ecclesiasticæ non sint pars Reipublicæ nocentis, & ideo etiam in bello justo eximuntur a spoliatione, ut decernitur in dectetali: *innovamus. De Treuga & Pace.*

III. Porro in specie quod attinet res mobiles, a Turcis seu Saracenis aut pyratis raptas, super quibus S. Congregationem de propaganda fide consuluit P. Franc. Longobardus Ordinis Minimorum Tuneti Missionarius, Theologi ejusdem Congreg. An. 1630. responderunt, quod Christiani Tuneti seu in Locis pyraticis existentes possint sibi res a pyratis, injuste licet, Christianis creptas

(*a*) *Bullarii sui to. III. Constit. 61.*

(*b*) 2. 2. *q. 66. a. 8. ad 1.*

tas & comparare & retinere sine noxa mortali, etiam non obstante, quod pyratæ ipsi sub spe divendendi rapta fidelibus artem suam exercuerint. Aliqui tamen qualificatores S. Officii, ad quos examen qq. devolutum est, addiderunt, emptores debere habere animum restituendi dominis res, refuso sibi pretio, quod plerumque vile est. Quam sententiam & clausulam etiam tradidit Molina (c) hoc nixus fundamento, quod Domini non possint esse rationabiliter inviti, si res suæ nunquam ad se reversuræ potius fidelibus applicentur quam Turcis; ut adeo præsumta Dominorum voluntas sit fundamentum hujus sententiæ. Idem statuunt Coninch (d) Reginaldus (e) Decastillus (f) Tannerus (g) Fragosus (h) Castropalaus (i) Bonacina (k) Diana (l) dictam clausulam signate suo Calculo firmat Sapientissimus Pontifex (m) H. Grotius (n) Diana censet rem alienam bona fide emptam Domino restituendam, quin possit erogatum pretium repeti. Quod quidem fateor recte evinci posse ex l. 48 §. 7. ff. de furtis L. 2. Cod. eod. L. 22. & 25. ff. de petit. hæred. l. 23. ff. de R. C. l. 3. & 23. Cod. De R. V. l. 16. ff. de contr. emt. l. 1. ff. de evict. l. 2. §. 2. ff. ad L. Rhodiam, contrarium statui videtur de servo a non-Domino redempto l. 12. §. 7. ff. de captivis & postliminio reversis, utique in favorem redemptionis ab hostibus, qui proin titulus est singularis, neutiquam trahendus in consequentiam imo ad propositum conducunt verba d. l. & §. ibi : "Si quis servum captum ab hostibus „redemerit, protinus fit redimentis, quamvis scientis alienum esse. Sed oblato „ei pretio, quod dedit, postliminio rediisse aut receptus esse servus credetur. „

IV. Sed enim Grotius solum jus naturæ præ oculis habens restitutionem quidem faciendam esse agnoscit, ea ductus ratione, quia, cur Dominus re sua carere debeat, ***nulla causa subest naturaliter justa, non consensus ipsius, non malum meritum, non compensatio. Poterit tamen, siquid sumptus aut operæ impendit, is, qui***

(c) *De just. & jure to.* 1. *tract.* 2. *disp.* 118. *n.* 15.

(d) *Disp.* 31. *de bello dub.* 7. *n.* 126.

(e) *To.* 2. *l.* 21. *c.* 8. *f.* 4. *n.* 117.

(f) *L.* 2. *tract.* 1. *disp.* 10. *n.* 429.

(g) *To.* 3. *disp.* 2. *q.* 6. *n.* 76. & 77.

(h) *De regim. Christ. Reip. to.* 3. *p. I. l.* 3. *disp.* 5. *n.* 16.

(i) *Opp. Mor. to.* 1. *tr.* 6. *disp.* 6. *pu.* 5. *n.* 27.

(k) *Opp. Mor. to.* 2. *de restit. disp.* 2. *q. ult.*

(l) *To.* 7. *tr.* 7. *resol.* 33. *n.* 8.

(m) *L. c.* §. 14. & 15.

(n) *De Jure belli & Pacis l.* 2. *c.* 10. §. 9. & *l.* 3. *c.* 9. §. 16. *c.* 10. §. 6. *c.* 16. §. 3.

qui rem tenet, deducere tantum, quantum Domino valebat adipisci desperatam possessionem. Ipsa enim facti possessio, praesertim recuperatu difficilis est aliquod aestimabile & in hoc Dominus post rem amissam censetur factus locupletior. Hæc tamen ratio ultima sic nude proposita non videtur posse subsistere. Quippe quemadmodum res ipsa, ita & possessio facti est Domino debita; ergo si propter rei ipsius redditionem nihil pensandum est emtori, neque quidquam refundi debebit propter restitutam possessionem facti. Præterea si possessio facti seorsim est pretio æstimabilis, jam habetur ex vi mutui titulus petendi usuram ultra sortem mutuatam.

V. Unde mihi magis huc quadrare videtur titulus negotiorum gestorum; quem Grotius ideo non assumpsit, quod eum non juri naturæ sed civili in acceptis referendum putaverit. Quodsi tamen originem hujus tituli scrutemur, certe in summa æquitate naturali eam sitam esse reperiemus, imo per agnitionem gentium confirmatam. Quis enim etiam juris Romani ignarus non sentit se obligatum esse ad expensas illas compensandas, quas alter in rem suam, aut alias interituram penitus, aut periculo exponendam, fecerat? Quodsi quis eam æquitatem ob prætensum jus suum declinaret, huic illud Terentii occinere licebit, quod de hac ipsa causa quiritanti objectum est: *Verum illud, Chreme, dicunt: JUS SUMMUM SUMMA SÆPE INJURIA EST.* Interest Reipublicæ, imo totius Societatis humanæ, ut operæ pretium sit, si absentium dominorum res utiliter curentur aut conserventur. Sane Prætor æquitatem naturalam hac in re agnovit, idque Reipublicæ necessarium agnoscitur passim per titulum *de negotiis gestis* in ff.

VI. Sententia de rebus mobilibus expedita, ut supra retuli, SUMMUS DOCTOR §. 17. transit ad eam disquisitionem, num eodem jure discurrendum sit de immobilibus ab hoste per vim injustam extortis. Et principio quidem ostendit, quod etiam in jure Romano inter mobilia & immobilia per bellum occupata reperiatur discrimen. Nam in L. siquid bello 28 ff. de Captiv. & postlim. de mobilibus decernitur: *siquid bello captum est, in prædá est: non postliminio redit.* Econtra in L. si captivus 20. §. 1. ff. eod t. de immobilibus statuitur; *Verum est, expulsis hostibus ex agris, quos ceperint, dominia eorum ad priores dominos redire, nec aut publicari aut prædæ loco cedere.* Res itaque mobiles, si in militum manus devolutæ sunt, licet pax interveniat, vi juris Romani non restituuntur, restituuntur tamen suis Dominis bona immobilia. Molina (o) Covarruvias (p) Diana (q) Castropalaus (r).

(o) *L. c.* §. 5.
(p) *Parte II. Relect. Reg. Possessor malæ fidei* §. 11. *n.* 7.
(q) *L. c. n.* 3.
(r) *L.* 2. *disp.* 5. *pu.* 4. *n.* 24.

VII. Quodsi quis opponat illud S. Ambrosii (s) *rapinam emere non licet, nisi ea intentione, ut, cui est ablata, reddatur.* Respondeo, omnino ita esse, nec allegatas auctoritates oppositam fovere sententiam, sed id tantum designare, quodsi res, etiam mobiles a raptoribus emtæ restitui nequeunt, ab emtoribus retineri valeant. Ergo si possunt restitui suis Dominis, refuso, ut communiter dicitur, aut etiam, casu ita ferente, non refuso pretio, debent restitui. Equidem quod, insistendo juri naturæ, refusio pretii sit quodammodo debita, Communis est sententia: quod vero non debeatur, videtur, erui ex jure Civili; quod quidem de foro duntaxat externo procedit. Sed pro interno R. P. Carolus Franciscus a Breno Ord. S. Franc. (t) putat, quod emtor rei Ecclesiasticæ a piratis raptæ teneatur eandem restituere Ecclesiæ, etiam non refuso pretio, si id refundere detractaret Prælatus, addens, emptorem infortunio debere imputare, quod rem alienam emerit. Verum cum jus naturæ & Communis DD. sententia ei refusioni faveat, ut supra ostendi (*n. 3*) emtor exiguum illud pretium, quod expendit, impetrare potest vel adeundo Superiorem Judicem, vel partem rei, si ille adiri nequit, distrahendo seu detrahendo, dummodo titulus negotiorum gestorum non excedatur. Neque enim pretium qua *pretium* refundendum est, cum Dominus rem suam emere non teneatur; sed quatenus fuit medium necessarium recuperandi rem ademtam, per modum expensæ se habens. Unde pretium *redemtionis* Comparative ad verum pretium *emtionis* debet esse exiguum. Deinde exigi refusio pretii haud poterit a redemtore, quando alia via ad verum Dominum deduci poterat hujus res. Quo in sensu accipio eam Sylvii doctrinam, qua statuit, quod emtor *malæ fidei* rem furtivam teneatur reddere Domino etiam sine refusione pretii (*u*). Et quidem id etiam concesserim, rem furtivam, sive mala sive bona fide emtam, reverti debere ad suum Dominum, quia auferens & retinens non multum inter se differunt (*x*), attamen emtori bonæ fidei adversus eundem competere actionem negotiorum gestorum aut simplicem implorationem Judicis.

VIII. Jam in unam seriem referamus prædicta. Non est concessum *Primo* rem mobilem ab infidelibus seu Acatholicis injusta vi Catholicis, præsertim Ecclesiis, ereptam, ab aliis vero receptam aut comparatam retinere, sed ea debet, quando potest, restitui. *Secundo.* Repetito tamen seu recepto exiguo pretio sub titulo expensarum. *Tertio.* Si vero Domini notitia omnino desperatur, poterit res ipsa ex mente prælaudatorum D. D. a redemtore retineri, cum

(*s*) *C. 12. de bono mortis rel. c. 5 Caus. XIV. q. 5.*

(*t*) *In Manuali Missionar. orient. to. 2. l. 1. c. 3. q. 21. fin.*

(*u*) *In 2. 2. q. 62. quæsito 6. a. 6. concl. 3.*

(*x*) *D. c. 5. Caus. XIV. q. 5. & c. 18. de restit. spol.*

cum intentione tamen eam aut pretium ejus restituendi Domino, si forte fortuna comparuerit. *Quarto.* Bona immobilia ita occupata & redemta retinere non licebit, cum nunquam in eam possint conditionem deduci, ut nulla ex parte serius aut citius queant restitui. Eam sententiam Lessius prodidit ante Pacem Westphalicam & post Religiosam, addens insuper, emptorem debere dominis restituere emolumenta & fructus. Quod utique totum intelligere licet de restitutione facienda deductis expensis & mercede congrua pro negotio utiliter gesto.

IX. Quæ quidem sententiæ illi affines sunt, quæ negat, rem perditam posse inventori appropriari: eo quod nullus excogitabilis sit titulus translativus dominii. Neque enim suffragatur titulus *inventionis* §. 12. & 18. J. de R. D. ubi tantum de rebus nullius agitur. Alioquin ipso momento, quo res perdita occupatur, fieret inventoris. Nec pro *derelicto*: quippe *pro derelicto habetur, quod Dominus ea mente abjecerit, ut id in numero rerum suarum esse nolit, ideoque statim Dominus ejus esse desinit.* §. 47. Inst. de R. D. & fit occupantis; ut clarius asseritur. l. 1. ff. pro derelicto. *Si res pro derelicto habita sit, statim nostra esse desinit & occupantis statim fit: quia iisdem modis res desinunt esse nostra, quibus adquiruntur.* Voluntas autem derelinquendi nequaquam potest præsumi, quando res est alicujus momenti, quia nemo censetur jactare seu insuper habere res suas. l. 25. pr. ff. de prob. etiamsi recuperationis spes extra casum fortuitum nulla affulgeat, adeo ut etiam res, levandæ navis gratia in mare projectæ, non censeantur derelictæ per text. §. *fin. Inst. de R. D. ibi: alia sane causa est earum rerum, quæ in tempestate levandæ navis causa ejiciuntur. Hæ enim Dominorum permanent: quia palam est, eos non eo animo ejici, quod quis eos habere nolit, sed quo magis cum ipsa navi maris periculum effugiat. Qua de causa siquis eas fluctibus expulsas vel etiam in ipso mari nactus lucrandi animo abstulerit, furtum committit. Nec longe videntur discedere ab his, quæ de rheda currente non intelligentibus Dominis cadunt.* Quæ naturalis ratio sane convincens est, æquitatique saltem summe conveniens, res Domini suis aut casu aut infortunio subductas eorum manere, nec præsumi posse derelictas sed deperditas, ut JCtus *l. 21. §. 1. ff. de A. vel A. P.* distinguit. Imo & ovis a Lupo rapta, etsi spes recuperandi nulla de via ordinaria superesse videretur, manet Domini, nec fit illius, qui eam forte casu faucibus eripit Lupinis. *l. 44. ff. de A. R. D.* nempe non spes sed desiderium recuperandi rem deperditam si cessat, constituit Dominum derelinquentem & rem derelictam. Alioquin fur rem furtivam faceret suam, si Dominus ejus recuperationem desperasset. Hæc præmissæ Discussioni attexere volui, ut tanto clarius constet, quam parum securitatis in conscientia illi habeant, qui res alienas acceperunt vel occuparunt, quin vel æquipollenter vel vere, si possunt, restituant.

§. 3.

An bona Ecclesiastica ab Acatholicis vi injusta occupata & interveniente pacto vel pace retenta, possint possideri & retineri etiam a Catholicis.

X. *Vi injusta*, inquam, ex mente scilicet Catholicorum, de quibus & quibuscum mihi sermo, & quorum conscientiis consulere est animus. Quidquid in contrarium sentiant Acatholici. Hæc principalis quæstio jam insignem crevit in controversiam inter Catholicos & Protestantes, potissimum post pacem Osnabrugensem seu Westphalicam agitatam. Et quidem Catholici, excepto forte Arsdekino, in negativam, Protestantes in affirmativam communiter abeunt sententiam. Refert Böhmerus (y) possessorem Protestanticum Monasterii Echenbronnensis in Palatinatu ad Catholicam Ecclesiam *An. 1707.* reversum fuisse a Jesuitis, per quos conversus fuerat, impugnatum & super restitutione ejusdem Cœnobii exagitatum. Contra eos vero pronunciasse Academiam tam Tubingensem, quam Hallensem Saxoniæ. Similem Casum expendit Cl. P. Franc. Schmalzgruber (z) cum aliis. Quare hæc via jam satis trita est, per quam proinde eo tutius incedemus. Producam argumenta mea pro parte Catholicorum & inferius solvam adversa. Sit ergo

RESOLUTIO.

Bona Ecclesiastica ab Acatholicis vi injusta occupata, & interveniente pacto vel pace retenta, non possunt, salva conscientia, possideri aut retineri, nequidem a Catholicis possessoribus.

XI. ARGUMENTUM I. Quod vi injusta quoquo sub colore extortum est, nunquam transit in dominium extorquentis, etiamsi pax interveniat. Si enim transiret, ejus transitûs causa vel esset vis vel pax seu compositio. *Non vis*: tum quia supponitur esse injusta. Tum quia violenta spoliatio tantummodo transfert possessionem facti de spoliato in spoliantem. Imo bellum injustum gerens non solum obligatur ad ablata restituenda sed & ad expensas omnes, quas læsus facere debuit, sarciendas. *Non pax.* Primo. Nam & hæc ipsa a validiore aggressore extorta esse supponitur, proinde conditione sua non excedit suam causam. Secundo. Per Pacem a Victo id tantum relinquitur Victori, quod hic vi extorsit: at, quod vi extorsit, est tantum *possessio facti*, non vero dominium, de quo Victor solicitus non est. Tertio. Id, quod per Pacem Victori ceditur, vel ceditur per viam transactionis vel per alium Contractum. Atqui transactio hujusmodi violenter expressa habetur invalida, & quod

(y) *Ad l. 3. Decret. t. 13. §. 57.*
(z) *To. 2. Consil. 15.*

quod eo titulo cessum aut datum est, repeti potest, si res, super qua transigitur, non est litigiosa sed certa; idque non solo Civili jure declaratum legimus *l. 1. ff. de transactionibus* & *l. 65. §. 1. ff. de Condict. indeb.* Sed ex ipsa notione & natura transactionis, quæ est libera determinatio rei *dubiæ*, adeoque ex fine quoque ejusdem, qui est finem imponere prætensionibus controversis, perspicuum cuique esse debet. At penes Catholicos certo & evidenter erat jus in bona Ecclesiastica: & Catholici certo & evidenter ex suis principiis perspectum habebant, penes Protestantes in eadem bona nullum extitisse jus tale, quod ipsi prætendebant aut sibi arrogabant. Ergo ex mente Catholicorum bona Ecclesiastica a Protestantibus erepta & per Pacem cessa non erant dubii juris, consequenter nec materia transactionis.

XII. Neque etiam alius interveniebat contractus. Omnis enim contractus vel est gratuitus vel onerosus. Pacificatio vi injustâ extorta non habet rationem Contractus gratuiti, forte donationis, liberalis cessionis aut similis, cum *gratuito* & *liberali* nihil magis adversetur quam *violentum*. Illud enim ab interno affectu aut proprio motu proficiscitur, hoc vero ab externa causa provenit & affectui spontaneo summe, &, ut ajunt, è diametro opponitur. Sed nec Contractus onerosi naturam induit. In oneroso enim contractu Pars utraque, quæ paciscitur sicut aliquod onus in se recipit, ita aliquod commodum vel lucrum percipit. In pacificatione autem tam Religiosa, quam Westphalica nihil commodi translatum est in Catholicos sed merum onus impositum. Nisi forte absurde dixerit quispiam, illud Commodi redundasse in Catholicos, maxime Ecclesiasticos, quod ex eo tempore haud amplius essent exagitandi a Protestantibus, nec bonis spoliandi suis. Egregium Commodum pace partum! commodum, quod dudum fuit possessum quodque mortalibus omnibus & singulis aliunde debitum est. Quid ergo, inquies, erat Pax Osnabrugensis? quid operabatur? respondeo, eam nihil fuisse aliud quam cessionem possessionis simplicis bonorum occupatorum cum solemni stipulatione de non-revocando & mutua promissione de non-offendendo. Ex quibus proin manet evictum, de mente Catholicorum bona Ecclesiastica quoad dominium nunquam transiisse ad Protestantes; atque adeo nec posse transire ad Catholicos, qui Protestantibus succedunt, sive ex titulo universali, sive ex particulari; & ideo utrosque obligari ad restitutionem, saltem pro foro conscientiæ, abstrahendo ab externo.

XIII. ARGUMENTUM II. Cum omnis cessio & renunciatio agnoscitur esse odiosa, tum maxime quæ invitis extorta est. Unde ex regula strictæ interpretationis *tantum cessum*, *quantum expressum*: atqui in Instrumento Pacis Westphalicæ *Art. 5. §. 14. & 25.* tantum expressa est cessio possessionis, nec ulla fit mentio cessionis dominii; ergo vi Pacis Westphalicæ *tantum* cessa est *possessio* bonorum Ecclesiasticorum, non vero eorumdem *dominium*. Jam possessor

rei alienæ, ſive ſit Catholicus ſive Acatholicus, obligatur ad ejus reſtitutionem in foro conſcientiæ, tametſi in foro externo impugnari non poſſit. Illi ipſi, qui *Projectum* Pacis Weſtphalicæ approbarunt, inter alia argumenta, hoc ipſo uſi ſunt, quod Cæſar, ſalva conſcientia, poſſit Proteſtantibus relinquere *poſſeſſionem facti*, non tamen concedere *jus*; ut videre eſt in *Criſi anticriſios Chriſtiani Fidelis*, edita eodem anno, quo Pax condita 1648. (*aa*) cumque *Caramuel* in Tract. *S. R. Pax licita* largius æquo ea de re loqueretur, ab *Humano Erdmano* in Anti-Caramuele ad *Num. IV.* reprehenſus eſt, qui & recte aſſeruit, aliter judicari debere de *permiſſione malorum*, aliter de *addictone per fœdus conſtitutum cum Proteſtantibus*.

XIV. Argumentum III. Ipſa Proteſtantium doctrina eo deducit, ut Catholicus poſſeſſor bonorum Eccleſiaſticorum, quæ Pace Weſtphalica ſecularifata ſunt (facto ſcil. non jure) teneatur ad eadem Eccleſiis reſtituenda. Illa enim bona ex ipſorum principiis potuerunt in alios vi dominii eminentis, quod Principes habent in bona civium, pro neceſſitate Reipublicæ, transferri. Ubi, quidquid ſit de exiſtentia hujus noviter excogitati dominii, illud Publiciſtæ provide addiderunt, Rempublicam illis, qui rerum ſuarum pro Publico ſubierunt jacturam, debere proportionaliter aliquid viciſſim contribuere, ut, excepta ſua portione, damnum ſarciatur & ipſi ſuo modo indemnes ſerventur. Ita expreſſe H. Grotius prope præcipuus *dominii eminentis* cultor (*bb*) his verbis: *Sed addendum eſt, id cum ſit, civitatem teneri his, qui ſuum amittunt, ſarcire damnum de publico. . . neque hoc onere levabitur civitas, ſi tunc forte ei præſtationi par non ſit; ſed quandocunque copia ſuppetit, exeret ſeſe quaſi ſopita obligatio.* Nec tantum illi Grotiani ſed & alii viri doctiſſimi eam æquitatem perſpexere. Gaillius (*cc*) quærens: an Princeps rem privati ex cauſa publicæ utilitatis & neceſſitatis tollens teneatur ad ſolutionem juſti pretii? reſpondet: *Maxime. Hoc enim æquitati, rationi & juſtitiæ conſentaneum eſt, ne ſubditus absque ſua culpa invitus re & pretio careat. l. 13. §. 2. ff. communia prædiorum.* Clarius *l. 2. Cod. quib. ex cauſ. ſervi pro præmio libertatem accipiunt.* Ubi: *Civitate Romana donentur, ut eorum Domini pretium a fiſco percipiant.* Gl. in *l. 14. ff. quemadm. ſervitus amitt.* Romanus *Conſil. 310.* Jaſon in *L. Barbarius ff. de Offic. Prætoris n. 36. & 37. in L. fin. Cod. ſi contra jus &c. n. 2.* de Afflictis in *c. 1. §. ſimiliter poteſt n. 6. ſq. de Capit. qui curiam vend.* Felinus in *c. 8. de M. & O. n. 6.* Fernand. Vasquius *illuſtr. controv. l. 1. c. 5. n. 9.* Alterum argumentum ſubjungit *ib. n. 9.* Gaill. pertinet, inquit, ad officium boni Principis curare, ne dilectionem proximi offendat aut juſtitiam violet, neve tempeſtatis potius quam poteſtatis pleni-

(*aa*) *Pag.* 167. §. 1.

(*bb*) *L.* 3. *de l. B. & P. c.* 20. *n.* 2.

(*cc*) 2. *Obſ.* 56. *n.* 8.

plenitudine utatur, ut præclare monuit Zasius *Vol. 2. Conf. 10. n. 7.* ubi sic scribit: scio boni Principis potestatem ad tutelam subditorum & ad justitiam asserendam esse amplissimam. Cæterum ut injuria subditis fiat, illic Principis potestatem non agnosco sed tyranni. Id enim dicimur posse, quod honeste possumus. *c. f. de rescript. in 6.* Ita ille. Cui accedit præterea Strykius (*dd*), eum, qui ultra modum suas in favorem Reipublicæ res jactavit, indemnem servari debere asseverans.

XV. Et ratio pro hac doctrina generalis est, quod ad Rempublicam constituendam concurrat pactum quoddam Societatis, vi cujus obstringuntur membra, ut ad bonum commune conservandum, proportione servata, suas res aut operas conferant. Quem in finem olim Romani censitores & peræquatores, qui rite censeant bona, instituerunt (*ee*). Hæc igitur obligatio compensandi contributionem reipublicæ causâ, ultra mensuram debitam, a cive vel statu factam, tunc potissimum constringit conscientiam, quando res ipsa contributa aut cessa ad Reipublicæ potestatem revertitur. E. g. Sempronio ademptum est ab hoste castrum proprium & per pacificationem eidem relictum. In quo casu eadem Respublica debet Sempronium servare indemnem quoad id, quod excedit ejus portionem, pro rata aliunde debitam. Nequit autem aptius indemnitatis excogitari medium, quam restitutio ejusdem castri, siquando id ad Rempublicam fuerit reductum, detractâ ratâ. Et quid, obsecro, indignius foret, quam castrum Sempronii ab hoste occupatum, postea recuperatum non Sempronio sed Cajo tradere? Igitur & Ecclesiis quæ Reipublicæ causa ultra omnem mensuram ac proportionem sua cedere debuerunt (quæ tamen ad nihil fuissent obligatæ), restituenda sunt bona eisdem olim præter fas erepta, iterumque ad Rempublicam Catholicam reversa.

XVI. Argumentum IV. In Instrumento Pacis Westphalicæ (*ff*) bona Ecclesiastica Protestantibus tantum permittuntur, usquedum controversiæ Religionis compositæ fuerint & a dissidiis hac in parte cessatum. Ergo illi duntaxat prædictorum bonorum possessores gaudent beneficio qualicunque Pacis Westphalicæ, qui adhucdum in controversiis & dissidiis Religionis hærent defixi. Ergo econverso isti, qui, sublata omni circa fidem dissensione, Ecclesiæ se Catholicæ reconciliarunt, memorato beneficio Protestantico minime fruuntur. Et illustrari hoc ipsum poterit ex intentione Statuum compaciscentium utriusque partis. Id enim speciebant unice, ut cruentissimo bello, causa sublata, finis imponeretur. Erat autem potissima belli Germanico-Suecici causa bono-

(*dd*) *Tract. de secularisatione. c.* 3. *n.* 4 *seqq.*

(*ee*) *L.* 1. & 6. *Cod. de censib. & censitorib. & peræquatorib.*

(*ff*) *A.* 5. §. 14. & 25.

bonorum Ecclesiasticorum, occupatio a Protestantibus sub prætextu Religionis facta & a Ferdinando II. Imp. revocata, uti innuitur in *Cit. Art. V. principio.* Ut ergo avida vota Protestantium explerentur & habendi cupiditas satiaretur, cessa est illis a parte Catholica memoratorum bonorum possessio. Hæc intentio, hic finis totaliter cessat respectu illius, qui partem Protestanticam deseruit & accessit Catholicæ. Nullum igitur potest is præsidium in Pace Westphalica reponere, sed potius sese menti & intentioni Catholicorum conformet, oportet.

XVII. Accedit hisce magna illa consideratio, quod Catholici ingenti belli mole pressi initiò viam tentarunt minus præjudiciosam, volentes occupatoribus Ecclesialium bonorum possessionem permittere ad definitum numerum annorum 30. 50. aut etiam 100. quem quidem pacificæ compositionis modum Imperator ipse quibusdam Electoribus Imperii exponi curavit. Atque in specie quidem in Pace Pragensi An. 1635. concordi voto stabilita §. 4. detentio & usus fructus omnium bonorum Ecclesiasticorum tam immediatorum quam mediatorum ad 40. annos fuit concessus, eo pacto, ut post horum annorum decursum ad suos pristinos Dominos revertantur bona usurpata.

XVIII. Præterea sub ipsa tractatione pacificatoria Catholici *Monasterii* Westphaliæ congregati 29. Nov. 1646. de puncto futuræ Pacis diu agitato solicitius disquirentes, *quanto tempore suspendi possint actiones ratione bonorum Ecclesiasticorum*, convenerunt in primi Legati Cæsarei pronuntiatum: *suspendi posse per 100. annos.* At positive renuntiare detrectarunt iidem Catholici Status tunc quidem fortiter. Responsum ipsorum, ut refertur in *Anti-Caramuele n. 26.* ex Protocollo Legati cujusdam ita conceptum erat: *quamquam autem in illo* (suspensionis puncto) *ad integrum seculum procedere non censuimus conveniens . . . quia tamen altefati Cæsarei Legati Coronæ Suecicæ de 100. annis jam ingesserunt mentionem, idcirco ex parte præmemoratorum Legatorum volumus per modum PASSIVÆ PERMISSIONIS acquiescere, ita tamen, ne Domini Legati Cæsarei ultro eum amplum terminum secularem progrediantur.* Addiderunt alias quoque conditiones, quas inter reponebatur, ut res judicatæ atque transactæ Catholicis in salvo remanere debeant. Dein idem *Erdmann* in *Anti-Caramuele* suo testatur, quod in lustratis a se protocollis (scil. Westphalici congressûs) inter 50. Catholicorum Statuum vota non invenerit nisi dubia, nec Theologos Principum assensisse *positive, directe, absolute*, sed tantum *conditionate, ad tempus, permissive, passive* & *negative* se habendo, excepto Caramuele.

XIX. Ex quibus intelligimus, quod a perpetua ad Protestantes translatione Ecclesiasticorum bonorum præcipue abhorruerint nostri Catholici, atque adeo quidem, ut etiam in cit. *Art. V. §. 25.* expressam hanc clausulam, quæ recadentiam operari aliquando posset, inseri curaverint: *Donec Controversia Religionis,*

ligionis amicabili partium compositione universali definiantur. Equidem Henricus Henniges (*gg*) inquit: "Hæc (conditio) revera talis est, ut magis dicis vel ho„noris caussa apposita videatur, quam ut multum distet ab abdicatione in per„petuum facta." Sed enim si auctor nostra vidisset tempora & cogitasset, quod pacificatio Westphalica, quantum præsens punctum attinet, immediate respiciat ipsos Status, non populos eis subjectos, difficultatem conditionis non extulisset ad gradum impossibilitatis. Quippe videmus, sensim jam oppositorum Statuum decrescere numerum, crescere Catholicorum, nisi forte & hoc incrementum alio, nescio quo novo artificio, rescindatur. Et mirum, quod ex eisdem Serenissimis Domibus, Palatina, Saxonica, Hassiaca, e quibus primores prodierunt Religionis Protestanticæ, primores quoque prodierint in ea deserenda. E reliquis alii vel a primævo novæ Religionis instituto descifcunt in aliud: vel Orthodoxæ Religioni satis videntur inclinati, fere solis Pastoribus, eisque, qui Scholas regunt, in pristina persistentibus dura, omnem concordiam aspernante, immobilitate.

XX. Neque in eo vim reponere licebit Adversario, quod, priusquam bona Ecclesiastica revocari a Catholicis valeant, præcedere debeat *universalis compositio* controversiarum fidei: quandoquidem nomen *universalis* sumi hic nequit copulative; alioquin unus sine altero renunciare non posset, suo (si ita loqui liceт) juri, atque restituere bona Ecclesiastica, si vellet; sed distributive aut potius in sensu accommodo & proportionali, scilicet ut favor Pacis Westphalicæ cesset quoad omnes, si *universalis* fiat Compositio: & consequenter cesset *particulariter*, si compositio iniretur *particularis*. In divisibilibus enim & similaribus sicut se habet totum ad totum, ita pars ad partem, etiam in jure. Imo vero hunc posteriorem casum curasse non videntur Osnabrugensis Pacis Compilatores Acatholici, sed tantum id, quod Commune est, particulare vulgaribus regulis relinquendo.

XXI. Ex quibus omnibus satis manifeste constat, dispositionem Pacis Westphalicæ, vi cujus possessio anni normalis 1624. ita Protestantibus assecuret omnia bona Sacra Catholicis erepta, ut quævis remedia juris peremtoria exceptione excludat, tantum intelligendam esse in sensu respectivo seu relativo, in quantum scilicet actiones institui possent à Catholicis adversus Protestantes; non vero absolute: nec ita in perpetuum, ut non aliquis terminus reviviscentiæ actionum se posset offerre. Unde ipse Henniges quoque fatetur, Pacem Westphal. non favere Protestantibus inter se de bono Ecclesiastico decertantibus, neque Catholico cum Catholico litiganti; quamvis utcunque asserere audeat, cuivis possessori prodesse exceptionem ex anno normali profluentem, si transierit ad Sacra Catholica vel Catholicus successerit possessori Protestantico, eo levi

(*gg*) *In Medit. ad Instrum. Pacis specim.* 3. *ad dictum* §. 25. *lit. P. Pag.* 240.

ductus momento, quod possessio prior continuetur. At cum beneficium Pacis Westphal. non nudæ & indifferenti possessioni anni normalis sed qualificatæ per personam Protestanticam, sit attributum, hac qualitate, quam supra correlativam esse innuimus, per conversionem sublata tollitur etiam beneficium & redeunt Communia interdicta seu remedia recuperatoria.

XXII. ARGUMENTUM V. Qui in Pacem Westphalicam Cæsareo-Suecicam consenserunt, illi nec potuerunt, nec voluerunt in Protestanticos occupatores bonorum Ecclesiasticorum Dominium transferre sed tantum cedere possessionem facti. Illi namque erant potissimum secularis Ordinis, Dominio in bona DEO dicata destituti. Ergo non *potuerunt* idem Dominium transferre; cum nemo det, quod non habet. Nec *voluerunt* etiam: quippe cum omnes Status Catholici, & Cæsar maxime, agnoverint, bona Ecclesiastica ordini Ecclesiastico unice deberi, ac nefas esse, eadem DEO dicata ad usus vel profanos vel omnino Catholicæ Religioni contrarios applicare, non censentur huic suæ conscientiæ plane gravissimo dictamini contraire voluisse & Dominium non suum alienare attentasse. Quid igitur rogabis, suo assensu Osnabrugi præstiterunt Catholici subscribentes? Hoc, quod victi solent. Nempe cedunt hi ab hoste occupata vel proxime occupanda: & cedunt, quam minimum possunt. Ita pariter illi cesserunt, quam minimum poterant & quantum ad impetrandam pacem præcise suffecerat, scil. irrevocabilem usque ad recadentiam possessionem facti, abstrahendo a jure proprietatis, quod aliunde hostis armis & occupatione sive ipse adjudicaverat.

XXIII. Quid quod Henniges *l. c.* fatetur, majores nostros ea bona *haud illaudabili pietate* contulisse ad S. Ordinis sustentationem, quamdiu inter *necessaria* subsistebatur? Postquam vero imprudens, ait, & calida æmulatio immensas undiquaque copias ex Republica erogabat in id genus homines, ceu materiem luxus & avaritiæ, exhaustas fuisse tandem suis opibus civitates &c. Tum convertitur auctor ad extremas Calumnias in Sacras personas, quas vix ab impudentissimo quis expectaret, exonerandas. Sed his dissimulatis, confitentem habemus Hennigem, bona olim recte fuisse translata in Sacrum ordinem: atque adeo a Sacro ordine jus fuisse in illa acquisitum; quo jure spoliari non potuit ob vitia, quæ eidem impingit idem pessimus criminator. Liberet nunc ex Hennige quærere, quo jure factum sit, quod Ordini Ecclesiastico non solum *superflua* sed etiam illa *necessaria*, quæ *haud illaudabilis pietas* contulit, fuerint erepta? Rursus num bona Ecclesiasticis propter obtensa eorum vitia violenter extorta, transierint ad possessores vitiis carentes? Quantum ab nævis remotus fuerit Fridericus Dux Saxoniæ cælebs sed non improlis? Quantum porro Joannes Fridericus ejus ex fratre nepos, extiterit integer vitæ, scelerisque purus? multis eum epithetis extulit Henricus Dux Brunswicensis in sua *Replica*

plica quam incassum impugnavit advocatus Lutherus. Quantum Christianæ innocentiæ retinuerit Augustus, noscitur ex intimo Consortio cum Marchione Baruthano Alberto banni Imperialis sententiam passo, cujus scilicet elogium texuit Georgius Cancellarius Saxonicus, utrique familiaris. Et quis Philippi Hassiæ Landgraffii duplicatum connubium ignorat? Taceo de ceteris. Illud demum JCtum rogatum velim, utrum ob delicta, quæ ipse per summam injuriam *toti* Sacro Statui impingit, confiscari possint bona ejusdem, quin præcedat juridica inquisitio & admittatur legitima coram competente Judice defensio? in longinquum abriperer, si hujus Auctoris illegalia pronuntiata liberet excutere.

XXIV. ARGUMENTUM VI. Translationi bonorum Ecclesiasticorum ad usus Protestanticos contradixerunt illi, ad quos cura pertinebat eorundem. Et summus quidem Pontifex INNOCENTIUS X. publice & solemni in forma protestatus, eam cassavit & irritam declaravit. Spectat autem apud Catholicos administratio suprema bonorum Ecclesiasticorum & regimen Ecclesiarum, quæ sine bonis nec gubernari, nec conservari queunt ad summum Pontificem; ergo insistendo principiis Catholicis (ex quibus fas mihi est argumentari contra Catholicum, Papæ jura recognoscentem) verum *jus internum*, ut iterum cum Grotio loquar, non habent illi, qui bona Ecclesiastica possident; adeoque ante omnem sententiam pro foro conscientiæ tenentur ad eorum restitutionem; ut nihil hic statuam de foro externo, in quo possessores *Catholici* contra protestationes antedictas nequaquam defendentur auctoritate Pacis Westphalicæ, ut jam supra ostendebam.

XXV. ARGUMENTUM VII. Obligationem restituendi bona Ecclesiastica agnoverunt Principes Protestantici ad gremium S. Matris Ecclesiæ Catholicæ reversi, ut qui propterea a Sede Apostolica petierunt & impetrarunt dispensationem. Dux Neoburgicus Wolfgangus Wilhelmus illam solicitavit & accepit circa bona, quæ gravia ob impedimenta Ecclesiis post conversionem non restituit. Restituit autem pleraque. Imo Philippus Carolus, Philippi Wilhelmi filius glor. mem. suis Ministris demandavit, ut diligenter inquirerent, num adhuc penes Cameram suam Electoralem Ecclesiastica bona existerent, conscientias simul ipsorum onerans, si, quæ extarent, non curarent restitui; ut refert Schmalzgruberus (*hh*). Summus quoque Pontifex BENEDICTUS XIV. cui DEUS O. M. de nostris proroget annos (*ii*) hæc inserit suo allegato Brevi: „Denique Prædecessor noster Clemens Papa XI. ad Augustum II. Poloniæ Re„gem in litteris datis die 10. Novembr. An. 1712. in To. 2. illius Brevium edi„torum pag. 243. ut eum ad promovendam fidei Catholicæ propagationem in „suis Saxoniæ ditionibus excitaret, ita Scripsit:" *Certam reddimus Majestatem Tuam*

(*hh*) *Cit. Consil.* 15. *q.* 2. *n.* 22.
(*ii*) *L. c.* §. 28.

Tuam, quod neque a te, neque a tuis successoribus Catholicis aut ab aliquo alio, qui Sanctam ibi Religionem nostram amplexurus sit, nos unquam illorum bonorum, quæ per Saxoniam antiquitus ad Ecclesias pertinebant, restitutionem po[illegible]aturi sumus. Quin imo ad pacandas conscientias eorum, qui illa occupant, si hæresi ejurata ad Catholicam Ecclesiam redire constituant, nos ipsi præfata bona omnia in perpetuum condonabimus, id ea ratione ac forma exequemur, ut ne a nostris quidem successoribus in posterum quidquam adversus hæc postulari queat. "Atque hoc promissum adimplens Clemens XII in sua Constitutione, quæ incipit *Sedes Apostolica* n. 67. „To. XIV. Bull. Rom. Luxenb. editi pag. 223. illis Saxoniæ incolis, qui bona „ad Ecclesias antiquitus pertinentia possidentes hæresin aut ejurassent aut ejura„turi forent, concessit, ut bona, quæ possidebant, retinere ac de illis tanquam „de rebus suis disponere libere possent, omnesque præterea fructus, ex ipsis „antea perceptos, illis condonavit." Subscripserunt Bullæ XXXIV. Cardinales.

XXVI. Hæc quidem Sapientis œconomiæ gratiâ ex plenitudine potestatis Apostolicæ acta sunt, tum ut innumeris animabus, si in injusta rerum Ecclesiasticarum possessione & heterodoxa religione persisterent, haud dubie perituris, via applanaretur salutis. Tum quia aliunde spes exigua supererat præfata bona, maxime istis tam iniquis temporibus, revindicandi. Quo tamen non obstante suadendum est conscientiis revertentium ad Salvificam fidem, ut sectentur eximia vestigia Serenissimi Philippi Caroli Electoris Palatini & quantum per declinabilem Status conditionem licet, restituant inique ablata aut auctoritate Prælatorum, siqua alia non superest via, in usus Sacros converti faciant competenter. Quoniam periculo forte non caret coram districtissimo judice, qui etiam justitias judicat, comparere, rebus alienis, etsi per *œconomiam necessariam* condonatis, necdum ad pristinos legitimos Dominos, cum possent restitui, reversis. De quo alibi.

§. 4.

Solvuntur Argumenta D. D. Protestantium.

XXVII. J H. Böhmerus (*kk*) producit in medium causam excitatam a PP. Inclytæ Societatis JEsu super bonis Monasterii Palatini Echenbronnensis, olim Benedictinis proprii, sub Vastitate autem Protestantica à secularibus occupati, quorum possessor e Protestanticis ultimus An. 1707. ad Sacra Catholica transiit. Momenta pro jure quasi-postliminii allegabantur sequentia: 1*mo*. Pacem Westphalicam tantum vim habere inter Catholicos & Protestantes, non inter Catholicos & Catholicos. 2*do*. Occupationem & alienationem fuisse contra conscientiam & jus Canonicum peractam, nec vestitam debitis solemnitatibus. 3*tio*. Defecisse titulum justum. 4*to*. Principi jure Divino fas non esse bona

(*kk*) *L. c.* §. 57.

bona Ecclesiastica Vindicare sibi. *5to.* Secularisationem esse contra intentionem fundatorum. *6to.* Episcopum Augustanum, in cujus Diœcesi sita erant bona, in Pacem Westph. eatenus non consensisse &c. His vero tanquam *testimoniis domesticis*, inventis unice ad quæstum cleri, explosis (testimonia domestica inter domesticos fidei utique valent) transit *§. 58.* auctor ad rationes decidendi Consilii Tubingensis jam 1555. editi: & deinde etiam Hallensis Academiæ. Sunt autem hæ sequentes.

XXVIII. *Primò.* Princeps territoriali jure potuit bona Ecclesiastica secularisare. Inane est fundamentum petitum ab intentione fundatorum. Illorum execrationes sunt fulgur ex pelvi, *cum dispositio subditorum, quæcunque fuerit, extendi non debeat ultra, quàm utilitas Reip. patitur, sed expediat, ne quis re sua male utatur.* Exemtio a Commercio humano tantum privilegio juris civilis debetur, quod ob justam causam tolli potest. Obstat deinde Instrumentum Pacis Westphal. Osnabrugensis Art. *5. §. 15.* (25.) per quod omnes actiones contra possessionem An. 1624. excluduntur peremtorie. Principium Jesuiticum nocet etiam Catholicis ipsis & quidem eatenus, quod Protestantes absterrerentur a transitu ad ipsorum partes. Hæc Tubingenses, referente Böhmero.

XXIX. Sed universa hæc partim miserabiliter præfixo a Scopo quæstionis, partim ab J. P. W. abludere quisque facile, etiam me non præmonente, intelliget. Scopus Consilii Tubingensis esse debuerat Catholicum possessorem contra Catholicos Religiosos tueri. At proposita momenta cum ab omnibus veris Catholicis rejiciantur, idonea non sunt ad Catholicum possessorem defendendum: proinde impertinentia prorsus ad intentum Tubingensis Consilii recte declarantur. Quid *Instrumentum Pacis Westphalicæ* sibi velit, jam expositum est, nec ei in simili casu multum fidit ipse Henniges. Unde non est, quod responsioni ulterius immoremur.

XXX. *Secundo.* Hallensium nunc trutinemus pondera. Ajunt *1mò* argumenta Jesuitica partim inefficacia, partim ad Statum controversiæ inapplicabilia esse; & debuisse potius Jesuitas sibi conscientiæ ducere, quod ista sub specie pietatis acquisita bona attentent sibi asserere, quæ vi primævæ institutionis deberent esse bona pauperum per Ambr. *Ep. 31.* Lud. Thomassinum *de V. & N. E. D p. 3. l. 3. c. 26. seqq.* Jo. Launojum *de Cura Eccles. pro miser. & paup.* considerare eosdem Patres debere, quod melius sit nihil habere, quam pecunias corradere & deponere. Hier. *Ep. 2. ad Nep.* Deinde *2do* necdum eos probasse, quod donato Monasterio, etiam bona ab eodem dudum alienata in donationem venerint: tantoque minus id probari posse, quod per Instrumentum Pacis *Art. 5.* §. *26.* commutatio in alios ordines sit prohibita. Tum *3tio* Principem non voluisse plus donare, quam in sua habuerit potestate. Imo etiamsi voluisset bona quoque avulsa in donatione concludere, tamen non præ-

valiturum contra Instrumentum Pacis *Art. 5. §. 23.* Episcopi quoque Augustani contradictionem nullius esse momenti, cum per idem Instrumentum Pacis omnes exceptiones & Contradictiones fuerint exclusæ.

XXXI. Enimvero & hæc argumenta omni pondere carent, utpote partim inefficacia, partim ad Statum Controversiæ inapplicabilia. Et quidem *Primum* ceteris ineptius est: nam nemo unquam dixit, omnia bona Ecclesiastica in specie esse bona pauperum sed tantum partem eorum & olim quidem signate quartam. Nec id extendendum adæquate est ad bona Monasterialia: tum quia de his non loquuntur SS. Canones, nec Fundatorum placita: tum quia Religiosi ipsi apud Catholicos pauperum numero veniunt & eleemosynis vivunt. Si bona fundationum fuerunt bona pauperum, cur ea universa pauperibus non attribuerunt olim Protestantes? Cavillatio adjuncta retunditur vi pari & fortiter his verbis: melius est nihil habere quam bona aliena rapere aut rapta retinere. *Secundum* corruit inspecta natura bonorum Ecclesiasticorum, quæ tamdiu manent Ecclesiarum, quamdiu ab eis haud fuerint legitime alienata; proinde qui est possessor legitimus Ecclesiæ, ad eum quoque bona legitime non alienata, cujus modi sunt occupata a Protestantibus, pertinere manifestum est, nisi alius potiori titulo eadem evincat. *Tertium* momentum præter supradicta non alia eget solutione. Ostensum namque est Instrumentum Pacis inapplicabile esse Controversiis hujusmodi inter Catholicos terminandis. Deinde negamus, Principem Monasterium donasse. Proprie non donavit sed restituit statui Ecclesiastico, cui adhærebat jus reconsolidationis reliquorum appertinentium bonorum.

§. 5.

Solvuntur argumenta adversa JCti Moguntini.

XXXII. OBJECTIO I. Non obstante, quod penes Magistratum politicum haud resideat jus secularisandi bona Ecclesiastica, urgente tamen necessitate quædam eidem facultas est in ordine ad hunc effectum: *tum* quia si cives vitam suam debent publico impendere, quando magis res suas. *Tum* quod Reipublicæ manserint sua jura post fundationem, quæ habuerat ante illam, scil. summum Dominium in quorumcunque de Republica & personas & bona, quatenus eis indiget publica salus. *Tum* denique, quod Princeps non teneatur recipere & observare Constitutiones Ecclesiasticas mere positivas, cujusmodi sunt eæ, quæ prohibent secularisationes bonorum Ecclesiasticorum, si illæ in grave detrimentum vergunt finis temporalis. Ita *§. 36.* &c.

XXXIII. Nisi Catholici JCti titulum pagellis præfixum & quosdam §§os pervidissem saniores, forsitan hæreret mens de cultu hujus viri. In *Primo* argumenti membro tantummodo aberrat a vera ac genuina institutione Reipublicæ vel potius à ratione partiendi ejusdem onera. Cives equidem debent & se

&

& ſua impendere, ſed cum proportione & attento Statu atque reliqua hominum Conditione. Quis enim, obſecro, obligabit feminas & pueros, vitam ut exponant ſuam in incurſione hoſtili? Viri ad hoc genus muniminis & ordinarie viri ſeculari militiæ adſcripti evocantur. Eccleſiaſticis parcendum eſt. Perſonæ Sacræ Sacram militiam jurarunt & Reipublicæ proſunt magis precationibus atque Sacrificiis quam ceteri armis & præliis. Plurimis id exemplis atque Sapientum ſententiis Confirmare poſſem, ſi opus foret Catholice ſentientem civiliſtam informare. Qui etiam noverit, quanta Eccleſia concedat tam de via ordinaria quam extra ordinem in urgentiſſimis neceſſitatibus, nec adhucdum detrectat, modo proportio ſervetur. Quibus attentis non erit neceſſarium ſtatuere, quod Reſpublica auctoritative poſſit profanare res DEO dicatas. Cetera adhuc his leviora prætereo.

XXXIV. *Secundum* membrum argumenti deterius eſt priore. An forte Reſpublica eſt DEA, quæ cum Lucifero prætendat eſſe ſimilis DEO? A DEO creata ſunt omnia, haud dubie etiam Reſpublica ſuam a DEO originem duxit. Fas ergo eſt homini res ſuas DEO, *ſpeciali titulo*, Sacrare: & viciſſim non eſt fas Reipublicæ res DEO ſacratas profanare. Non ergo idem jus eſt Reipublicæ ante- & poſt fundationem, ſuppoſito, quod initio per fundationem nulli injuria facta ſit. Rurſus intactas relinquo alias hallucinationes hoc loco Commiſſas.

XXXV. *Tertium* membrum quid portendat, haud facile explicavero. Eſto! in quodam regno non recipi Canones Eccleſiæ. At ſunt alia regna, quæ ſe eos recipere debere agnoſcunt, nec expectant illud graviſſimum flagellum, quo a longo tempore regnum libertinum vapulat & ad exterminium ſinceritatis & ſecuritatis Religionis ſenſim videtur defluere, haud dubie ulterius prolapſurum, niſi infinita miſericordia ſupponat manum ſuam. Nolit JCtus Catholicus explodere Canones a SSmis Antiſtitibus, a plenariis Conciliis conditos, a plurimis ſeculis confirmatos, ab ipſis Principibus agnitos & obſervatos, tandemque in certiſſima jura (etiam *naturæ* & *politices* principiis ſtando) per tantam conſeſſionem Veterum transfuſos. Ipſi (quod pudorem excitet JCto Catholico) anteriores & meliores e Doctis Proteſtantibus noſtram hanc agnovere veritatem. Enimvero Leges, quibus res DEO Sacræ ad ſeculares uſus reduci vetantur, non mere Eccleſiaſticæ ſunt ſed Divino-Naturales. Equidem JCtus hic eximie Catholicus, ut ſeſe venditat, *§. 18.* ex *ſimplicitate*, *errore* vel *Cupiditate* bona Eccleſiæ *res DEI* aut *Chriſti* dicta eſſe obtendit. Id vero ab eo aſſeri, vehementer mirarer, niſi ex Acatholicorum areolis hos flores decerpſiſſe videretur, cum hujusmodi tituli a SSmis æque ac Sapientiſſimis viris fuerint rebus Eccleſiæ inditi, in Conciliis frequenter uſurpati & in noviſſimo Tridentino aſſumti *Seſſ. 25. de Reform. c. 1.* verius plane eſt, JCtum Moguntinum ex *malitia* iſta effutiiſſe, quam Patres noſtros ex *ſimplicitate* (errore vel cupiditate) præfatas phra-

phrases in publicum edixisse. Nisi potius & ignorantiæ Privilegium ipsi suffragari dicere placeat.

XXXVI. Præterea satis incircumspecte suam & aliorum modernorum novellam opinionem prodidit in loco, ubi oporteret summo in pretio ipsi esse Sacros Canones & Ecclesiæ sancita: & si aliis è regionibus pellerentur, ibi jure suum requirerent asylum, ubi Custos eorum eminenti in Præsulatus specula constitutus suspicitur. At inquiet noster Juris-Consultus, Canones non in nocumentum sed utilitatem Reipublicæ cedere debere, secus eos nequaquam obligare. Idipsum vero & ego contendo, ut nemo non. Nec tantum Principes sed quoslibet etiam Christianos ob similem defectum ab illorum observantia solutos cum Schola sentio. At quid, obsecro, bona Ecclesiastica nocuere Germaniæ? Quid Canones eorundem secularisationem vetantes? Dicet, nocituros, si pax per traditionem bonorum Ecclesiasticorum procurari non posset. Ergo hæc sola sunt illa bona, quibus pax emi debeat, aliis non posset? Cur non ex bonis profanis satiata est cupiditas hostis? Aut si demum præpotentia hostilis arreptam jam non amplius dimisisset prædam, cur Ecclesiæ non fuit à Laicis compensata jactura bonorum per alia bona, prout satisfactum Electori Brandenburgico Pomeraniam cedenti? Si Respublica sibi succurri exposcit, proportionem Contributionum servet, necesse est (*n. 14. 15.*). Demum ac præcipue, qua ratione probat Civilista, quod deficientibus etiam Laici ordinis bonis secularisatio fuerit *necessaria* ad pacem procurandam? Suffecerat utique cessio & securitas possessionis externa, pacto publico firmata, ne victis daretur ad eadem bona cessa regressus. Abdicationem Dominii nec curat Victor, nec Victus intendit. Nam si Victor eam requireret abdicationem juris, eoipso injustitiam invasionis suæ proderet, quippe jus quærens jus necdum habet. Victus vero abdicaret id, quod invadi non potuit. Jura enim incorporalia sunt, quæ nequeunt ense attrectari vel dividi. Ergo, inquies, bona per Pac. Westphal. cessa etiamnum Sacra sunt? Dico, *jure* esse Sacra, *facto* secularisata.

XXXVII. Objectio II. Mutuatur hanc Auctor §. 37. à duobus scriptoribus Protestanticis, Erico Mauritio (*ll*) & Conringio (*mm*), proceditque per illorum exempla. David, ait in necessitate panes propositionis comedit. Asa, Joas, Ezechias, Reges Hebræorum thesaurum Templi Domini avertendis hostium armis applicuere.

XXXVIII. Nec nos negamus in necessitate, cui subsevandæ soli seculares haud sufficiunt, bona Sacra applicari posse ad functiones Non-Sacras, si modus & mensura servatur (14.). Hebraici populi tam *Reges* quam *Sacerdotes* simul pari pispensatione usi sunt in pari Casu. Si vero extra illum manus injece-

(*ll*) *De secularis. bonor. Eccles. c.* 7. §. 12.

(*mm*) *Animadvers. in Bullam Innocentii X.*

injecerunt thesauro sancto, reprehendendi sunt, non imitandi.' Ceterum thesaurus ille facile sarciebatur, uberi, eoque perpetuo affluxu oblationum, ut proin totum, quod ablatum est, rursus fuerit compensatum. Atenim estne æquiparantia inter nostrum & illos Casus? In necessitatibus solane Ecclesia debet suas res cedere? An opes Sacræ subeunt munus peculii præsidiarii pro futuris necessitatibus Reipublicæ reservati? Deinde si penitius singula expendimus, Respublica tum temporis in nulla necessitate erat collocata, sed tantum pars Reipublicæ. Pars enim Protestantica sine necessitate corripuit arma. Si namque bona aliena vi occupata restituisset, nunquam ad bellum istud exitiale fuisset deventum, nec Sueciæ Rex tum ausus esset totum in se provocare Imperium coadunatum. Pars Catholica equidem cessit alteri bona, sed *jus internum* non tribuit, nec etiam tribuere potuit (n. 22.) ac insuper hæc ipsa pars debuerat sarcire jacturas tantorum bonorum proportionali, ut jam dixi, Contributione (n. 14. 15.)

XXXIX. Necessitati cedendum esse, nemo est, qui abnuat, etiamsi ea ex civili dissidio aut injusto bello oriatur, ast modo, quo fieri, potest, minime gravi, nec ita unum, premente, ut alter sublevetur, sed tacito sub pacto alicujus compensationis. Observarunt hoc Veteres, ubi similes casus potentum Consilia ad angustias redegere. Cum in illa semipaganica Barbarie, quæ sub Clodovæi Regis Francorum posteritate recrudescebat, bona Ecclesiastica à nobilibus & militibus invaderentur, & malum inveteratum, ex toto sanare se posse desperaret cum Episcopis Princeps, bona Ecclesiarum injuste occupata & necdum vindicata in *precarias* conversa sunt præfixo tempore vel casu exspiraturas & a Prælatis revocabiles, uti legimus in Capitularibus (*nn*). Sed malis per bella etiam civilia legum vim impedientibus in summa necessitate denuo actum est in conventu, apud *Compendium* Galliæ instituto, ubi per viam Compositionis eo deventum, ut Sacri Antistites *residuas* possessiones Ecclesiasticas incubatoribus *ad tempus* relinquerent: hi verò de suis excessibus pœniteant, bonis insessis in timore DEI utantur, & deinceps Ecclesias defendant; quæ quidem defensio magni erat momenti sub illa turbida tempestate. Pactis assensum dedit & Ludovicus Pius, ut refert Agobardus Archi-Episc. Lugd. præcipuus causæ motor (*oo*). *Pipinus quantumcunque de rebus Ecclesiasticis, quos Pater suus* (Carolus Martellus) *abstulerat, potuit, Ecclesiis reddere procuravit. Et quoniam omnes res Ecclesiis, à quibus ablatæ erant, restituere propter concertationem quam cum Waifario* (al. gaiffario) *Aquitanorum Principe habebat, non prævaluit, precarias fieri ab Episcopis exinde petiit, & nonas & decimas ad restaurationes tectorum & de unaquaque Casata XII. denarios ad Ecclesiam, unde res erant beneficiatæ, sicut in libro Capitulorum Regum habetur, dari constituit, usquedum res ad Ecclesiam REVENIRENT.* Ita

(*nn*) *L. 7. c. 142.*

(*oo*) *Lib. de Dispens. rer. Eccles.*

Episcopi è Synodo Carisiaca ad LUDOVICUM Germanicum scribentes *An. 858. C. 7. (pp)* quæ vero è Capitularibus hic allegantur, reperire est *L. 5. c. 3.* ubi Synodus Liptinensis recitatur.

XL. OBJECTIO III. Fridericus Imp. referente Pfeffingero *(qq)* ex reditibus Abbatiæ Urspergensis annuam accepit pensionem. Eandem Abbatiam Philippus Imp. oppignoravit. Fridericus II. duo Principalia Illustrium Dominarum Monasteria Ratisbonensia & Præposituram permutavit. Conradus II. Abbatiam Campidunensem militi in feudum dedit. Maximilianus I. Monasterium Mansee divendidit §. *38.* ergo jus habent Principes in bona Ecclesiarum.

XLI. Rursus Protestanticis armis pugnat contra Statum Ecclesiasticum JCtus Moguntinus; sed scuto Catholico excipitur. Nobis Catholicis in negotiis Ecclesiasticis non curandum, quid factum sed quid faciendum sit: nec in jure factum sed causa facti attenditur. Unde tametsi omnia exempla fidem mererentur humanam, non propterea tamen & assensum evincerent Jurisprudentum. Sed neque fides gestorum sibi constat. Si Fridericus I. Imp. pensionis onus extraordinarium imposuisset Abbatiæ Urspergensi, Abbas Urspergensis in suo Chronico illud haud dubie commemorasset, qui de ceteris Monasterii pressuris non tacuit. Nihil vero ille ibi. Præterea cum sit Regula præsumptionis ita interpretandi antiquum factum, ut recte gestum credatur, nisi quid perspicue in oppositum obstet, dicendum ad casum propositum, si vere contigit, est, quod Imperator pensionem ordinariam imposuerit per assignationem portionis Advocaticæ aut Collectalis, ut deinde forte clarius apparebit. Philippi interregis facinus non est trahendum in consequentiam. Factum producit Vitriarii Commentator, errorem dissimulat. Abbas Urspergensis late distincteque rem enarrat, contestaturque, Ecclesiam Urspergensem, nunquam fuisse pensitatione gravatam (ecce & Pfeffingero & omni exceptione majorem testem) neque Præmonstratensem aut Cisterciensem, imo nec ullum alium Ordinem fuisse hocce onere vexatum. Philippicæ autem pressuræ hæc erat occasio & series. Urspergenses in Præpositum ex affectu elegerunt hominem ineptissimum, quem Fridericus I. regiminis incapacem cum perspexisset, in desolato Monasterio munus suum advocaticum exercere voluit atque sic prospicere illius rebus temporalibus & œconomicis. Propter hanc autem curam ex jure advocatico petiit de quolibet manso unum maltare avenæ. Ast Philippus deinde Rex ultra fines progressus Domino de Nifen Monasterium oppignoravit, & idcirco, si Abbatis Urspergensis divinationi fidendum, a Tyranno occisus est idem Rex, quod Monasterium tyranno tradiderit Qui etiam Chronologus factum illud ceu inauditum & Sacrilegum palam reprehendit. Quid hinc consequentiæ? An malum facinus probe imitandum? Deinde quî talia exempla in causam suam trahere

(pp) *Concil. Harduin. Tom. V. Col. 469.*
(qq) *Ad Instit. Vitriarii Jur. Publ. l. 3. To. II.* §. 101.

here poteſt Moguntinus? An forte tanta neceſſitas totius Reipublicæ tunc exegerat, ut haud aliter, ac per penſitationem aut oppignorationem Monaſterii potuerit illa depelli? Sin autem, quo fine reprobatis aut impertinentibus exemplis utitur JCtus? Sed & Friderici II. attentatum nec ea neceſſitate, nec jure nitebatur ullo. Unde ipſe per ſeſe, arbitrante Comitio Imperii, Würzburgi celebrato, illud in irritum revocavit (*rr*). MAXIMILIANUS I. in Monaſterium Lunælacenſe non exercuit jus aliquod alienativum, ſed econtra Duces Bavariæ ALBERTUS & WOLFGANGUS poſt obitum Ducis Landshutani Georgii Divitis ex pacto Maximiliano Imperatori An. 1506. Dynaſtiam Wildenegg ceſſere: atque adeo cum territoriali jure in eundem una tranſtulere jus Advocaticum in Monaſterium præfatum; prout totum hoc negotium deſcriptum legere licet in Chronico ejusdem Aſceterii Monſeenſis (*ss*). Generatim id obſervandum eſt, ſi in Veterum monimentis legitur Monaſterium translatum jure feudi de uno ad alterum, id plerumque intelligendum eſſe non de ipſo Corpore ſed de Advocatia, quæ bonis etiam patrimonialibus ſæpius connumerabatur; ut alibi adnotatum fuit.

XLII. OBJECTIO IV. Rurſus Proteſtantium Scholaris Moguntinus Sacrum ordinem adoritur. Nam poſtquam §. 43. ex Böhmero (*tt*) bona Eccleſiaſtica in particulari enarraverat, mox §. *ſeq.* ex Leibnitio refert, quo tempore & Succeſſu Prælati Regalia & jus territoriale nacti ſint. Demum ſtatuit, ſecularem Epiſcoporum poteſtatem cum univerſo territoriali jure & inde pendentibus prærogativis ad bona Eccleſiaſtica non pertinere, appellatque deſuper ad Böhmerum (*uu*). Pariformiter etiam bona, quæ Monaſteria civium inſtar poſſident, Eccleſiaſtica eſſe inficiatur; ſecus, ait, peſſime conſultum iretur Principibus. Unde & cauſas hujusmodi bona concernentes Magiſtratui Politico ſubeſſe contendit.

XLIII. Diſſimulatis illis, quæ ex Lutheranis Catholico-Eccleſiaſtico ſtatui nunquam non infenſis Scriptoribus, male conſarcinata ſunt, admitto feuda imperialia, qua parte alicui *perſonæ* Eccleſiaſticæ conferuntur, ſecularia eſſe & Domino directo obnoxia. Eâ vero parte & quatenus annexa ſunt Eccleſiæ, ipſique in perpetuum incorporata (quin proin novam depoſcant hoc ſub reſpectu collationem aut inveſtituram) vere Eccleſiaſtica eſſe ajo, utpote DEO Sacra & ad illuſtrandum defendendumque Supremi Numinis Sacerdotium deſtinata: quæ vero Monaſteriis contributa ſunt, plenius Eccleſiaſtica eſſe; dicimus, ea manifeſta ex ratione, quod perſonæ Prælatorum Regularium non ſint capaces Dominii utilis veluti juris cujuspiam *proprietarii*. Hujusmodi vero incorporationes

(*rr*) *Hundius to.* 2. *pag.* 591. *&* *to.* 3. *pag.* 4.
(*ss*) *Pag.* 291. *&* *ſqq.*
(*tt*) *In l.* 3. *Decret. tit.* 5. §. 124.
(*uu*) *L.* 2. §. 127.

tiones aliter intelligendæ non ſunt niſi ſalvo jure Domini directi, cui Eccleſia nullo modo intendit præjudicare (*xx*). Imo etiam bona feudalia Eccleſiarum Cathedralium quoad *Dominium* penes easdem, ſede etiam vacante, perſeverant & a Capitulo quoad actus neceſſitatis, de via ordinaria, jus exercetur Epiſcopale.

XLIV. Objectio V. Conditiones *neceſſitatis publicæ* in ordine ad ſecularisationes per Pacem Weſtphalicam, erant, ut JCtus Moguntinus §. 47. *ſqq.* probat, ortæ ex graviſſimis circumſtantiis, quæ emerſerunt, poſtquam Ferdinandus II. Imp. An. 1629. zelo quidem laudatiſſimo, ſed circumſtantiis temporum minus accommodato, edidit edictum de reſtituendis bonis Eccleſiaſticis. Juſta ergo fuit Pax Weſtphalica, quam nec Pontificis auctoritas poſſit infringere. Nam, ut inquit Layman (*yy*), ſi Catholici cum Diſſidentibus publicum fœdus ineunt, nequit illud per Pontificiam auctoritatem ſolvi: quia id fieret in detrimentum Eccleſiæ. Proteſtatio Pontificis illuc Collimavit, ne quæ Pace Weſtphalica in præjudicium tam Eccleſiæ Apoſtolicæ quam S. Religionis geſta ſunt, aliquando in conſequentiam trahantur. Nuncius etiam Apoſtolicus Cæſareis Legatis faſſus eſt, improbari non poſſe transactionem illam, teſte Gærtnero (*zz*). Ita Moguntinus.

XLV. Ecquis inficias ibit, graviſſimam & pene indeclinabilem ordines Catholicos impuliſſe neceſſitatem ad Pacem cum Proteſtantibus ineundam, eamque adeo fuiſſe receptam ab invitiſſimis? Hæc autem tota neceſſitas æque ac juſtitia duntaxat erat Catholicorum, non Proteſtantium, qui tricennali marte eos in tantas anguſtias conjecere. Non eſt vero par occupantium & cedentium conditio. Siquis pecunias abs me ſub interminatione necis expoſtulat, eas ille injuſte accipit quas ego juſte cedo pro vitæ redemptione. Neque Pontifex adeo improbavit ſimplicem bonorum permiſſionem, quam potius ipſius Dominii translationem. Cæſar in Sancta Dei Eccleſia ſemper Auguſtus, in Imperio autem vehementer anguſtatus, benignam eatenus ſui facti meretur excuſationem, quod ſciens, Proteſtantes ad arma conclamare ſolitos, niſi vota eorum expleantur, remedium, quod unum ſibi supereſſe videbat, arripuerit, nimirum ceſſionem bonorum Eccleſialium. Ceſſit autem, quantum ſuffecerat, poſſeſſionem facti vindicatione legali deinceps non impugnandam (n. 11. 12. 22.).

XLVI. *Poſſeſſionem*, inquam, *facti*, quam ipſi Proteſtantes Cranius, Gylman, Springer, Henniges maximo ſuo commodo poſſeſſioni juris exiſtimarunt præferendam (*Vindic. Jur. Stat Eccl. Parte II. n. 322.*). Si quidem cum caſus haud raro emerſerint, in quibus Catholici Annis normalibus 1552. & 1624. poſſeſſionem civilem habuerant, Proteſtantes poſſeſſionem facti ſeu detentionem, quæſitum fuit, ad hos, an ad illos bona poſſeſſa pertinerent? Proteſtantes magno

(*xx*) *C. 6. & 7. de foro compet.*

(*yy*) *Theol. Mor. l. 2. tr. 3. c. 12. n. 15.*

(*zz*) *In der Weſtphaliſchen Friedens-Canzley p. 7. §. 197.*

gno consensu sibi ea adjudicanda contenderunt ex titulo actualis detentionis. Vides, quam contenti illi fuerint cessione possessionis, quam facti esse dicimus, cui dein additum fuit solum *externi Dominii* adminiculum. Non obstante tamen hac cessione, Status Ecclesiasticus Possessores Protestanticos etiamnum sibi devinctos habet, ne bona cessa pessumdent, sed ut eadem sane sarta tecta conservent, utpote restitutioni olim obnoxia, ubi fatalis illa in Religione dissensio fuerit sublata, prout statuitur in Instr. Pac. Westphal. Quæ quidem dissidentium compositio haud adeo est extra sphæram spei nostræ collocata, uti putat & optat Henniges: nec de eo eventu desperavere Imperator & Status An. 1566. in Comitiis congregati, teste Recessu. Habet etiam idem Status sibi obnoxios Con Status Catholicos ad compensationem interim faciendam pro tantis jacturis, prout supra probatum (n. 14. 15.).

XLVII. Layman ab Auctore laudatus nil edicit aliud, nisi quod Papa in illis negotiis, quæ Rempublicam concernunt duntaxat politicam, cum hujus detrimento, nihil prævaleat immutare, sive ullam relaxare obligationem. Porro in nostra, quam tractamus, causa, illud insuper probe animadvertendum est, quod protestatio Pontificia & cessio Imperatoria ex alio & alio titulo profectæ sint. Nec insolens ac novum est, quod e duobus in una eademque re communionem habentibus alter jus suum cedat, alter sibi protestatione interposita reservet: ambo recte prudenterque. Exempla prostant admodum recentia.

XLVIII. Objectio VI. Per Westphalicam Pacem inter alia translatum etiam fuit in Protestantes Dominium bonorum Ecclesiasticorum nullis circumscriptum limitibus & deposita pristina natura. At hoc ipsum jus possunt Protestantes transferre in Catholicos; ergo hi, sicut illi, debent esse ab impetitione securi. Et certe si Catholici securi non essent, Protestantes talium bonorum possessores absterrerentur ab amplectenda Catholica Religione. Suffragatur demum praxis Serenissimorum Electorum & Principum ad Orthodoxam Ecclesiam Conversorum. Hæc Moguntinus.

XLIX. Possem hic uti distinctione Grotiana sæpius jam indicata inter *Dominium internum & externum.* Illud est verum, justitiæque conforme, Dominium; hoc autem est tantum fictio Dominii, seu habetur pro Dominio. Ex quo distinctivo principio statuit Grotius, bello captum injusto posse tuta conscientia fugere. Nec obstare, quod Victor Dominium in talem servum jam nactus sit: quia *potest etiam Dominium dari, quod tantum in judicio humano & quidem coactivo valeat. Quod & in aliis juris generibus occurrit.* Lib. 3. de J. B. & P. c. 7. §. 6. n. 1. qui & n. 3. inquit: *nec longe abit Dominium ejus, qui secundum Leges Civiles mala fide præscripsit. Nam & hunc Civilia judicia ut Dominum tuentur .... in nostra quæstione nulla causa fingi potest, cur gentes aliud spectaverint, quam externum illud.* Ita Grotius. Quæ quidem debito in sensu recte dicta sunt, & coincidunt cum doctrina Scholasticorum distinguentium inter jus pro

foro externo & interno. Enimvero & inde dicta quoque pro nostro casu confirmant, quod non id actum a Protestantibus sit in pacificatione W. ut consequerentur jus vel Dominium internum in bona Ecclesiastica a sese occupata; id quippe jam ipsi sibi antea attribuisse putabant: & si primum per Pacem illud jus consequi voluissent, manifeste professi essent, se injuste prius occupasse eadem bona, adeoque semetipsos prodidissent tanquam iniquos usurpatores vel prædatores rerum alienarum, ut supra arguebam. Quapropter Status Protestantici sese quidem ut veros rerum occupatarum Dominos ferebant: pace autem cautum volebant, ne ab earum possessione aliquando, titulisve deturbarentur. Catholici econtra nunquam in eis agnoscebant juris aut Dominii justas acquisitiones, ut vel ex solo edicto restitutorio Ferdinandi II. Imp. manifestum est sed potius armis vel processibus partim literariis, partim forensibus possessionem eis extorquere satagerunt. Cum vero ipsi adverterent sine præsentissimo majoris mali periculo moliminibus recuperatoriis insistere sese diutius haud posse, reliquerunt prævalentibus possessoribus possessionem, pro qua illi decertarunt, quamque ipso suo facto jam prius apprehenderunt, atque adeo, Pace Westphalica obsistente, a Compaciscentibus Catholicis ex titulo invasionis peractæ deinceps non eripiendam; quidquid sit de conscientia, de qua Theologice potius quam politice agendum. Nihilominus SS. Pontifices, probe intelligentes, quomodo oporteat suscipere infirmos, paterne, quoad poterant, indulgere consueverunt, nec a revertentibus repetere voluerunt bona dudum Ecclesiis erepta, satius ducentes, rerum temporalium quam tot animarum permittere jacturam, concordantibus etiam in hunc finem zelosis Ecclesiarum Prælatis & ceteris Fidelibus moralis quodammodo convertendorum impotentiæ commiserentibus.

L. Verum huic propositæ responsioni videtur obstare ejusdem Grotii doctrina (*aaa*), qua is statuit, bona ab hoste cuipiam erepta, postmodum vero alio in bello eidem hosti a Tertio quodam rursus extorta, non debere restitui primo ejusdem Domino ac possessori. A. P. Glafey huic Auctori liberaliter adstipulaturus eousque progreditur, ut contendat, ne quidem restitui debere ea, quæ primo Domino ab hoste fuerunt injuste extorta, eo ductus argumento, quod primus Dominus per usum juris gentium renunciaverit juri qualicunque suo. Quippe gentes primum necessitate compulsæ, deinde hoc quoque præ oculis habentes, quod nemo possit esse judex, uter ex belligerantibus justam habuerit causam, concordare inter sese debuerunt mutuò, ut jus belli tanquam titulum occupationis justum agnoscerent, nihil disputando, justumne fuerit bellum, an injustum. Usum hunc inter gentes vigere judicat auctor manifestum & innegabile, etiam Aristotele in subsidium vocato ex l. 1. Polit. (*bbb*), probatque esse legitimum, quandoquidem oppositum vergeret in maximam ruinam generis humani; Hac

(*aaa*) *De J. B. & P. l.* 3. *c.* 6. §. 7.

(*bbb*) *Recht der Vernunfft lib.* 3. *c.* 4. §. 157. *sqq. Edit.* 3.

Hac quippe sub consideratione incertitudinis Victor Victum ad incitas usque redigeret, si de jure a se acquisito non foret securus.

LI. Responsio ad hæc in promptu est. Grotius expressis terminis loquitur non de aequisitione Veri juris sed *Dominii* duntaxat *externi*. Nec aliud probat, siquid probat, Glasejanum argumentum; quod insuper extra casum nostrum versatur. Non agimus nos de ea hypothesi, in qua adhuc obscurum est, an hostis Communis juste, num injuste primo possessori rem extorserit: nec ponimus tertium occupatorem esse extra Communionem cum primo, sed potius supponimus ultimum possessorem aut redemptorem & liquido nosse hostem fuisse injustum invasorem & communibus Legibus insistendo judicare debere, nihil eum veri ac interni juris esse consecutum, jusque gentium eo se non extendere, ut purget injustitiam belli, quod Latrocinio comparavit S. P. Augustinus, dicens, *injusta bella esse magna latrocinia.* Sed mittamus bella!

PACEM TE POSCIMUS OMNES.

Animadversio Editoris.

Monui quidem in praefatione non facile me collectioni huic inserturum opuscula passim prostantia, et quae separatim facile a quovis comparari sibi possunt; Confutationem tamen *Anonymi* in *Dissertationem* STRAUSII, etsi quoque ea hujusce sit generis, eidem Dissertationi subjungendam putavi, ut argumenta utriusque partis propius conjuncta Lectori repraesentarem. Conscripta videtur ea confutatio ab Auctore itidem *Anonymo*, *Demonstrationis Jurium Status Ecclesiastici circa temporalia ex principiis Juris Naturae deductae* 1757. cui operi, prout inter manus meas est, subjuncta est *Biga Discussionum Ecclesiastico publicarum 1. Quid juris recuperet Religiosus ad communionem protestanticam transiens vi P. W. 2. An bona Ecclesiastica per P. W. Protestantibus cessa restitui debeant Ecclesiis, postquam ad manus Catholicas fuerint reversa.*

Principiis ab Anonymo in sua confutatione adoptatis procul dubio acerbiorem adhuc crisin opponet SCHOTTIUS Lipsiensis *in sua Critica*, quam qualem tulit in Cl. SCHRODT *Prof. Pragensem*, dum in recentibus suis in *Decretales Gregor. IX. Commentariis* diceret p. 36. §. LXI. a *potestate saeculari tantummodo usum facti*, *possessionem extrinsecam in causis Religionem et jura Ecclesiastica concernentibus . . . nullum vero usum juris in foro interno Protestantibus relinqui voluisse et potuisse.* Quodsi vero SCHOTTIUS omnia Anonymi dicta accuratius

examinabit, ex iis ſaltem non id accerſiri Proteſtantibus praejudicium videbit, ut denuo in easdem ac contra *Schrodtium* querelas et lamenta erumpere eidem neceſſum ſit. *Vide* Unpartheyiſche Critick über die neueſte Juriſtiſche Schriften. 2. Band. 12. Stück. f. 199.

Id adhuc animadverto circa Diploma, quod recitat STRAUSIUS §. XXV. *Diſſ. ſuae* tanquam a Rege Francorum *Dagoberto* olim conceſſum, a Celeb. HONTHEIMIO quidem, ſed mutatis pluries verbis Hiſtoriae ſuae Diplomaticae Tom. I. f. 76. referri; adjicit tamen idem in nota ſubjecta *a Zylleſio* in *Defenſ. Abbat. S. Maximini Part. 2. C. 1. Sect. 2.* tot argumentis tanquam ſuſpectum fuiſſe impugnatum, ut ſuſtineri tanquam genuinum omnino non poſſit. Sunt autem potiſſimum haec 1. quod Cellae *S. Hilarii* nomen nunquam proprium fuerit Eccleſiae S. Maximini, quippe quae primitus S. Joanni Apoſtolo per S. Agritium dicata eſt, deinde S. Maximino, nunquam vero S. Hilario, cujus Cella Pictavis et ad Legerim quaerenda eſt. 2. quod in exhibitis ad judicia exemplaribus eo ſpatio, quod *Datae* vacuum reliquit *Browerus*, ponatur annus Incarnationis Domini in nullis Regum tabulis ante *Carolum M.* adhibitus. 3. quod integro nomine ſubſcripſiſſe ponatur *Dagobertus* contra notorium illorum et inſecutorum ſeculorum morem, quibus nonniſi *Monogrammatibus* pro ſignatura Reges, & Imperatores uſi ſunt. 4. quod in teſtem citatur *Principius* Anno demum 652. ad Spirenſem Cathedram evectus. 5. Quod in omnibus exemplaribus, quae proferri potuerunt locus et dies *Datae* deſideretur, contra *Dagobertinum* morem &c. *Conf. Mabillon. de Re Diplom. L. 3. C. 1. n. 3.* demum quod *Browerus* hoc Diploma ad A. 643. referat, cum *Dagobertum* A. 638. die 19. Jan. deceſſiſſe certum ſit; ita *Hontheimius.* Cui adde non levem ſuſpicionis notam accedere, ob nimiam illam variationem, quae in hoc Diplomate prout illud a *Strauſio* et *Hontheimio* recitatur, paſſim deprehenditur.